


NAZIONALE
BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
8
3
D
14
ROMA



R. P. D. Mercurii Vipere Beneuentani Rote sacri Palatii Auditoris Opus de prisco: ⁊ sacro instituto.









F rancifcus Aquila Beneuentanus
Ad Leonem.X.Pont.Max.


T fi complurium obferuatione Beatiffime pater : compertum habetur quibus litterarum : & bonarum artium ftudiis : & religione polleas : duarum rerum optione exorta veri diiudicatio dirimendae litis adhuc fupeft : plus ne tibi ftudia : & religio : an tu illis debeas . Quandoquidem vnica vltro : citroque inter illorum : & tui in illa perpenfata funt merita. Illa in quam animi bona monumenta : ac titulum gerunt : nomenque prorogant tuum : & memoriam aduerfum aeui breuitatem extendunt : & tuae famam famae : & decori decus hubonde indies pro fructu pariunt. Tu vero contra nitorem : dignitatem : & gloriam illis maieftatis fedem : & pontificium nactis tibi faftigium rependis. Quae omnia vetuftis data nouitas : nouitati auctoritas : & obfoletis fplendor luce clarius arguit ! Quid enim difciplinae : & humaniora ftudia fplendidius : aut gloriofius tuo nomine (quod iactent) fibi vnquam vendicarunt ? Quippe cum artes tantum extolli : ac magnifieri quantum eorum profeffores poffunt : quorum autoritate : & celebritate penfantur . Religio autem diuinarum rerum fcientia : quodam orthodoxae fidei pignus : Chriftianorumque omnium terror : cum tanta apud te coletur veneratione : cui dubium quin tibi de fe benemerenti coeleftis regiae fedem conftituat : vt hoc foluta foeliciter ergaftulo opima anima diuino afpectu eximia propter merita fruatur . Quantum nos quoque illi debere non inficiamur : praecipue quod prifca illa mortalitas : quae fe ipfam ingeniofe circumfcribebat : falfam ob religionem deperibat : maiorem enim coelitum turbam : quam hominum venerabatur : quaedam etiam animalia & aliq[illegible] deorum numerum obfcena & turpia quidem dictu reponebat : quibus delu[illegible] & cerimonias pro vniufcuiufque numine inftituit : necnon inter deos [illegible] nia & adulteria fieri : iurgia : & odia exagitari cenfebat puerile penitus deliramentum : de cuius facro inftituto cum in hoc opere tui Mercurii tractaretur tuo tanto nomini dicatum : eoque infignitum placuit edere indignum prope video munus : tamen nulli vitio effe reor : qui quoquo modo poteft deos fibi in terris colit ac propitiat : fimili apud prifcos modo : pauper cui thura non erant lacte : & mola falfa litabat. Quefo igitur non contracta fronte : fed vt benigniffimus : mitiffimus : indulgentiffimus : ac humaniorum litterarum humaniffimus celebraris : fufcipias . Vale foelix & faufte.

REVERENDI PATRIS DOMINI MERCVRII VIPERAE BENEVENTANI DVODECIM IVDICVM ROTAE AVDITORIS DE PRISCO ET SACRO INSTITVTO LIB. PRIMVS.

ETSI PRISCI [illegible] QVE NOstri, uario circũducti [illegible] diuersa brutorũ, animãtiũq;, portentorũ genera, profanis penatibus, & suis simulachris inanibus [illegible] auspiciis, ac bene speratis rebus, sæpenumero litarent, illisq; inter sacra abuterentur. Sed mitis/indulgens/ benignus & clemens Rex omni pietate, ac humanitate insignitus/rerũ omniũ orbisq; opifex/ moderator, architectus, & summus ille parens deus/ fulgentissimũ sydus, suiq; splendorem resplendidissimũ, in odoriferã alimoniã, & mortalium leuamen, suauissimũq; auxilium, ac præsidium nobis ultro operuit, ita & condonauit. Nam prisca illa gentilitas, Saturnũ/ Iouem/Mercuriũ/Plutonem/Neptũnum/Bacchum/Apollinem/Palladẽ/Cererem/Iunonem, uario supplicationis ac uenerationis genere, posthabitis rationibus omnibus, summo studio coluit, quibus precio sa puluinaria, templa, colossos, delubra, statuasq; ingentes constituit elaboratissimas. Quos sane diuos simulatos inquã nihil sensus habuisse: luce Phœbea est limpidius clariusq;, & si humanis sensibus minime perspici queant, quandoquidem uniuersam perspicacitatem atq; excogitationem humanam admodum excellere uideantur, fidei autẽ integerrime/quæ nobis tropheum ipsum, meritumq;/ac accumulatissimam operam enauemus oportet. Etsi primæuo illo æuo reges ipsi: qui orbi impreraueran tob regale fastigium/a suis ut deos coli permisere. Inde illis instituta templa, inde defunctorũ uultus per imaginem detinendos expressa simulachra/hostias implando, diesq; festos, [illegible] phastosq; peragendo/honoresq; mortalibus his prebendo concelebrandoq;/proinde posteris sacra ea effluxere/quæ prius immortalium celebritates/honores emanarant atq; laudes. Sed cum diuina ipsius summi dei/opt. max. perennis uirtus agnosci [illegible] priscis philosophiæ, pradi tis nec inuestigari ipsio[illegible] [illegible]irent mortali ratione, si [illegible] præ

meditatione complecti conati fuere/huius orbis quem colimus ortũ/ compagineq; distinctis ac compactis elementorum effectibus, Cecilio autore, praesentem omnibus animam adfuisse/ quae secundũ genus & ordines uitam praeberet & motum/transgressibiles fingeret metas / & habilitatem assignaret/& usum, & hanc mortalium uitam, rerumq; ...m, hanc rerum essentiam, animãq; mundi, philosophã ...tantes coelestia corpora, Solem/Lunam/& stellas/ ipsumq; firmamentum huiusce animae uirtute moueri & regi, & aequora, & tellurem, aetheraq; huius semine effoetari. Qui si ipsum & dominũ opificem, motorem, uiuificatorem, alumnumq; crediderint omniũ/quae sub ipso sunt/cõuenientem haberent ad fidem accessum: Sed cum tantae rei maiestas mortalibus abscondita esset/ nequiuit humani fastus ingenũ secretis interesse coelestibus & scandare ad superessentialis naturae celsitudinem. Etsi pleriq; perciperent/q; uerus esset rerum/omniumq; gubernator, actor & opifex deus ille summus percipere/haud ualuere quae esset uerae deitatis / uel quae unitas, uel quae personarum proprietas. Diuinus ille apostolus Paulus, diuinae sapientię uas splendidissimũ/cum in aethereas, coelestes, diuinasq; sedes educeretur/unde mortalium mentibus coelestis amor inquã accenditur: Solem in illum confestim conspexit/ cuius splendorem quispiã suspicere quiuit/ quam per eius incensas flammas amore quodam diuino accenditur/solus inquã huiusce flammę prorsus inflammatur, illucescitq;/radiis eius omnia illustrantibus / inconcussam ueramq; ac assiduam adhibet praebetq; fidem, & in eiusdem splendore/caloreq; benignissime ardentissimeq; compacta omnia/ac cuncta fouente, spem omnem solidissimam collocat. Siquidem nihil est prorsus animo uelocius/nulla est celeritas quae cum animi celeritate contendere possit. Qui si permanet incorruptus suiq; similis/necesse est ut penetret aethera/& diuidat illa regna/a quibus, illa inquã diuina & Christiana religio/ a caligantibus oculis, caliginem tenebrosamq; uertiginem expulit / ut cuncta diuina illa religione conspicerentur. Siquidem, ut Ciceronis est sententia/nulla gens tam fera, nemo hominũ tam immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio. Multi equidem de diis praua sensere, id enim uitioso more effici solet/omnes tamen esse uim, & naturam diuinam arbitrantur/diuino apostolo autumante / nec uero id collocu... liũ aut consensus efficit, ... institutis opinio est cõfir

mata/non legibus,ut Plato & Cicero disseruere. Omni inquam in re mortaliũ consensu naturæ istitutio extimanda est/ quæue celsior pulchriorq; in hominũ genere/naturaq; eoꝝ: qui se ortos ad tutandos iuuandos/conseruandosq; homines arbitrantur. Abiere inq̃ ad æthereũ cœlesteq; regnum/diuinasq; sedes,qui diuinis paruere institutis/qui nusq̃ abissent nisi cũ inter mortales essent/unde iter sibi muniuissent. Nempe nemo unq̃ sine magna immortalitatis spe/se ultro ad necem offert/cum ingentis animi sit/mentem a sensibus auocare/& consuetudinem:cogitationem adducere/æternis huius diuini radii/quidam ita blesi septiq;: horumq; mentes caliginosa nube circumfusæ: sed in supræmã illam lucem/cogitationem & affectum/ pro arbitrio reflectentes/ita inquã resiliunt/ut ab eoꝝ exordio inde prosilire. Et cũ queant aliquando lucem illam perennẽ contemplare/ q̃optime diligendo refluere,procul dubio absq; medio effluxerũt. Hinc inquã ipso incenso lumine,luminum lumina conspicimus/ & in luminibus singula uera clarissime intuemur: proinde ac siquis in sole radios omnes inde manantes/in radiis aut colores singulos / qui inde creantur / inspiceret. Nam deus ipse summus/ qui intelligitur a nobis / alio modo intelligi potest/ut Ciceroni ex Platonis sententia placuit/nisi mens soluta quedam/& libera segregatione/ab omni concreatione mortali. Hinc Xenophon,in Socrate,cum pene,inquit, In manu poculum illud teneret/ita disseruit/ut non ad mortem tendi uerum in cœlum ascendere uideretur/duplicesq; uias censebat & cursus animaꝝ corpore excedentium. Nam qui se humanis flagitiis/& se totis libidinibus dedissent/ uel in Rep. uiolanda/fraudes inexpiabiles concepissent / iis demum quodam interesse seclusum a consilio deorum. Qui autem se integros castosq; seruauissent/ quibus fuisset minima cũ corporibus contagio, seseq; semper ab his reuocassent/essentq; in corporibus humanis uitã imitati deoꝝ/his ad illos,a quibus essent profecti reditũ facile patere. Sic diuini illi apostoli/martyresq;/ita e uita abiere/ ut eã moriendi natos se esse gauderent. Nempe duas moderator summus opifexq; deus rationales: spiritualesq; animas condidit cœlestem, terrestremq; / & utranq; a liberi arbitrii potestate insigniuit / ac nobilitauit, ut sponte ultroq; summi dei/diuinæq; eius maiestati perenniter in dilectione insisterẽt. Sed angelicus ille spiritus ab amore sũmi pennisq; boni excedẽs in se ipm collapsus/suiq; parricidia pactus/ærũnosam atq; pœnalẽ

impietatis suæ æternitatem experta: proinde inuidia contra mortalẽ ipsum inardescens: ne cœlestes illas beatitudines nancisceretur: possi/deretq; ipsum ad facinora perpetranda concitauit: cumq; suæ calami tatis consortem peragens: quasi pœnarũ socium cum asciuit: uel ut Alchumo uiro disertissimo placuit: ut iniuriam summo opifici inge/reretur: si mortalis ipse ad ipsius imaginem canditus: amisso suæ di/gnitatis nomine: in Tartareũ Baratrum suæ subderetur impietatis: quod pius inquã ille moderator: & conditor haud passus / miseratus hominis/reformare eum exoptans: ad pristinam dignitatem/nobilita temq;: misit unicum filium suum mortalem subscipere: ut idem qui deus erat/ex deo esset/homo ex homine/etiam immortalis aliquando: ꝙ pronosceret ac calleret: ut morti obnoxius esset / moriq; potuisset • Absumpsit inquã dei filius ex hominum imbecillitate: unde sua im/mortalitate firma/atq; immobili/mortalis esset: & sermonem ipsius ho minis olim uictorem magis persugaret • Iustitia magis q̃ sua illa ma/iestate ostenderet utrunq;: & perennem æquitatis suæ iustitiam: & probitatis æternæ suã pietatem/ ac mansuetudinem: iustitiam in an/gelo sui ipsius hostis: atq; hominis mortali uero ab eodem prodito mi serationem: quem gratuito magnæ pietatis suæ munere redimere ma luit / atq; uoluit • Siquidem si ex priscis philosophis: ut Platonicus Marsilius disseruit: eos diuinæ relligionis non omnino expertes / in/quiens: Siquis opificum ingens aspectuq; mirum præ oculis habeat: quod & ratione ualde mirabili: & arte admodum manifesta constru/ctum: atq; compactum sit ac moueatur: ac præterea spectantium usui ad uetum sit prorsus accomodatum: neq; tamen ille animo aduertat: aliquando opificium huiuscemodi summa quadam potentia: ratione peractum fuisse/atq; moueri: non e rationis oculis captum esse puta/bimus: aut si forte quãuis animo aduertat interdum: nunq̃ tamen ti meat/ueneretur/colat: tanti tam pulchri tam cõmodi operis archite/ctum • An non necesse est illum: cum apud spectatores alios: tum pe nes architectos: ipsum hac de causa extremo quodam odio dignum existimari • Sola inquiens ex omnibus hominum artibus: facultati/busq; pia semp philosophia omni studio prouidet: ne uel in cæcitatẽ tã miserã corruamus: uel tã graue odiũ subeamus • Nullũ enim inquã aliud ueri philosophãtis officiũ est: q̃ singulas tũ partiũ uniuersaꝝ rõ/nes & causas excogitare: semp atq; docere: deinde in his rerũ rationib9

& causis assignandis: ad sūmā deniq; omniū rationē:causamq; ascen/dere. Præterea cæteros ad superna pro uiribus secū ducere:ac dū quanta sapientia regat orbis omnis ostendit: simul & quāta humani generis cōmoditate ducat cæteris prouidentiæ rationibus satis liquide manifestat. Sed diuus Cecilius/ inanes philosophantiū/ & quasi deliras opiniones deridet: nā ut conspiciamus/inquiens: An stet & apud singulos ueritas: Melicerta & Leucothoe præcipitant in maria: & fiūt postmodū maris numina. Castor & Pollux alterni moriunt/ut uiuāt. Aesculapius ut in deū surgat fulminatur. Hercules ut hominē exuat Oetheis ignibus concrematur. Apollo Admeti pecus pauit. Laomedonti Neptūnus muros instituit: nec operis mercedem infœlix structor accępit. Antrum Iouis in Creta conspicitur: & sepulchrum eius ostenditur: & ab eo Saturnū esse fugatum in Latium: quod de latebra eius nomen accępit. Hic litteras inprimere/hic signare nūmos/in Italia primus instituit: unde Saturni ærariū uocitatur. Nam & rusticitatis hic cultor fuit: inde ferens falcem depingitur: hunc fugatū hospitio Ianus excępit: de cuius nomine Ianiculum nuncupatur: & mensis Ianuarius institutus est: ipse bifrons exprimitur: ꝙ in medio constitutus: annū incipientem pariter & recedentē spectare uideat. Nam Plato philosophoꝝ facile princeps etiā selectos q̄ electos coluit: uenerationeq; habuit: ipsorūq; nomina mortales edocuit. Hesiodus innumeros deos esse disseruit. Socrates uero demonas coluisse perhibet: quos modo genios/modo cœlestes/aut heroum animas:atq; alios subinde fingentes mortalium mentibus diuersos errores insuderint: hominesq; ipsos a dei ueri cultu auerterint: eosq;/ut deos, summa relligione colerent:ac nuncuparent. Hinc peractū est/ut maior deoꝝ numerus/q̄ howiñū esse cœperit. Nam Mauri Cęcilio autore/reges suos colebant: nec ullo uelamēto hoc nomē obtexūt: inde per gentes & ꝓuincias singulas uaria relligio mutabat: dū nō deus unus ab omnibꝰ colebatur: sed & ꝓpria cuiq; morum suoꝝ cultura seruabatur. Hoc ita esse Alexāder magnus insigni uolumine ad matrē suā scribit: metꝰ suæ potestatis proditū sibi a piis hominibꝰ a sacerdote secretū: cū maioꝝ regū memoria seruata sit: inde colendi:sacrificiādiq; ritus inoleuerit:si aliqñ dii nati sunt cur nō hodie nascūt? nisi forte Iuppiter insenuit:aut partꝰ i Iunone defecit. Hos & poetę demonas norūt:& Socrates instruit:se ad demonis arbitriū regi ꝑdicabat:magis inde ē ad pni/

ciosaq; ludicra/quorum tamen precipuus & Socrates formã ueri dei negat conspici posse/ & angelos ueros eius sedi dicit assistere: in quo & Plato aliquando pari ratione assentit/cum de his uaria amplexus fuerit. Nam unũ deum asseuerans/cæteros demonas uel angelos edocuit asseruitq;. Hinc uariæ philosophorum sententiæ effluxere/innumeras opiniones de diis quis esse abiectus omnibus publicis: atq; priuatis actionibus inuestigando ueritatis gratia disciplinæ contulerunt. Deniq; & ipsi prisci extimauere aurea illa secula conficta/ꝙ quondam Saturno fœlicia/quid rursus Saturnum apud mortales ueteres/quidue Iouem, ut Marsilius Platonicus/aliiq; academici animam ipsam in tres distinxere uires/intelligendi uidelicet & irascendi atq; concupiscendi. Primam partiuntur in duas: scilicet in mentem & contemplationem/uel actioni precipue debitam mentem quidem contemplatricem/ nomina Saturni indicant mentem actionibus obumbratã nominant Iouem deinde animũ uel iracundiam/ duriorem esse Martem/uel uoluptate molliorem esse Venerem arbitrantur. Preterea sub primo duce auream uitam, perlucidam, perennemq; existimant/alteram quippe argenteam/aurum insequitur/& actio contemplationem quasi pedisequam eam subsequi/ uenerariq; deceat. Ferream alteram sæuissimam cruentam/armorum sæuitiam ac inclementiam/uitam degere reliquã plumbeam. Siquidem libido atq; uoluptas instar plumbi mollior est/ & quasi pondere quodam ad inferiora decliuior. Sic Alchimistas illos toties fallit opinio & fortuna frustratur/ quoties inferiora metalla in aurum conflare moliuntur: tantum his qui concupiscentiam/ iracundiam/ actionem/ contemplationi pro uiribus subigunt/ res ipsa assidue quamuis insperata succedit ad uotum/ adeo ut pro metallis ipsis aurum/id est, pro uilissimis præciosissima/ & pro caducis perennia ac æterna nanciscantur/ atq; repertent. Asserunt deniq; in ibi musis ipsis/id est, cœlestibus numinibus ac cãtibus diuini homines conciti/ad eorum imitationem poeticos modos/innumerosq; meditantur: idq; Plato, cum de sipherarum cœlestium uolubilitate ediceret/ singulas, inquit/ Syrenas singulis ordinibus insidere ostendens/spherarum motu, ut Platonicus quispiam disseruit/cantum numinibus exhiberi. Nã Syrena deo canens recte exprimit: sic & prisci illi theologi/ nouem musas/octo spheras musicos cantus & unã maximã/quæ ex omnibus cõficit harmoniã esse uoluere. Hac igit ratione

poesis a diuino furore/furor a musis, Musas uero a Ioue proficisci effinxere. Nam mundi totius animũ sæpenumero achademici ipsi nuncupant: Poetæq; qui cœlum ac terras camposq; liquentes/lucentemq; globum lunę Titaniaq; astra, intus alit/totosq; infusa per artus: Mens agitat molem/& magno se corpore miscet. Ex quo effici effingunt, autumantq;, ut a Ioue totius mundi spiritu ac mente/quoniam cœlestes mouet spheras, atq; regit, ut fabulantur. Earundem quoq; cantus musicis/quas musas nuncupant ociantur. Hinc edixere a Ioue principiũ musæ/Iouis omnia plena/quoniam & ubiq; ille animus/quem Iouem nuncupant/uiget atq; implet omnia: & cœlum, quasi cytharam quandam/ut ille Pythagoricus Alexander Milesius, inquit, exagitans cœlestem efficit harmoniã. Et uates ille Orpheus, Iuppiter inquit, Rex & princeps omniũ abscondens lucem rursus emisit/ex almo corde operans cogitata. Sed Christiana illa diuina inquã religio/quæ pie, iuste, persacrateq; elucet/maximarũ optimarũq; rerum indagatrix/quæ nec alium quempiam mortalium cœlestiumq; spirituum/deum cognoscit ac ueneratur. Sed deum ipsum opt. max. ac immortalem, omniũ autorem, principium ac parentem orbis omnis opificem atq; architectũ adorat, atq; colit: ipsum inquã deum uerum/opificemq;, quem assiduc intuemur/contemplamurq;, ac ueneramur/nullisq; amplius præstigiis demonum ducimur. Quid inquã turpius magisue pudendum esse potest? q̃ nugas terere e fronte ueritatis/omisso fabularum riuulos sectari? cum præsertim ita natura comparatum constat/ut nullus suauior animo cibus sit/q̃ ueri cognitio. Nam poetæ ipsi, ueteresq; philosophi/nugas sectauere/ignoscendum inquã illis/ qui nõ ueritatis agnitionẽ habuere. Sed qui inuestigandæ ueritatis initia nacti fuissent: ut Pindarus inquit, Sese illis sæpius offerentem facile deprehendere posse/adeo in obscuris uersati sunt tenebris/ut pro ueritate magis atq; magis fingendi fabulas materiam præbuerint. Sic & ipsi philosophi/ cum sapientiæ laudem adepti sint / eo q̃ pleno gressu ueritatem sequi uiderẽtur: nihil eos profecto ut censeo tam deuios egit/quæ ueri summiq; dei ignoratio/ex quo haud dubie tot fabularũ deliramenta emanarunt/tunc potissime cum mortaliũ simplicitas utilis esset. Etenim hi ueteres qui scripsere de mũdi fabrica/exordioq; rerũ / de cœli motu ac deo/philosophica quadam indagatione/ac ratione innumeram deorum multitudinem reddiderunt: deumq; ipsum immortalem/ quem

exquirebant, ignorarunt, qui nugis specie humana fabulas poetis sup peditarunt / mortalium autem uitam superstitione omni retulerunt/ sicuti qui mox uiros beneficiis excellentes / in cœlum cœlestesq; sedes euexere • Siquidem, ut Cecilius inquit, Cur licet eos deos putas pro Romanis posse quos uideas/nisi pro suis aduersus eorum arma ualuisse• Romanorum enim, inquiens, uernaculos deos nouimus • Est Romu lus peierante populo deus factus: & Picus & Tyberinus & Consus / quem deum fraudis, uelut consiliorum deum coli Romulus cõstituit uoluitq;, postq̃ in raptum Sabinarum perfidia peruenit•Deam quoq; Closinam, Tacius inuenit/& coluit, pauorem Hostilius atq; pallorem mox febris dedicata, & Acca & Flora meretrices • Hi dii Romani cæterum Mars Thracius, & Iuppiter Creticus/& Iuno Argiua/aut Samia, uel Poena, & Diana Taurica/& deorum mater Idea/& Aegyptia portenta nõ numina/quæ uti siquid potestatis habuissent/sua ac suorum regna seruassent• Sic Aegyptii Isidem / Massagetæ & Rhodii Solem Sabini Sabũ/Mauri Iubam/Cancirum Macedones/ Athenæ Mineruam/ Afri Neptũnum/Poeni Vranũ/ Berecentintes Rheam/ Romani Quirinũ/Paphos Venerem/Babylonii & Assyrii Belum/Lemnos Vul canum/Cretenses Iouem/Armeni Anaitidem/Latini Faunũ / Nassos Liberum: deniq; alii alios ex mortalibus/& quod dictu magis pudendum est/hinc Græci Herodoto autore / deos ex hominibus ortos esse censebant: differentes admodum difficile deorum originem diffinire: cũ dii ipsi, presertim uanissimi fuerint/nullumq; eorum genus non mortale extiterit • Quandoquidem illi fugas, neces & uulnera perpessi sint: quanto igitur rectius est/eo mentis aciem tendere / ubi dei opt• max • perennis est sedes / eiusq; splendescit maiestas eluceseitq;, quem pia, incorrupta, casta, integra, puraq; mente & uoce uenerari debemus • Sane & erant apud priscos Romanos & uicti penates / quos Aeneas aduxerat profugus/ & Venus calua multo hic turpius/ut inquit Ceci lius, calua, quam apud Homerum uulnerata • Regna autem non me rito accidunt/sed forte uariantur: cæterum imperium ante tenuerunt Assyrii & Persæ: Græcos & Aegyptios regnasse cognouimus/ita uicibus potestatum Romanis quoq;, ut & cæteris imperandi tempus obuenit • Cæterum si ad originem redeas erubescas populos de sceleratis & nocentibus congregatos: & Asylo constituto facit numerum impu nitas criminũ • Nunc ut rex ipse principatum habeat ad crimina fit•

Romulus parricida atq; ut matrimonia peragat rem concordiæ per discordias auspicatur: rapiunt ferro fæuiunt: fallunt: ad copiam ciui tatis augẽdã nuptiæ: sũt illis rupta hospitii fœdera: & cũ soceris bella sæuia:crudeliaq; • Hinc Cicero: ex Anaximandri sententia: natiuos fuisse deos: longis interuallis orientes:occidẽtesq;• Sic Aegyptii apud se deo℞ genus primũ extitisse fabulantur • Diodoro autumante: duos quidem asserentes deos Solem: & Lunam: hunc quidem Osyrim: hanc Isidem: certa nominis ratione nuncupauerunt• Sed Cœlius/ex Ennii sententia: ex Ope Iouem: Saturnũ omniũ deo℞ parentem: Iu nonem/Neptunnũ/Plutonem/& Glaucam filios suscepisse: qui cum mortalibus plurimũ essent benemeriti: dii habiti sunt • Sed multi de niq; sunt deo℞ ortus: cum singuli populi: ut Perseus stoicus: Cicero/ ne autore disseruit: eos a quibus magna utilitas: ad uitæ cultum esset inuenta: uel gentis:& urbis conditores: uel fœminas castitate insig/ nes: seu uiros fortissimos: ex immortali genitos in numerũ deo℞ con secrauerint• Sic apud Romanos suprema illa consulatus dignitas in/ cœpit • Nam Brutus filios interfecit: ut extolleretur de suffragio scele ris cõmendatio dignitatis: ut Cecilio placuit: Non ergo/inquiens/de relligionib9 sanctis: nec de auspiciis:aut a auguriis Romana regna cre uerunt: sed ad certum tempus certo fine custodiunt• Cæterum & Re gulus auspicia seruauit & captus est • Sic Emancinus relligionem fu/ tilem coluit: & sub iugum missus est: pullos edaces habuit Paulus: & apud Cannas cęsus est• Caius Cæsar ne ante Brumã in Africam na uigio transmitteret: auguriis & auspiciis retinentibus spreuit: eo faci lius nauigauit & uicit • Horum autem omniũ ratio est illa quæ fallit & decipit: & prestigiis cecutientibus ueritatem stultum:& prodigũ uulgus inducit spiritus in scinceri & uagi quæ posteaq̃ terrenis uitiis immersi sunt: & a uigore cœlesti terreno contagio recesserunt: nõ de/ sinunt perditi perdere: & deprauati errorem prauitatis infundere • Hos & poetæ demones norunt: & Socrates instruit se:& regi ad arbi/ triũ demonis predicabat: & magis inde est ad pernitiosa: uel ludicra potentatus: & quanq̃ de deo loqui: & uera etiam edicere: ut doctissi mi edixere: piculosum sit id quoniã oculi intueri nequeũt • Cũ siqdẽ inaccessæ lucis fulgorẽ aspectus mortalis: quæ nobis diuino munere cõdẽnatus est: prorsus amittit: neq; animo cõspici potest: ut Cicero/ ex Simonidis sententia disseruit• Hinc illa philosophãtiũ deliramẽta

de deo max. summo opifice: & impie sentētiæ: an Thales Millesius: Laertio ac Cicerone: Eusebioq; asserentibus: aquā esse dixit: a qua nata sint omnia. Deū autē esse mentē: quæ ex aqua cūcta formauerit. Diagoras uero Attheus: & Cyrenaicus Theodorus: ut Diogenes edixere: & Cicero: nullū esse deū uoluere. Alii autē ut Eusebius asseruit: deos esse aut sibi minime constare dixerūt: aut prorsus sustulerūt. Nā Prothagoras sese negauit de diis quid liqueat scire: id est utrū aliqua esset diuinitas nec ne: ex quo eū Atheniēses suis elimauere finib9. Cleantes & Anaximenes aera deū statuerūt: Hinc Maro: Tū pater omnipotens fœcundis imbribus æther: Cōiugis in gremiū læte descendit: & omnes: Magnus alit magnos cōiunctus corpore fœtus. Pythagoras uero deū disseruit esse animū: per naturā rerū omnē intentū & cōmeantem: ex quo omnia quæ nascunt animalia uitā caperent. Anthistenes uoluit multos esse deos populares: unū tamē popularē summæ totius artificem. At Zeno diuinā naturalēq; legem: Xenocrates octo esse deos delirat. Chrisippus naturalem uim: diuina ratione prēditā: interdū diuina necessitate deum censuit. Anaxagoras deū esse dissruit infinitā mentē: quæ per se ipsam mouet. Epycurus uero deū esse dixit: sed nihil cuiq̄ tribuentē: nihil curantē. Profani inq̄ huiuscemodi sunt: ut Plato disseruit: qui nihil esse putant: nihil q̄d pugno cōprehendi queat. O insolens Epycure: complectere manu puluerem: subterfugit protinus ipse tibi: coge aquam subterlabitur: coerce aerē subterfluit: cohibe ignē subteruolat: Ha demēs: haud uales ignē: nō aerem: nō puluerem: nō aquā pugno subducere. Potest ne igit pugno complecti: qui manu uniuersum ipa cōplectit? Corpus uis esse deū excellentissimū: splendidissimūq;. Igit ignis esto/ ut inquit Platonicus ille Etruscus: Accede igit ad hunc ignē: lumem habet pariter ardorem comprime si queas manu lumen: non lumen sed iam tenebras educes caligineq;: comprehendi pugno ardorem: protinus dissolueris. Deus inq̄ ignis est consumens: nō pugnis: nō imaginatione: nō mortaliū affectu percipi potest: etiā si moratus fueris: nullo tū imaginationis pugno diuinæ ueritatis pcipias lumē: relaberis enim illico in falsitatis delubra. Opus est igitur dialectica cūctas imaginationis nebulas dissoluere. Rursum etiam si dialecticus fueris: haud attinges mortaliū oppressus affectibus: uitali calore dei salubriter ipse pfluit. Dissoluit inq̄ quicquid materie repperit: quod autē occurrit ab ipsa

exutũ sibi assistit:conciliatq́. Depone igitur hos caducos: terrestresq́ affectus:diuino ardore/fulgentissimoq́ splendore mox salubriter perfrueris. Sed Ciceronis sententia, Si talis/inquit/deus est: ut nulla gratia mortali teneatur dilectione, ualeat/inquit/quo nihil est surdius/ab Epycuro afferri ualuit. Hinc Maro/nec curare deum credis mortalia quenq̃. Et Lucretius/Nec bene pro meritis capitur:nec tangitur ira. Qua ex ratione/qui dei prouidentia expellere ex animis hominum diuinã illã dei opt.max.relligionẽ: prudentiamq́ exclusere. Siquidem cœlestis mortaliũ parens statuit: perennem illam patriam nostram/ cœlum illud fore. Iccirco dum terram incolimus: a nostra patria remotissimã contenti aliquando esse nequiuimus. Sors inquã huiusce non tantum mortalibus: uerum etiam cunctis rebus creatis est cõmunis: ut nusq̃ preterq̃ in propria origine quietem agant: atq́ quietis gratiã conentur illic finem imponere: unde exordium:originemq́ habuere. Sic aqua:terraq́ ad ima defluunt:descenduntq́: alta petit ignis & aer. Sic Talpæ atq́ similia terræ alueo se occulunt: cæteraq́ q̃plurima calcant terræ dorsum. Pisces aqua orti in ea degunt: mortalium uero animi cõmuni quodam naturaliq́ instinctu continuo cœlum appetunt: atq́ cœli opificem: regemq́ a quo ad lucem deducũt: creanturq́/prospicere exoptant. Siquidem dilectio illa ad deũ ipsum naturali ratione: diuinaq́ prouidentia mortalibus infusa inanem esse nõ perhibet:quę nihil perhibet:nc summa illa diuina ratio: que nihil frustra peragit:eam incassum nobis infuderit. Nempe uti summus ipse deus immortalis omniũ opifex:parẽsq́:ac sempiternus ita immortalium mentes perennes:ad æthereum:diuinumq́ illud bonum:natura ipsa exoptatũ: quãdoq́ ualeant peruenire. Nam in patria illa cœlesti cum ei heremus ipsum conspiciendo: atq́ congaudendo. Sic in hoc mortali orbe ipsum diligendo: amando: amplectendo: & prorsus colendo: uenerandoq́. Nec Idiaspes ille Persarum Rex Zoroaster:magici sceleris adinuentor: qui priscorum sacrorũ ritu imitator:promiscuas quasdam & uarias opiniones induxit. Siquidem uetustiores illi: Achatio autore: Iouem Saturnum: & huiuscemodi portenta: apud Grecos quondam ut deos uenerabantur: cum alioquin cognomenta minus seruarent. Nam Iouem bellum dicebant. Herculem Sandem Anaitida Venerem: alios itidem aliter uocitabant: quem ut Orosius Babilonius: & Atthenocles Symmachus: que Assiriorum:Mædorũq́

rex antiquissimas conscripsere historias/produnt. Nunc, inquit Achatius: maiorē in partem cū Manicheis a uera Christi relligione alienis Persæ cōueniunt: & in eo precipue: quæ duo illi delirāt: & prima inducunt principia: alterū quidē ut bonū: ita & optima quæq; parturiens: alterū quod penitus utriusq; his aduersatur: nomina uero istis imponebant & barbara: & pro eorum lingua compacta. Volunt nanq; siue deū siue creatorem Hormisdatim dicebant: Arimanes pernicioso ac pessimo demoni est apud hos nomen. Festū autem omniū apud se celeberrimū: quod uitiorum uocabant interitū peragebant: in quo & serpentiōni; pleraq; quorūuis animantiū: quæ & fera & solitaria sunt interficebant: & magis offerebant: & alia equidem portenta sacrificia peragebant: ignisq; apud eos preciosus uidebatur: & plane sanctissimus. Vt prisci Romani Vestalem illum ignem colebant. Nam & Persæ in ædiculis quibusdam: ut sacris semotisq; ignem hunc magi perennem seruabant: eundēq; dum intenti custodiebant archana peragebant sacra: & de futuris interrogabāt. Hinc Zoboris Persarum regis ortus hunc mater / Achatio autore/adhuc uentre gestabat/e regi generis successio ad regnū uocabant: qui ex matre hac nasceretur: erat tum dubius partus: marem ne paritura hæc esset / an fœminam: unde principes omnes/ & satrapæ / premia magicis uiris/ac dona exposuere: ut ea de re futura predicerent: grandem deinde equam producunt in mediū: partui proximā: duxereq; magos super hac: prius periculum facere: uaticinariq; qdcūq; futurum existimarēt. Hoc pacto paulepost cogniturros putabāt: quo progressus eorum esset pdictioq;: ex his quæ se simul posse imaginari haud secus euāsura: quæ de homine aut mare: futuroq; rege dicerentur. Nam marem tanq̄ ut ipsi magi futurorum prescii: predixere reginæ Syndarem uentrem imponūt. Nempe magorum Persarūq; regum mos fuit patriis prestigiosis legibus sæuū in modū mortales excrutiare. Sic Cambises sub patris cute filiū sedere iudicantem iussit. Et Chosroes Nachoragam: nam nō satis duxere ignaui ad pœnā & simplex aliquod mortis genus illis inferre: ut diis fictis ipsorum inseruirent: sed a ceruicibus cutem detraxere uniuersam: quæ ita ut e genitali ipsa inuerterent inspicerentq; miserabile uisu & sæuissimū facinus. Sic uates de Martia celebriora pegit: quę ubi de arte tybiis canendi cū Apolline cōtedisset: uictus demū: pro eius petulātia: uictori has pœnas dedit ut ei detractū suspenderet arbori coreū. Sed ista quidem

poetarum nuge sunt: & fabulæ ludicraque: ut quæ nec uera esse: nec decē tia possūt. Hi cōspicāt᷑ quod tybicinē dicāt Apollinē factū: & ex arte decertatorem: atque adeo, ut post uictoriam: sit ita euectus: ut indignas quasdam & furibundas iusto pœnas intulerit. Sed Aegyptii: Iamblicus eorum sacerdos disseruit: atque inquit/ Hic apud Aegyptios religiose sacreque eleuationis est finis: ip̄m uero bonū aliud quidē diuinū putabant ip̄m scilicet præintellectū deū. Aliud autē humanū unionē uide licet ad ip̄m dominū. Quemadmodū/inquiens Bitis/ propheta ex libris Mercurialibus explicauit. Non igitur pars hæc aqud Aegiptios prætermissa est: ut tu suspicaris: sed quēadmodū spectat ad sanctimoniam: rite est nobis tradita. Neque rursus de rebus exiguis sacerdotes diuinam intelligentiā interpellant. Sed de his quæ ad purgationē/solutionem/salutem pertinent animæ/ neque difficilia meditant᷑: eadēque in mores animæ omniū utilissimas: neque sub dolo & seductore quondam demone obfuscati sacerdotes allucinant᷑: qui in omnibus fallacē demoniacāque naturā prorsus excedūt: atque intelligibilem diuinamque conscendunt. His itaque peractis differens: obsecro inq̄ deū summū ipsum opificem: ut mihi tibique ueram intelligentiarum custodiā obseruātiamque exhibeat: nullo tempore defuturū atque in sempiternā perennitatem æternorum præbeat numen: ueritatisque lucem: ac perfectorum quæ circa deum omniū parentem intelligentiarum compotes nos efficiat. In quo fœlicissimus splendidissimusque bonorum omniū finis nobis est propositus: & amicitiæ concordiæque inter mortales mutuæ autoritas omnis atque firmamentū. Et Naso/Ille opifex rerū mundi melioris origo. Et Maro/Principio cœlū/terras/camposque liquentes: Lucentēque globum lunæ titaniaque astra. Spiritus intus alit/totosque infusa per artus. Mens agitat molē / & magno se corpore miscet. Et Mercurius Hermes: Vnū deū loquit᷑: eumque incōprehensibilem & inextimabilem confitet᷑. Sic Plato/alibi deū nominauit unū & ab eo hunc orbē/ quē conspicimus pactū esse astruit. Nam semp unus est: nullam ipsius originem ostendit: qui autore Macrobio: Vices temporum nesciens: in uno semp quod adest consistit æuo: & rerū omniū principiū cognominatur: cuius ut Cicero inquit: Nulla est origo. Hinc diuus Hieronymus: Vna est/inquit/ dei sola natura: quæ uera est ad id quod subsistit: nō habet aliūde: sed suū est: inexudēs deus: solus qui æternus est: hoc est, qui exordiū nō habet essentiæ ueræ nomē tenet. Hinc Eu-

sebius de Orpheo: etiã in carminibus quæ scripsit de uerbo sacro: di uina uirtute omnia gubernari: cunctaq; a deo producta asserit: in libro quẽ Aristobolus ad Tholomeũ inscripsit: Vos/inquiens/ qui uir tutem colitis: uos ad mea tantũ dicta aures adhite/ animosq; intendi te uestros: aspiciens sacris oculis sub pectore serua: hoc quoq; iter ingressus solũ illũ suspice mũdi ingentem autorẽ: solũ interituq; caren tem: quẽ nos præsenti quis sit sermone docemus. Vnus pfectus deus est: qui cuncta creauit: fouens atq; ipse ferens sup omnia sese: qui ca pitur mente tantũ: qui mente uidet: qui nullũq; malũ mortalibus in uehit unq̃. Quẽ præter nõ est alius: tu cuncta uideto. Hic ipm in terris melius cõcernere possis: Quẽ cœlorũ aurea sedes: sublimisq; tenet: cuius & dextera tendit: Oceani ad fines: quẽ de radicibus imis: con cussiq; tremũt montes: nec pondere quãuis immẽso sint ferre queũt: qui culmina cœli: alta colens: terris nunq̃ tñ ille sit absẽns: ipse est principiũ: mediũq; & exitus idẽ. Et si nulli omnino in hac labili mor taliq; uita: deus ipse omniũ motor agnitus: tñ illustres theologi philosophiq; nixi sunt etiã ratione ostendere inquiẽtes: omne nãq; quod mouet: ab aliquo mouet: ut in sole inspicitur: id igit mouens mouet an nõ: si minime/id deũ fateri necesse est ducimus: si uero mouet ab aliquo: & ipm mouet: aut ergo in infinitũ progrediendũ: quod nequaq̃ licet: & aliis summis rationibus quas consulto omittẽdas duxi. Hinc Damascenus/quod etiã Auerrois attingere uidet: Contra alia/ inquit/inter se ac pugnantia in unũ ut semp seu plerũq; in hoc orbe: quo ire conspicimus: quæ nisi alicuius gubernatione ac prouidentia minime possunt: ex qua omnibus & singulis ad unũ tendant finẽ tribuitur. Et Cicero: Quid dicendũ/inquiens/cũ ordinẽ hunc rerũ humanarũ pseuerandi iudicamus cœli motũ: sydерũ cursum: tẽporibus accomodatũ: necessaria cunctis animantibus instrumenta: organaq; data: tantã æquata lance orientiũ & occidentiũ uicissitudinẽ: quæ nõ temere: nã sic breuiter omnia corruerẽt: sed ratione certa durare animaduertimus: nõ rectorẽ iis ratione intelligentiaq; summa præditũ presidẽ arbitrabimur: proinde si Cymeriis illis differens: qui subterranea loca dicunt incolere: aliqs ad superas euaserit auras: ornatũq; hũc cœli: pulchritudinẽ solis: hominũ cœtũ: in una societate legibus moribusq; deuictũ: totã diuersi orbis uarietatẽ: agri amœnitatẽ repẽte cõspiceret: dubiũ ne qui diuina quadã sũmaq; artificis ratione cõstare

omnia putaret. Sed diuini apostoli: diuinãq; ipsius sententiã amplectamur: Oportet/inquiens/accedentem ad deũ credere/quia est: & inquirentibus se remuneratus sit: nec excusandos censeo qui deũ ipsum exclusere: diuinam illã fulgentem/perennem/cœlestemq; sedem negauere: ex qua Pyrrho/Aristo/Epycurus/Aristippus/explosi/qui deum ac prouidentiam temere inficiauere. Democritus item qui casu ex atomorũ congressu omnia cõstare putauit. Deniq; Theodorus ille Acteus cognominatus: ac reliqui omnes: qui ius fasq; minime seruantes: Venerem tantũ & Bacchum: malosq; demones: ac impios sæuosq; spiritus: eorũq; fauentes moribus coluere. Qui/ut inquit Cecilius/ hi ergo differens spiritus sub statuis/ac imaginibus consecratis delitescũt: hi afflatu suo uatum pectora inspirant: extorũ fibras animant: auiũ uolatus gubernant: sortes regebant: oraculaq; efficiebant: falsa ueris semper inuoluũt. Nam fallunt & fallunt. Vnus igitur omniũ dominus/deus/parens/rerumq; moderator summus. Neq; inquã illa sublimitas maiestasq;: qui quiuit habere consortem: cũ sola omnẽ teneat & calleat potestatem. Ad diuinũ inquã imperiũ e terris utemur exemplum. Quando unq̃ regni societas cũ fide cœpit: aut sine cruore desiit. Sic Thebanorũ germanitas rupta: & permanens rogis dissidentibus etiam in morte discordia. Et Romanos geminos unũ nõ capit regnum: quos unum uteri cœpit hospitium. Pompeius & Cæsar affines fuere: nec tamen necessitudinis fœdus in æmula potestate tenuerunt. Sic Iulianus Cæsar in Constantiũ ac Augustum patruelem: a quo in celsitudinis maiestatem ascitus fuerat: Et Marcus Antonius imperator: in imperii consortem/ac germanũ Lucium Verum: & Caracalla Cæsar in Getam fratrem: imperiiq; maiestate adolescentulum nõ respuendũ. Et Domitiani humani generis hostis in Titum fratrẽ humanæ naturæ delicias: qui nec deo pepercit: cum Domitianus ipse deũ/& dominũ nuncupari patiebatur. Nec inquã de mortali ipso quispiam miretur: cum natura omnis in hoc consentiat: rex unus in Gruibus/Apibusq;: & dux unus in Gregibus: & in Armentis rector unus: multo magis orbis unus est rector/ac opifex: cui uniuersa quecunq; sunt uerbo iubet: & ratione dispensat: uirtute consumit & moderat. Hic cõspici neq; nã aspectu uisuq; clarior est: nec cõphendi cũ tactu purior sit: nec mẽte extimari/excogitariq;. Nã sensu maior est: idcirco eũ digne deũ existimam9: cũ inextimabilẽ dicimus: ac pdicam9.

Vnus est inquã: & ubiq; ipse diffusus est: hunc igitur comitemur/ prosequamurq;: hunc habeamus itineris ducem: lucisq; principem: Christum ipsum regem summum patris splendorem: & salutis autorem: cœlestes illas lucidasq; sedes pariter & omniũ parentem: quærentibus & credentibus pollicentem. Ipsiq; omnes cœlestes athletæ militesq; perenni erimus: si Christum ipsum omniũ parentis imaginem: architectiq; assecuti fuerimus atq; nacti. Siquidem/ ut censeo/ humanarum omniũ actionum nulla difficilior est q̃ recte mortalium imperium: ipsiusq; habenas moderare. Nam si & uirtutes omnes sup peterent: prisci tamen fortunam etiam optandam esse disserebant arbitrabanturq;: qua desinente/ciuium animi plerunq; flectuntur: cũ fides ex euentu pendere soleat. Hinc Plutarchus/prudentiam/ iustitiam/ac potentiam nunq̃ satis posse nisi comitem fortunam habeant: a qua pulchritudinem ac magnitudinem: humanæ omnes actiones suscipiunt. Sane academici fortunam percensebant subitum & inopinatum euentum eo℞ quæ accidunt. Sic Cicero/ Multa effecit fortuna inopinata nobis propter obscuritatem ignorationemq; causarum. Seneca: Fœlicitas est/inquit/fortuna adiutrix bonorum consiliorũ: quibus qui non utitur: fœlix nullo modo esse potest. Et idem alibi magnam esse fortunæ uim in partem utranq; quis nescit: nam cum prospero flatu eius utimur ad exitus peruehimur optatos: & cum reflauerit affligimur. Hinc prisci nõnulli cæcam fortunam existimarunt: ꝙ nunq̃ uideat quibus patrocinetur: aut etiam aduersetur: sed absq; delectu semper clientis cuiuslibet suscipiat patrocinium. Etsi pleriq; non cæcam quidem: sed inuidam ac prorsus ambitiosam effinxere. Quippe cum nolit uiris ingenio prudentiaq; excellentibus aspirare: quorum præclara facinora: non sorti sed uirtuti potius ascribuntur: afflare uero soleat plurimũ ubi qnicquid emerserit magnum fortunæ solum possit attribui. Contra uero pro uiribus bonos insequi: conariq; usq; adeo uirtutem deprimere ut nihil ab ipsa præclarum uel geri uel comparari possit. Sic cœlo deamq; fortunam ipsam locabant ex Hesiodi figmento: eiusq; simulachrum cornu ac gubernaculo fingebant: ut qui opinarentur illam: & opes largiri: & humanarũ rerũ imperium habere. Proinde Aristoteles/Externorum bonorum fortunam causam esse: Et Liuius in omni re fortunam profecto dominari inquit: Et Hirtius/Fortuna plerumq; eos quos plurimis beneficiis or

nauit ad duriorem casum reseruat. Et Maro Fortunam omnipotentem cecinit. Et Domesthenes: In clypeo suo bonã fortunam scripsit: quippe qui opinaretur: eam rei bellicæ deam esse dominamq;. Huius ficti nominis templum magnæ uetustatis Preneste fuit: unde certa oracula & lusoria: ut reor: magis sorte eruebantur. Et apud Actiũ quoq; promouerit soliti simulachra fortunæ ad danda nugatoria responsa. Sic Romæ fortunæ edes: quam Lucullus opibus construxit: in quas statuas magnoꝝ artificum q̃plures erexit: quas dono habuit a Mumio: qui Achaiam uicit & Chorintum urbem opulentissimam duorumq; marium dominam: ex senatus consulto euertit. Nemesis quoq; quæ dea superboꝝ ultrix habebat᷑: & deoꝝ ira esse credebatur: a plerisq; poetis pro fortuna habetur. Hinc Antymachus scripsit hãc deam: consensu omniũ deoꝝ mortaliũ bona in sua potestate habere / effinxere. Et Adrastum omniũ primũ ædem sacram eidem statuisse: ad Sapum fluuium: in Cynthica urbe: & templum etiam ei erectum ad Ramũ Atticæ pagum: unde etiam Ramnusia nuncupat᷑. Quos diuus Aurelius deridens: Quomodo/ inquiens/ ergo dea fortuna aliquando bona est/aliquando mala: dea non est/inquit/sed in impium demonem cõuertitur repente. Et diuus Seuerinus: Dum leuibus male fida bonis fortuna faueret: Pone caput tristis merserat ora meum. Nunc quia fallacem mutauit nubila uultum Protrahit ingratos impia uita moras. Quid me fœlicem toties iactastis amici: Qui cecidit stabili non erat ille gradu. Et idem alibi: At uero hic etiam nostris malis cumulus accedit: ꝙ existimatio non rerum merita/sed fortunæ spectat euentum: ea quæ tantum iudicat esse prouisa: quæ fœlicitas cõmendauerit: quo fit ut estimatio bona prima omniũ deserat infœlices qui nunc populi rumores: q̃ dissonæ multiplicesq; sententiæ pie reminisci. Hoc tantum dixerim: ego ultimã esse aduersæ fortunæ sarcinam: ꝙ dum miseris aliquod crimen affigitur: quæ perferunt meruisse creduntur. Et Tragicus/ iniqua raro maximis uirtutibus fortuna parcit: nemo se tuto diu periculis offerre tam crebris potest: quem sæpe transit casus: aliquando inuenit. O fortuna uiris inuida fortibus: Quã non æqua bonis præmia diuidis. Nam / ut inquit Crispus / Res humanæ fluxæ & mutabiles sunt: cum humanarũ rerũ plerumq; fortuna casus regit: mortaliumq; negocia ipsa uersat. Quippe res humanæ; ita se habent in uictoria: ut uel ignauis

gloriari licet: res aduersæ & honos detrectant. Homerus uero fortu-
nam nullam esse censuit: his tamen fatum asseruit: quem diuinā uo-
luntatem esse percensuit. Non enim omnia sed fato quedā fieri existi
mant: obiurgans mortales: qui temere superos incusant in aduersis.
Quandoquidē ipsi præ eorꝫ uecordia/atqꝫ ignauia: malis suis causam
præbeant. Siquidem nostris actionibus omnibus deum præesse
existimant: sed illarū partem naturæ permittere: partem uoluntati
nostræ: alteram uero subitis & inopinatis casibus. Hinc diuus Seue
rinus: Huccine/inquit/ mundū temerariis agi fortuitisqꝫ casibus: an
illum credis ei inesse regimen rationis. Atqui inquā nulla existimaue
rint modo ut fortuita temeritate: tam certa moueanť; uerū operi suo
conditorem præsidem deū scio. Postremo/inquiens/æquo animo tol-
leres oportet: quicquid in fortunæ area geritur: cum semel iugo eius
colla submiseris; ꝙ si manēdi/ abeundiqꝫ scribere legem uelis: ei quā
tu tibi dominā sponte elegisti: nam fortunæ te regendū dedisti: mo-
ribus oportet obtemperes suis: tu uero uoluentis rotæ impetum reti-
nere conaris: at omniū mortaliū stolidissime: si manere incipit: sors
esse desistit. Siquidem sors & fortuna a priscis in omen non improbū
concipiebant: & eiusdem numinis templū a Seruio Tullio Roma-
norum rege: Varrone autore: iuxta Tyberim dedicatum extiterat:
extra Vrbem: cui hostias offerebant: magna in hostes uictoria: aut
fœlicitate obsecuta. Nempe ex Ciceronis sententia fuerit: omnia fato
fieri: ut fatum in omnia uim necessitatis afferret: uel alteram eorum
quibus uidetur nullum esse fatū: sed omnia referunt ad uoluntarios
motus. Sed Academici fatum causarum complexionem: & prouiden
tiam summi dei: quem primam causam nuncupant/esse existimant.
Heraclitus uero/Hesiodum irridens: qui alios infaustos: fœlices alios
dies asserebat: quem Romani amplexi: ut cū Quintū Decium ante
Kalendas Quintiles: ob Cremerensem Alliensemqꝫ cladem/inquiens/
illum non cogitasse naturam omniū dierū pariter dominā esse. Edox
us/Hyparcus/Nechateus/astronomi ꝗplurimi: fatū uirtutē cōstella-
tionū immutabilē esse edixere. Possidonius ex astroꝝ motibꝰuim effi
caciāqꝫ trahētē: pleriqꝫ scripsere: ipm esse seriē causaꝝ ineuitabilē: cœle-
stiū orbiū motu manantē: nec a supmo illo deo neutiqꝫ mutari posse.
Sic Cęsar/Martias idus/ob Scorpionis occasum: sibi fatales: haud effu
gere ualuit. Vnde Pythias/Crœso regi cōquerenti: respondisse fertur:

sortem fato ipsi quoq; deo immutabilem esse. Hinc priscum adagiũ: fatum facilius prævideri q̃ euitare posse: nam quod futurũ est: ipm exuperat Iouem. Hinc decemuiri: & Martius uates: ex Sybillinis libris fore: ut ad Aufidum flumen Apuliæ Romani uincerent. Chrysippus uero stoicus asserit esse sempiternam quandã indeclinabilem seriem rerum: quam Homerus/Cathenam/quam pendere de cœlo in terram deum iussisse cõmemorat. Affroniceus uero Alexander: naturam ipsam esse protulit. Hinc illud Homericũ: Nõ est qui fixas Parcarum auerterit leges. Et tragicus/ Primusq; dies dedit extremũ: Et Virgilius / Stat sua cuiq; dies: Et Sillius / Primus tulit: & Pallades poeta: Non rationem nõ legem nouit fortuna: hominibus autẽ imperat propriis sine ratione fluxibus magis iniustis fauet: ueluti ostendens temerariam potentiam. Hinc Comicus/Profecto hoc sic erit centum doctoꝝ hominũ consilia: hæc deuincit dea fortuna: atq; hoc uerum est: proinde ut quisq; fortuna utitur: ita precellit: atq; exinde sapere omnes dicimus: bene ubi quid discimus: concilium accidisse: stultum autem illum qui uertit male. Sed pulchrius Actius: Nam si a me regnum forunæ atq; opes eripere quiuit: & uirtutem nequiuit. Et Menander/Omnibus quidem bene sapiẽtibus auxiliatur fortuna. Sic Ausonius / Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem: Atq; Abacum Samio sæpe onerasse luto. Et Satyricus: Victrix fortuna sapientia. Et Naso: Ille Iugurthino clarus: Cymbroq; triumpho: Quo uictrix toties consule Roma fuit. In cœno Marius iacuit: cannaq; palustri: Pertulit & tanto multa pudenda uiro: Ludit in humanis diuina potentia rebus: Et certam præsens uix habet hora fidem. Hinc Flaccus: Fortuna sæuo læta negocio: & ludũ insolentem ludere pertinax: transmutas incertos honores: tunc mihi tunc alii benigna: laudo manantem si ceceres quatit: pœnas resigno: quæ dedit & mea uirtute me inuoluo: probãq; pauperiem sine dote queto. Nã ex humili magna ad fastigia rerũ: extollit quoties uoluit fortuna iocari: ut Satyrus ait. Sed pulchrius Maro: illud Aeneæ: Disce puer uirtutẽ ex me: uerũq; laborẽ: Fortunã ex aliis. Et Sparthanoꝝ Agesilaus: Non eos qui bene ac prospere uiuerẽt: adhuc fœlices ac fortunatos esse: sed qui gloriose oppeterẽt: cũ ali9 de alio iudicet dies: supm9 de omnib9. Hinc ille Aemilius Paulus: Cum regem Persaꝝ superauit: in triumphoq; ante currũ duxit: cum eius sobole: mox duos amisit filios: ne

ſolidam: neue diuturnã letitiam ei permiſit: domeſticis funeribus eã miſcuit. Sic Magni illius Pompei caſus: qui tot Reges prouinciaſq; deuicerat: a ſpadonũ proditorũq; libidine in Aegypto trucidatus eſt. Hinc Carthaginenſes qui ſuos impatores cruci affigebant: qui proſpero etiam euentu: prauo conſilio rem egiſſent: fœlicitatẽq; illam ciuitatis genio tribuentes: temeritatem ducis ulciſcebant᷑. Cum principum ſit nihil inconſulto: aut temere/ aut pœnitendũ peragere: ſed circũſpecte: ne in illud Africani incidant: turpe eſt enim dicere imperatori/nõ putaui. Et quãuis in duce: Octauio autore: celeritatem feſtinationemq; optandam: tamen ſat celeriter fieri: quæcunq; bene fiant. Hinc Fabii cunctatio extollitur. Itaq; Homeri ſententia amplectenda: qui neminem uiritim coronat: ſed eas cœlo tribuit. Sic Romani: nam nõ uictor: ſed uictores patrii penates/geniiq;: quãuis ficti ſimulatiq; eſſent: ipſi coronari pronunciabant᷑: eorũq; delubris coronæ dedicabantur: abiectoſq; & ſubiicientes ſe fortunã ue uarietatem: aut aſpicientes: ut illud Maronis amplecterent᷑. Hæ tibi erunt artes paciq; imponere morem. Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos. Et illud Ciceronis: Nam quotienſcunq; diſcedit æmulatio: ſuccedit humanitas. Qua ex re Achatius: Cum itaq;/ inquiens/ hiſce in locis res proſpere cederent: uiſum eſt omnibus belli finem Italiã de cætero habituram: cum id alioquin alterius belli exordium eſſet: atq; adeo/ ut plane autumem nunq̃ noſtrum id ſeculum mala huiuſcemodi relictura: ſed permanſura perpetuo: & maius hæc ſemp auctum iri: in quo ad humana illa inq̃ natura preſtiterit. Quandoquidem / uel ab initio ut dixerim: cum uita ſimul inuecta ſint prælia: & ſane poetica & queuis hiſtoria belloꝝ ſunt referte: nec aliud eſt in his comperturus: uberius proditum: cuius rei cauſam: haud quanq̃/ ut uolunt pleriq;/ aſtroꝝum eſſe decurſus uel fatum: uel abſurdas quaſdam neceſſitates crediderim. Nam ſi fortuna / inquiens / in omnibus ſuperaret demereturq;: & mortalibus arbitrari: & uelle profecto & inſtructiones omnes & artes: diſciplinaſq; uanas: & plane inutiles iudicaremus: deperiretq; & euaneſceret infructuoſaq; foret ſpes recte uiuẽtiũ. Haud tñ ita ſe habet: nõ enim deũ diſſerẽs q̃ mihi cognitiõis hic tã ꝑlioꝝ ducẽ eſſe & cediũ cõuenit᷑. Cũ nãq; q̃ eſt ſummę ſic bonitatis: & maloꝝ abactor: homicidã eſſe: & præliis delectari. Nec affirmãti quidem fidem ſum præbiturus: ſed in cupiditates & iniuſtitias: animi

hominū/ sponte labuntur / discordiisq; : & perturbationibus omnia complēt. Hinc nimirū pernicies affatim occurrit : actionesq; diripiūt mortaliū:& cedes infinitæ oriunt. Siquidē pleriq; putauere:mala omnia in rebus humanis:quoquo uersus euenire cōspiciētes: quoꝝ nulla manifesta ratio uidebat : nullā prouidentiā : neu fatū : sed casu cūcta euenire : sicuti Epycurus & Democritus : ut diuus Aurelius cōmemorat : alii superiora corpora causas eoꝝ necessarias cōstituere: & hi fatū immutabilem rerū ordinē dixere : ut Stoici nōnulli prouidentiā qdē posuere: uerū superioꝝ tantū corpoꝝ : inferiorū uero tūc cōtingentiū nequaq. Et hi peripatetici pleriq; fuere. Quidam ut Seuerinus/fatum quidē ipm:& rectū rerū ordinē existimauere: qui ut bene sentiunt:sic & male oblocuti impio & profano philosophoꝝ utentes uerbo. Proinde diuus Aurelius : Siquis/inquit / dei uirtutē : aut potestatē fati nomine appellat : sententiā teneat : linguā corrigat cohibeatq;. Nōnulli etiā mobile fatū : ut ex prouidentia pendere affirmauere : ex quo Aegyptii in quibusdā sacrificiis mutari posse existimauere. Sed Gregorius Nazancenus:Absit/inquit/ut fatū esse aliquid dicamus. Quā ob rem & dicendū differens ; queādmodū fatū : ut in secūdis causis mobile quidē autē prouidentiæ subest : immobilitatē/firmitatemq; : non quidē necessitatis absolute : sed hypotetice seruat. Siquidē solus nāq; deus humanos ordinabit actus : qui solus humanā poterit immutare mentē : nec iccirco cogi dicitur cum ipse concurrat. Sic itaq; omnia: quæ hic auguntur prouidentiæ referunt : ut rursus Aurelius inquit : Proinde fortuita quedā esse causaꝝ respectu proximaꝝ : nō tamen diuinæ prouidentiæ. Sic demū nihil temere in hoc agit mūdo: ut idē Augustinus auctor est. Vnde deū ipsum pie colamus/ueneremurq; caste : nō tantū corpore : ut inquit Cicero : sed animo fortius. Nam corporis macula/uel aspsione aquæ/uel dierū numero tollit animi labes: nec diuturnitate euanescere : nec ullis manibus erui potest. Hinc Dionisii filiū regno amisso : ludi fuisse magistrū : & in triuio docuisse literas : eo q̄ & pater sacrilegus fuerat. Vnde Tibullus: Vos quoq; abesse procul iubeo : discedite ab aris:Queis tulit hesterna gaudia nocte uenus. Casta placent superis : pura cum ueste uenite: Et manibus puris sumite fontis aquas. Vnde Aeneas : Tu genitor capa sacra manu/ patriosq; penates : Me bello ex tanto digressum & cede recenti: Attrectare nefas / donec me flumine uiuo / Abluero. Et Dido : Annam

cara mihi nutrix huc siste sororem. Dic properet corpus fluuiali spargere lympha. Et rursus Aeneas: ter socios pura circũtulit unda: Spargens rore leui. Hinc Cicero: an pietate aduersus deos sublata: fides: humaniq; generis societas atq; iustitiæ uirtus excellentissima tollãtur Nam cum pietate tolli relligionẽ: & sanctitatem constat. Hinc prisci Romani: ex Romuli instituto uictores iis enim exercitu Ceninensiũ fuso: truncatoq; in prælio rege: Ioui Feretrio templum in Capitolio: & opima spolia hostium cesi: sic autorẽ sequentes posteri ferrent. Itaq; duo post Romulum opima spolia in hãc Iouis ædem detulerũt. Cornelius scilicet Cossus: cum Tolumaum Tirhenum obtruncasset: & Caius Marcellus: qui Viridomarum Gallorum regem superauit. Sed autore Festo: decimasq; quoq; ueteres diis suis offerebãt: delubra impiorum deorũ lucos nõ Magorũ: Persarumq; more Romani peragebant. Nam Xerses: cũ igne templa Grætiæ combusisset: fertur q deos quibus omnia esse patentia: ac libera deberent: quorumq; omnis hic mundus templum esset: & domus parietibus includerẽt. At Romani delubra in urbibus & lucos in fundi: uillæq; conspectu: instruerent. Vnde Cicero: censet: ut rebus diuinis ubiq; homines operã nauarẽt: atq; dei presentia & aspectu castiores essent: & deorum speciem: non solum oculis: sed mentibus haberent. Nam & ipsi Vulcano & Esculapio: templa & lucos erexere. Vnde Maro: Est ingens gelidum lucus prope Ceretis annem: Relligione patrum late sacer: undiq; colles: inclusæ canes & nigra nemus abiete cingũt. Syluano fama est ueteres sacrasse Pelasgos: Aruorum: pecorisq; deo: lucumq;: dieq;. Qui primi fines aliquãdo habuere Latinos. Nec fas erat lucum exscindere: absq; uatum monitu. Vnde Turullius Antonii præfectus: qui arbores ad naues peragendas succedisset: Antonio deuicto: a militibus Cæsarianis obtruncatus extitit. Vnde Cybele: quam deorum matrem poetæ effinxere: ut Maro edocuit: nauesq; ipsas sacris suis pinibus factas Iouem precata: delirãt ab incẽdio industria. Turni postea illato seruauit Sed diuina illa inquã relligio: que uia est: & in multitudinẽ latius in cremẽto: & fæcũditati extẽditur. Hæc illa inq̃ diuina relligio sola amplectẽda: diuinisq; preconiis extollenda: cæteræ tanq̃ deliræ & nugæ atq; mortaliũ mentibus uirus: uenenũq; infundẽtes: portẽtaq; edocẽtes. ab hominũ cætu excludẽdę explodẽdęq; sunt. Cũ sola christiana diuina relligio: profluẽtes riuos latius expãdit: unaq; origo omnium

mortaliũ: & una genitrix fœcunditatis: successibus uberrima: illius fœtu nascimur: illius lacte nutrimur: spiritu eius animamur: & dari nequit: cũ castissima pudicissimaq; sit: unũ dei templũ nouit: uni thoro sanctitatem: casto pudore custodit. Hæc inq̃ illa est deo immortali: in perenni illa cœlesti fulgentiq; sede seruat. Hæc illa inq̃ est: quę liberos: diuinoq; illi ĩperio alimẽtũ præbet. Ab illa inquã mortalium cecidit hostis: cum ad illam ascendere nec rapi maluit. Nobis inq̃ in alterutram partem incidendum: aut in barathrum: aut in fulgentissimã fœlicitatem. Siquidem qui ipsum deum opt. max. respuit: non tamen immunem se facit: perennis gloriæ. Sed naturam illam haud seruat: a cuius pulchritudinem attinet: ut agnitum illum diuinum spiritum expostulat: exquiratq;: nec respuat aut contendat. Ad hãc inq̃ fœlicitatem diuina illa Christiana religio mortales omnes admonet/promouet/dirigit/impellitq;. Hæc est illa lux prima: quæ orbi affulsit: & inter demonũ & dei opt. max. relligionem quasi inter lucẽ caligines tenebrasq; distinxit. Hæc inquã mortalibus ostendit: nõ solem illum uisibilem: ut olim prisci uenerabantur: quasi cœlestium regem: ac architectum: sed deum ipsum omniũ parentem: opificẽq;. Postq̃ fulgentissimus ille sol patri/omniũ parenti: & coeternus & coæqualis: a quo cuncta: ætheraeq;: orbisq; omnis cõdita/pactaq; fuere: caliginẽq; ab humana mente expulit: mortalibusq; ipsis lucẽ uberrimã/fulgentissimãq; immisit ac præbuit/effulsitq;. Hinc inq̃ est origo rerũ omniũ numenq; a quo cũcta proficiscunt: proinde ad ueritatẽ/splendorem: ac letitiam: cuncta subleuat: unde descendit: absq; huius splendore omnia extingui cõspiciunt: eo illuscente cũ reuiuiscere atq; splendere: & id quod optimũ est: diuinũ humano generi cõmemorat cultũ: ut neq; impii queant deũ illũ summũ esse inficiari: abnegareq;: cuius simulachro sensibus nihil est clarius. Improbiq; ac flagitiosi eius imperiũ ac maiestatem effugere: euadereq; queũt: eiusq; diuina imago ac simulachrũ est ipsa claritas: atq; uelocius uehementiusq;: q̃ exprimi: cõmemorariq; possit: momẽto p omnia dilatat atq; distendit. Vnus inq̃ in omnib9 & sup omnia deus ille sũmus. Siqdẽ unũ in oib9 & circa oĩa numẽ atq; lumẽ: & ut academic9 inqt Hetruscus Lumẽ reb9 a deo factis: est qdã diuinę claritatis splẽdor: atq; ut ita loquor: est de9 quasi se ipm ad opeꝝ suoꝝ capacitatẽ accomodans: ipe est inq̃ lumẽ immẽsum: uiteq; fons: in cui9 splẽdore: ut rex & uates disseruit: lumẽ cõspicim9. Et Orphe9: oculus q cũcta in singulis inspicit: cõspicitq;: & in se ipo: dũ se esse pspicit omnia rimat.

VMMVS ILLE OMNIVM REX Princeps ac parens deus diuinam relligionem: ipsiusq; ecclesiam ut filium suum unigenitũ cui uniuersoꝝ imperiũ præbuit: mortalium neci addiceret: qui sua inquã morte ab illo impio omniũ hoste demone constantissime absoluisset/liberassetq;: sanguinem ac uitam pro ea lubens effundisset/profudissetq; • Idcirco uertex illius culmenq; institutus sua regia illustriq; uirtute constitutus: ac illustratus extitit: ut in ea ipsa floreret/splendesceretq;: Et princeps eximius rerum omniũ opifex existeret • Cuius opera peractum extiterat: ut in perennem sempiternãq; libertatem uendicata/ nactaq; • Quippe cum ea ita esset a deo illo omniũ artifice instituta: ut diuersis generibus hominũ contineretur: qui tanq̃ membra unũ peragerent efficerentq; corpus: eiusq; imperium Christus ipse tanq̃ fulgentissimũ sydus obtineret/ moderareturq; omnium mortalium salus ac maiestas dignitasq; niteretur•Ea qua ratione Iesus ipse summus in ea esset repositus: ut præesset: qui apud posteros eius ipsius præeminentiã/dignitatemq; sustineret: ac tueretur: soliũq; diuino illo apostoloꝝ uertici: ipsemet Iesus sponte detulisset: illũq; principem pascendis suis ouibus esse uoluisset: gestumq; est ut omnes qui deinceps Christi apostolorũq; principis imperiũ moderarentur & obtinerent: & relligionis diuinæ Christianæ ecclesiæq; ut instituta monitaq; dei opt•max•expostulant haberentur: ad quos cuncta tanq̃ ad unũ referrentur principem: ut queadmodũ architectus ille summus deus Iesum ipsum suũ filium: uere relligionis/ecclesiæq; ducẽ/ac principem esse uoluisset • Ita & diuini illi ueri Christi milites: ac athletæ Christianæ ecclesię militantis propagatores principes constituerẽtur: ut illius uatis diuini asserentis: quos constituit super gentes & regna: ut euellerent & destruerent/disperderent/ædificarent/& plantarẽt: ac instruerent•Nã ut Gregorius ille Nazancenus asseruit: Quos si æque inquiens/omnes laudabimus: eius attamẽ meritis inferius cuncti apparebimus: ueluti qui Solem aspiciunt quanq̃ alter altero plus minusue: omnes tamen uidendo deficiunt • Ego igitur differens si a magni Basilii maioribus ipsius exordier: & existimem in hac parte qua mortales humana tantum sentientes maxime cõmendantur: extolli debere: nihil profecto apud Homerum heroum illorum Cathalogũ admirabimur • Quippe priscorum illorũ progenie / ac prosapie plus uanitatis tumorisq;: q̃ uere gloriæ ac ueritatis habent • Nempe nihil

in his forte sublime magnumq; : sed eo nomine omnia indigna ac uirtute inferiora inueniri • Hi sunt Pelopidæ / Cecropidæ / Alcmeones / Atacidæ/Heraclidæ : & alii q̃plures • Pelops Tantali fuit filius: Phrygiæ regis qui bellum cum Ilo : Ilii conditore gerens : cum belli exitū formidaret : filio mandauit in continentem se cum facultatibus reciperet: hac cōditione si uinceret: rursus in Phrygiā remearet: si succūberet remaneret in Europa • Pelops itaq; substantiā ferens omnē in Græciam : appulit in partem quæ tunc Appia uocabatur: ubi Oenomaus regnabat : filiam habens Hyppodamiam : quem cum equestri certamine ac cursu Pelops superaret filiam promeruit : ex quo locum habitans postea a suo nomine Peloponessum uocauit • Ex eo inde descendentes Pelopidæ sunt dicti : ut Atreus/Thyestes/Agamennon/Menelaus : postremus omnium Orestes • Et hoc quidem de Pelopidis • Cecrops rex fuit Athenarum biceps descriptus : quod duas teneret linguas/Græcam & Aegyptiacam • Nam fama est Athenienses Aegyptiorum colonos esse a Saiense ciuitate : quorum dux is fuit Cecrops : unde & Cecropidæ dicti • Alcmeon Atheniensium unus uir insignis: cum Pisistrati tyrannidem odio prosequeretur : patriamq; libertati restituere cuperet : uenit Delphos oraculum sciscitaturus : unde accepit Lacedæmonios Athenas liberaturos • Quo facto illi ad delendam ex Athenis tyrannidem sunt postea impulsi • Vnde Alcmeon magnam est hac sapientia laudem consecutus • Aeacus Iouis filius per siccitatem Græciæ rogatus : ut ex patre imbrem supra terram impetraret : magno deinde fuit apud populos in honore • Peleum suscipit & Telamonem/is Aiacem : ille Achillem genuit • Hercules item Ioue natus ex Alcmena : Amphitrionis uxore : ex quo Hyllus pluresq; alii fuerunt liberi Lacedæmoniorum reges omnes Heraclidæ appellati • Et demum Græciæ nihil ex proprio genere præclarum gloriari habentes : ad fabulas se conuerterunt : asserentes eos esse sibi progenitores : quos deos peregissent • Quis enim inquam Iouem sanus mente dixerit deum ? omni libidinis genere contaminatū ? Si aūt affers hominē nec propterea corruptioni obnoxium / ac mortalem : magnum esse quendam & male efficis assequi artibus est necesse • Quam ob rem ad id quod iam institui regredior • Nam mortalem ipsum non ex maioribus se ex sese : ac propria uirtute nobilitatum potissime sumendam ducat • Cum sit imprimis turpissimū colores & formas & equos non

aliunde q̄ ex ſeipſis probari : nos uero ornatum: ac pulchritudinem extrinſecus ab aliis quærere ac mutari • Quid enim queſo ad nos maiorum uirtutes ſi ignaui fuerimus ac ſecordes? Vnum igitur & alterum factum in cuius uis proſapia : cuius relligio / pietas / iuſtitia / cōſtantia : domum illuſtrant & recenſere ſat erit • Cenſendo puto apud omnes qui ſapiunt iam eſſe in confeſſo : quemadmodum eruditio ſeu diſciplina primum eſt omnium bonorum : non ſolum illa Chriſtiana relligio : ut rurſus Nazanzenus inquit / Quæ non dictionum pulchritudinem : ſed rerum ſenſum & intelligentiam ſequitur : Verum ea quæ extra fidem ſunt : quam pleriq; odio habuere perpere quidem • Nempe ſi ex philoſophia nōnulli noxam contraxerunt : ac in errores uarios inciderunt : ea de cauſa deſpiciunt eodem modo: nec hi cœlum orbemq; omnem deſpicere maluerunt • Quandoquidem plures conſpiciuntur : qui hos deos conſtituant aut iis alias abutantur • Similiter autem & ignis : & elementa cætera : & cibus ipſe : quæ in interitū ac perniciem male utentibus ferunt : ab omnibus improba deſpicientur • Verūenimuero contra conſpicimus q; non ſolum ea quæ de genere ſunt mediorum : ſed omnino peſtifera / reſpuendaq; • Interdum ea probe accomodantes : iuuare inueniantur • Iamq; ex uipera : ac dracone pulcherrimū morbis antidotum medelamq; conſpicimus • Sic inq̄ ex priſcorum diſciplinis : quæcunq; ad naturæ conditionē / morumq; inſtitutionem agunt & diſtamus : quæ uero ad errorem & ſuperſtitionem ea euitabimus • Quo nam pacto/inquiēs/Si noſtra cū illis inſeramus hac comparatione : ut ſancta/pura/pudica/integra/ pia/ caſta : ac uera : illis probroſis impuris/ ineptis / longe præſtare noſcamus • Non itaq; ulla deſpicienda diſciplina : cognitio : cum de genere bonorum ſcientia ſit ipſa • Quin potius ipſam ſpernentes plane ignauos exiſtimare debemus : qui libenter cunctos ignaros eſſe mallent : ut ipſorum ignoratio in cōmuni latens minime depræhendi: aut ab aliis taxari ualeat • Siquidem priſci illi : & aruſpicinam / negromantiam / pyromantiam/ aeromantiam/hyromantiam/geomantiam/magicāq; : has improbas / impiaſq; artes ſeu diſciplinas adinuenere : quæ niſi portenta & deliramenta præ ſe ferebant : & nugas : & deceptiones : ab Amphiarao ſeu a Delpho quopiam : Plinio autore : uel ab Ethruſco : ut Cicero inquit : Fœlicitatem aut infœlicitatem : & in his utpote in fulguribus & auibus:& aliis brutis percipiebat: a malo delusi de-

mone • Hinc Xerſes Herodote teſte : ut cum Xerſes Perſarum rex in Europam exercitum traiiceret : equus bellicoſiſſimus leporem feram timidiſſimam peperit : exercitum proinde una cum Rege fugam moliturum portendit • Sic Cæſar/ut Appianus inquit/ ut quo die in aurea conſedit ſella : in boue quem imolauerat cor non apparuit • Hinc etiam Vergilius : Mactat lætas de more bidentes : pecudumq; recluſis : Pectoribus inhians ſalientia coſulit exta • Et idem / Erix meliorē animam pro morte daretis perſoluo • Sic Marcellus cum Hannibalis exercitum ab Italia pellere : aut proſternere niteretur : auruſpiciis cōſultis : reſpondiſſe fertur : exta non placere : moneretq; : ne quid temere ageret : Nocte ſpeculandum cum paucis egreſſus ab hoſte interemptus extitit • Sic autumabant in fulguribus in fulmine : & tonitruo : etiam futura excipiebant • Hinc Maro : De cœlo tactas memini prædicere quercus : & idē alibi : Te atq; nouas circū fœlix eat hoſtia fruges : Omnis quam chorus & ſocii comitantur ouantes : Et Cererem clamore uocent inepta • Et alibi : Sic fatus meritos mactat honores : Taurum Neptunno : taurum tibi pulcher Apollo • Hinc Capito iure conſultus refert: Ioui uerre tauro imolari ariete nō licebat:& ſiquis forte ei tauro per ſacrificium perageret piaculum dabat • Hinc Vergilius : Cum cœlicolum regi mactaretur in littore taurus : ſecutum aſſerit dictu & uiſu horrendum & memorabile monſtrum • Antyſtiolabio diſſerebat Apollini : Neptunno & Marti : imolabatur iuuencum Ioui imolatum : Seruius refert • Marti enim equus imolabatur : eo ꝙ per eius effigiem Troiani capti eſſent: uel ꝙ eo animalis genere Mars oblectaretur • Ioui uero idibus omnibus mactabat ouis : Vnde Ouidius : Alba Ioui grandior agna cadit • Et Satyricus alibi : Niueam reginæ cedimus agnam : par uellus dabitur pugnāti Gorgone Maura • Sed procul extenſum petulans quatit hoſtia funem : Tarpeio ſeruata Ioui : frontemq; coruſcat : Quippe ferox uitulus templis maturus & aræ : Spargenduſq; mero : quem iam pudet ubera matris : ducere : qui uexat naſcenti robora cornu • Baccho & Mineruæ capra : quæ nunq̄ febre caret : & uitibus obeſt • Vt placuit Maroni • Sic Eſculapio ſuo caper deinde • Hinc Naſo : Et prima putatur hoſtia ſus meruiſſe necē quia fœmina pando : eruerit roſtro : ſpemq; intercipit anni • Vite caper morſa Bacchi mactatus ad aras : Dicitur : ultoris nocuit

ſua culpa duobus: Plutoni uero nigrum pecus. Hinc Aeneæ filio Anchiſes in ſomnis hæc dixiſſe fabulantur: ut in infernum ad ſe deſcenderet: & ꝙ cum illuc multo nigrarum pecudum ſanguine caſta Sybilla duceret: Et quod impiiſſimũ erat: ac nefarium homines imolabant: aut ſe ipſos imolaturos uouebant: ut Cæſar autor eſt: ꝙ ita Druidæ Gallorum ſacerdotes ſacrificia peragebant: ꝙ Tyberii Cæſaris imperio: ut Plinius refert: ſublatum extitit. Quippe hanc augurandi improbam uiam: illuſtres autores & ueteres deriſere. Hinc Ioſephus de Moſſolano milite magni Alexandri/refert: ꝙ cum exercitus iter ageret: uates quiſpiam ſtatim iuſſerit omnes conſiſtere: ꝙ ex aue quæ in proximo erat: augurium captaret: tacitus ſumpto raptim arcu: ac emiſſis ſagittis auem interemit. At uate pleriſq; aliis: id iniquo animo ferentibus: quid furitis/inquit/mali demones? hæc enim auis de ſua ipſius ſalute neſciens: num itineris euentum nobis potuit prædicere: ſi enim præſcire futura ualuiſſet: nec in hunc ſe contuliſſet locum: metuens ne ſagittis a Moſſolano Hæbreo opprimeretur. Quamuis Cicero magnis diſciplinam hanc impiam: improbamq; efferet laudibus: inquiens: Omitto noſtros qui nihil in bello ſine extis agunt: & nihil ſine auſpiciis domi habent. Sic Valerius/Dioniſius/Feneſtella/Liuiuſq; aſſerunt. Quos ſumma relligione augurum collegium coleretur. Et Cicero inquit: Quis Rex unq̃ fuit? quis populus? qui non uteretur prædictione diuina? Nam ius Romanorum eo conſtare diſſerebant. Vnde Cicero eum maximũ & præſtantiſſimũ nuncupat: Et idem meminit: ꝙ apud Preneſtinos ſculptas in robore litterarum priſcarum notiſq; fortunæ monitu pueri manu miſcebantur atq; ducebantur. Sic Suetonius in Tyberio meminit: nam diuinabant per ſortes: autore Cicerone: Iuuenes numeris ſuffuſi in Latio. Sed Cicero quamuis augur auguria irridet. Egelius ex Fauorini ſententia diſſerebat: Si dicunt proſpera & fallunt: miſer fies fruſtra expectando: Si uero non proſpera reſpondent iam inde ex animo miſer fies anteq̃ fato fies. Si fœlicia uentura omnino promittunt: expectatio ſpei te adeo ſuſpenſum fatigabit: ut omnem futuri gaudii fructum ſpes ipſa tibi defloraucrit. Præterea quid iuuat: aut quid affert ad cauendum ſcire aliquid futurum: cum id certe futurum ſit: cum tamen nullomodo prænoſci poſſit: di-

cente Virgilio : Nescia mens hominum fati sortisq; futuræ. Sed Eusebius : in nulla parte prodesse queunt hæc deliramenta : sed omnia fallaciis inuenta sunt & mendaciis : aut ad superstitionem aut errorem : uel ad questum. Sic Negromantia & alia huiusce fallaces artes ; qui delirauerint prisci : ut quod Varro & Cicero edixere : puerum conspexisse in aquam Mercurii effigiem : quæ centum quinquaginta uersibus : omnem Mitridatici belli exitum enunciauerit. Sic per cadauera mortuorum Lucanus disseruit : de Sexto Pompeio : quod euentu belli Pharsalici prædixerit : Qui grandinũ uentorumue/ insuetas procellas : Plinio / Liuio autoribus in Lucanis : q; ferrum fuit significasse autumant Marci Crassi in Parthis interitum. Et lapides in Piceno strages illas quas Hanibal Italiæ intulit. Sed Cicero omnia ista illudens : sibi semitam non sapiunt/ inquiens / aliis monstrant uiam : quibus diuitias pollicentur : ab his dragmas ipsi petunt : quæ omnia superstitiosa sunt / perniciosaq;. Nam illis qui hæc exercent egestas paupertasq; semper imperat. Hinc Satyricus : Frontemq; manu præbet uati. Sed Christiana illa diuina relligio : tanq̃ malefice superstitiones homines omnia corrumpentes : cunctaq; tabeficantes : declinat excluditq;. Sed illam diuinam insectemus relligionem : quæ uera : quæue illibata : sanctaq; : relligione decet esse : immutos edocet : quæ super mortales omnes potestate fulgere : & ita uniuersæ præesse relligioni : qua qui caret omni probitate : pietate : sanctimonia : exutus est. Hæc est illa inquam : petra supra quam ille Princeps Christus summus : templum illud perenne ad cœlesteq; iter præbens/ædificauit. Hæc illa inquã est : quæ Petri fidem tenet & prædicat. Hæc sola est aduersus quam portæ inferi non præualebunt : hæc semper immaculata / pudica / seruata extitit. In ea iustitiæ splendor solq; oritur : hæc orbis lux mundiq;. Hic illa uera disciplina omnium scientiarum / sapientia : prudentiaq; omnis. Hic uasa illa aurea sunt/argenteaq;. Hic gemmæ omnes fulgentissimæ. Et quicunq; huic sanctæ / diuinæ relligioni consociantur cœleste illud diuinumq; regnum consequentur : nanciscunturq; : ab ea segregati fœlicitatem illam perennem cœlestesq; illas diuinas sedes nancisci nequeunt. Et si ueteres illi uetustasq; Magicam ipsam Theoremata in qui-

quibus duplicem esse magiam edixere: alterum demonum toto opere & autoritate constat: equidem execrando & portentuosa. Alteram uocauere naturales philosophi absoluta consumatio: diuinam illam Theologiam pleriq; etiam ex priscis amplexi fuere. Sed itaq; Laertio autore / magi apud Persas deorum cultui maxime insistebant: preces illis ac uota offerebant: Plinio autore. Et alia portenta prout Tertullianus ex priscorum sententiis disseruit: qui & Zoroastem ipsum cuius eius artis initia principatum tribuunt: ut Dion refert: astrorum fuisse cultorem. Edixereq; homines reuicturos tractuq; temporis magi ipsi ob facinorum magnitudinem malefici nuncupati. Nam & elementa saepe concutiebant: turbabantq; mentes hominum: & saepe sine ullo ueneni haustu uiolentia tantum carminis interimebant. Hinc Maro: Carmine uel coelo possunt deducere lunam: Carminibus Circe socios mutauit Vlissis. Frigidus in pradis cantando rumpitur anguis: Et Lucanus: Mens haustu nulla sanie polluta ueneni: Incantata perit. Et Maro de Orpheo effinxit coniugem iam receptam iterum necauisse dura Plutonis lege: nam sic ait. Si potuit manes accersere coniugis Orpheus. Hinc Plinius ait: Miror equidem illi Thessaliae populis famam eius artis tantam adesse: ut Neander quoq; litterarum subtilis illis in locis genitus Thessalam cognominaret fabulam complexam foeminarum detrahentium lunam. Hinc Eschilus poeta: Italiam herbarum potentem. Et diuus Aurelius: Cum essemus/inquit/in Italia audiuimus quasdā mulieres imbutas his malis artib9 dato occasio statim homines in iumēta cōuertisse. Et Apuleus in Thessalia ueneficiis cuiusdam mulierculae: dum per magicam auis fieri conaretur in ansinum conuersus. Sic Plinius: Cicero/Seneca/affirmauere messes in uarios agros magorum praestigiis traductos. Hinc Maro: Atq; saras alio uidi traducere messes. Et Naso: Carmine laese Ceres steriles euanescit in herbas: Deficiunt lae si carmine fontis aquae: Ilicibus glandes: cantataq; uitibus uua: Decidit: & nullo poma fluente fluunt. Vnde Plinius: Romae scriptum in duodecim tabulis: qui fruges excantasset: quiue malum carmine incantasset: & neue alienam segetem pellexeris: Seruius autor est. Hinc Naso: Cū uolui ripis ipsis minātib9 amnes: In fontes redire suos: Cōcussaq; sisto stagna & cōcutio cantu freta: nubila bella. Nubilaq;

induco uentos abigoq;: uocoq;: Vinaq; saxa confusa q; robora terra• Et syluas moueo: iubeo tremescere montes: Et mugire solum: manesq; exire sepulchris• Et Tibullus: Hæc rapido carmine uertit iter• Hæc cantu scindiq; solum: & tepido deuocat ossa rogo• Cum libet hæc tristi depelli lumina cœlo: Cum libet conuocat orbe niues• Si quidem demonum illius res esse censeo ut ostendentur peracta quæ minime fuere: ut hominem in lupum conuersum: aut in iumentum: Luna trahi syderaq; & alia simillima: quæ per mortalium sensuum alterationem quibus illi plurimũ præsunt: & non per uerum inducuntur effectum: Siquidem eas solum exequi queant: qua naturali uirtute ducuntur• Aurelio autore: Sed cum rerum cognitione ex ingenii acrimonia & longa experientia: ac agilitate naturæ alterabilia facile coniungere ualeant: ea nõnunq̃ inducunt: quæ miracula hominibus uidentur & non sunt• Hinc ille Moses q; cum deus ipse summus: ipsi signa quædam dedisset: quibus Israheliticus populus facile crederet: hunc sibi a deo Phareo rex Aegyptiorum/Iosepho autore/ & Egysippo• Hæc tanq̃ uana deridens iussit Aegyptiorum sacerdotes eadem peragere: qui mox uirgas in serpentes uertere• At Moses ut diuina multo maiora esse edoceret in humum ipsam prostrauit: quæ in colubrum uersa eas in Dracones translatas repente uorauit• Siquidem Moses ipse: Eusebio autore: & plurima alia diuinitus ageret mortales illos magicæ dediti: qui magis falsis q̃ ueris inherebant diuinitus a se hoc fieri• Aegyptiorum uero portenta conficta demonumq; præstigiis peracta• Quippe hanc magicam: non modo Christiana relligio: sed omnes leges: omnis bene instituta respublica dãnat & execratur• Diuinam illam theologiam omnes sapientes: omnis cœlestium & diuinarum rerum studiose nationes approbant & amplectuntur• Illa artium fraudulentissima: hæc altior: sanctiorq; diuina uera philosophia: quæ in ueri dei cognitione uersatur/atq; oblectatur: illa irrita: & futilis: uanaq;• Hæc firma & solida• Illam quisquis coluit: semper dissimulauit: quod in autoris esset ignominiam & contumeliam• Ex hac summa litterarum claritas/gloriaq; antiquitus & pene semper petita: Illius nemo unq̃ studiosus fuit• Et cupidine discendi bonas artes: ad hanc diuinam Theologiam etiam prisci Philosophi: Pythagoras: siquidem Empedocles/Democritus/Plato: discendam edocuere: hanc prædi

carunt reuersi: & in arcanis præcipue habuere. Illa ut nullis rationibus: ita nec certis probatur autoribus: & clarissimis/ illustrissimisq; quas parentibus honestata autores ostendit/præbetq;. Siquidem prisci illi: ut rursus recenseam: tria rerum genera coluere: supremos deos ut ipsi fabulabantur: cœlestesq; asserebant: ut Iouem/Martem/& reliquos duodecim: numera Iunonem/Neptunnum/Mineruam/Venerem/Apollinem/Mercurium/Dianam/Cererem/& Vulcanum etiam Romani coluere: & eis totidem aras: in Vrbe construxerunt: & singulis quidem mensibus: singulos deos assignarunt: in quorũ tutela esse perhibebant. Proinde ex mortalium genere alios etiam consecrarunt: ut Herculem & cæteros: qui uirtutibus ac splendore clarerent. Sic & Romani Quirinum: cæterosq; Cæsares: Valerio autore. Nam Iulius ipse non tantum more decernentium: sed uulgi persuasione cum per septem dies ludis in eius honorem editis: stella fulsisset. Et Claudius Cæsar Tranquillo asserente: Deinceps aliorum imperatorum series: ut Nerua/Traianus/Titus/& pleriq; ex aliis. Deniq; prisci illi futili uanaq; superstitione obruti fuere: priusq̃ ciuitates urbesq; cõderent genium sacrificiis propitiare consueuere. Vnde Maro. Hortor amare focos: genium sacrificio indicans. Hinc Varro: Moris & instituti priscorum fuerat genio non hostiam cedere: sed pateras libare/uinumq; diffundere. Hinc Persius: Funde merum genio. Sic natiuitatis genio/Thimeo autore/ ad Apollinis aram nemo hostiam cedebat. Siquidem natiuitatis numen omnium mortalium falso arbitrabantur: aramq; ipsam a Pythagora ueneratam: Et Cato meminit hæc / dicens / Omnia faciebat nutrix in uerbenis: ac tubis sine hostia: ut Deli ad Apollinis aram: Erant enim Lares gemini ex Lara nympha & Mercurio nati: & multorum opinione Lares genii erant omnibus dati uitæ & funeri Duces essent horum autẽ lariũ sedes: & locus Laratiũ dicebatur. Hinc Lampridius meminit: quod Alexander Seuerus Cæsar matutinis horis rem diuinam ad effigies deorum fecisse dicitur: inter quos Habramũ & Christum in secundo uero Larario simulachrum Virgilii & Ciceronis habuit & si quispiam per genium principis in periuriam incideret: Seueri Antonini instituto fustibus castigatus dimittebatur: ut Vlpianus refert. Quippe ut Varro meminit: In omni natura tres animæ gradus esse: sed genium poetæ esse maluere: Deum illum in cuius tutela quisq;

natus esset ac uiueret: Homeriq; sententia approbari asserunt. Qui nō cœlestia numina sermonem cum uiris fortibus indicat eloqui eisq; in prælio adesse: se familiarem genium: sic Socratem & Pythagoram: & ex Romanis: superiorem Scipionem & Numam Pompilium: maritalemq; thorum appellant. Hinc Satyricus: Antiquū & uetus est alienum Posthume lectū: Cōcutere ac sacri geniū cōtēdere fulcri. Agatur iste dies propera stomachum lassare saginis & Maro Inuitat genialis hyems. Nam prisci genio indulgere asserebant: qui uoluptati se dabant: Vnde Persius: Indulge genio carpamus dulcia nostrum est: Cum uiuis/cinis & manes & fabula fies. Nam cum sibi demebant suum defraudentes genium: Comicus disseruit hunc singulis mortalibus cogitationum consiliorūq; participem ac præsidem edixere. Hinc Dionisius Halicarnaseus disseruit inter diuinū & humanum genus: tertiam quandam extare naturam philosophi aiunt: quæ geniorū natio continetur: quandoq; hominibus: quandoq; diis admixta. Ex qua genus illud Heroum fabulantur: & Plato asserit ab eisdem pleraq; mortalibus nunciari: quæ etiam futurorum euentum aperiant. Inde Maro: Frondenti tempora ramo: Implicat/& geniumq; loci: primamq; deorum Tellurem nymphasq; & adhuc ignota præcatur: Flumina: Penates edixere: ut idem poeta: Sacra suosq; tibi cōmendat Troia penates. Et Nigidius Figulus Apollinē & Neptūnium esse maluit: qui Troiana mœnia ædificasse perhibentur. Sed Caietanus antistes haud assentit: ex Maronis autoritate/cū ait. Et manibus uittas Vestamq; potentem: Aeternūq; aditis effert penetralib9 ignem. Et idem: Dii patrii seruate domū seruate nepotem: patriosq; penates. Varro uero deos penates existimat: per quos spiramus: uiuimus/& corpus animūq; habemus. Aethera/Iouem/ Iunonem/Tellurem/& Mineruam: quam summi ætheris cacumen ostendit. Hinc Tarquinius Priscus: Vnicum templum iis consecrauit. Samothraces deos esse idem Varro affirmat: in Phrygiam a Dardano delatos: & mox in Italiam ab Aenea: licet Satyricus aliter persentiat: iuret licet & Samothracum & nostrorum aras contendere fulmina pauper: creditur atq; deos nisi ignoscentibus ipsis. Et Maro / Cum sociis natoq; penatibus & magnis diis. Et Cicero: Magnos deos nuncupat. Nempe: & si prisci auspicato die ac loco futili religione obseruabant: quid Christi imitatores peragere oportet? qui uer. opt. max. deū colim9 ueneramusq;: non hæc delira ac portenta uanaq; simulachra: & æreas

imagines. Ipsum omniũ parentem: rerũq; ac ætheris opificem inuocabimus/adorabimusq;: & ueritatis salutisq; mortaliũ fulgentissimũ sydus Iesum autorẽ nostræ fœlicitatis: cuius sacrificio ac ceremoniis solida fundaméta iaciũt. Nõ sic illa demonũ impia ac pestifera delubra: Siqdẽ eo℞ dogmata: & iis aures præbent: oculis & auribus mentis capti sunt: sicut & illi mortaliũ hostes accerrimi: qui neq; conspiciunt ex ipsa rerũ conditione mutua unũ esse omniũ autorẽ existimauerũt: Psellio autore: neq; diuina eloquio id docentia exaudiũt: neq; ratione secũ ipsi reputant: quæ uidelicet si duo inter se dissidentes rerum opifices essent: nõ esset una quedã conspiratio unioq; omnia ligans. Et si demonia diuitias mortalibus & gloriã spondeant: nihil tñ ex se tradere queunt. Quippe cum imperium nullum habeant: sed uisu tantum suis cultoribus afferunt uaria prorsus & instabilia: quæ tamẽ impii diuina spectacula esse putant. Disciplinas enim Christianæ relligionis omnes abhominantur & improbant propter superbiæ & uanitatis excessum: ab diuino angelico statu ordine delapsum. Siquidem impii illi: sicut enim aer præsente lumine colores & formas accipiens: traducit in illa: quæ natura ipsa assumere queunt: sicut ostenditur in speculis/specularibusq; rebus: sic & hostes illi: figuras atq; colores inanes confictosq;: & quascunq; ipsi maluerunt formas in nostrum spiritum transmittunt: multa nobis negocia præbent: Psellio autore: Voluptates & consilia suggerentes: formas subinducẽtes: suscitantes memoriam uoluptatum: simulachra passionũ frequenter conscitantes: uigilantibus atq; dormientibus: non nunq̃ uero femora nobis ac inguina tintillantibus incitantes: insanos amores subiiciunt & subacuunt. Siquidem ut Damascenus autor est: Omnis prauitas ab ipsis excogitata est: & impure perturbationes. Quippe suggerere mortalibus permissi sunt: cogere autem nequeunt. In hominũ enim potestate est eo℞ suggestiones explodere: aut eas admittere. Iccirco impiis illis spiritibus præparatus est ignis inextinguibilis: perpetuumq; & sempiternũ supplicium: & iis qui eis obtemperãt. Quippe ex his angelicis uirtutibus: Dionisio Ariopagita edisserente: Damascenoq; ea quæ præerat terresti ordini: & cui a deo terræ custodia cõmissa erat: non natura mala peracta est: sed bona existens probaq; & a bono emanata: & nullo pacto in se ipsa a conditore: iniquitatis uestigium tenens: non ferens maiestatem: splendoréq;: quem cõditor indulserat libera uoluntatis potestate demutata est; atq; denigrata:

erutaq; ex ea maiestate ac solio: & eleuata aduersus deum illũ summũ architectum omniũ qui illa peregerat prasilire: ac rebellare illi mallens: & prima prolapsa a bono: in malo improboq; constituta. Non sic illi diuini & angelici spiritus constantes uigilesq;: Dionisio autore ac Damasceno. Quippe & prompti ac agiles ad diuina adimplenda præcepta: & ubiq; confestim inueniuntur: naturæ agilitate ubicunq; diuinus iusserit nutus: & custodiunt orbis limites mortalium prouinciarumq; præsides a summo conditore illo deo præordinata: & ea quæ sunt apud homines dispensant: auxiliantur eis. Omnino siquidem secundũ diuinam uoluntatem & præordinationem supra humanum genus præsunt: assidue circa diuinũ illũ splendorem existunt. Nunc autem immobiles: non natura: sed gratia: ipsi inquã sunt qui hominibus præsunt: Platone/Plotino/& Iamblico/ Porphirio: cæterisq; Academicis placuit: aut tam facile ualociterq; ubicunq; mauult adest: radius ipse solis huc momẽto perueniens. Hinc illuc & passim & eodẽ momento reflexus: immo & multo celerius atq; facilius: quoniam radius quidem est actus corporis luminosi. Angelus autem sui iuris existit: aut sicut sua cuiusq; stella non excẽdens in fluxu passim diffuso gubernat. Itaq; in diuinis illis sedibus ac templis angelorum spirituum diuinam contemplemur ueritatem: candidis omnino mentib9 sedes diuinas illas aggrediamur: ad quas angelico præsidio quandoq; sublimes ad angelicas illas sedes euolare ualeamus. Illic inq̃ mortalibus omnibus bene ac probe de deo opt. max. meritis: innumerabiles diuinos illos spiritus: qui ambrosia uescuntur & nectare condonatum est epulis accumbere diuũ. Hic & si suum cuiq; certum sydus familiarius esse conspicitur: singulis tamen pro arbitrio non aliter q̃ radiis quibusdam peruium ac perspicuũ est uniuersum. O mortales ne estimetis pro orbe isto fragili: cœlestia illa regna: æthereaq; ac sydera conspicere: sub crasso aere nõ aliter q̃ si pisces idem arbitrarentur sub gurgite uasto. Siquidem pisces ipsi non cœlum ipsum: sed aqua non pura cœlestium lumina: sed exiguas coꝶ imagines: Nempe neq; radii syderum dum ad mortales immituntur sua sydera deserunt: neq; superne mentis dum eis aspirant superna relinquunt. Conspicite inq̃ lucidiore mentis circulum: quas in speculo quoddam: quam attingite in hoc orbe ubi atq; undiq; extra orbem sphericum: intellectũ spheram intelligibilem: cuius centrum quidẽ sit ubiq;: dum infinite pe

netrat uniuersum: sed circũferentia nusq̃ dum infinite supereminet uniuersum. Conspicite inquã ut diuinus ille Ariopagita disseruit: diuinam illam formam uniformem formam mẽtibus omnibus passim: præcipue puris tanq̃ speculis obuiam. Hinc summus ille deus illucescit coruscatq;: prærerq̃ nullus est uerus deus. Hic exuperat perennis bonorum probitas: malorum penitus expers. Hinc inq̃ lucet immensa lux luminũ ut diuus ille Dorotheus disseruit: Lux luminũ: solq; mentium reliquarum: in quem ferme nõ aliter angelici illi & diuini spiritus: q̃ sydera & animi: q̃ luna in solem undiq; reuuoluuntur. O ueram inquã super æthera lucem: ut Platonicus ille disseruit: lucem usq; adeo ueram ut uere exprimi nequeat. O fœlicitatem super cœlũ mire splendentem illucescentemq;: ut eam nemo queat satis unq̃ pro maiestate mirari: cum omnes mortaliũ mentes: imaginationesq; superet. Hinc inq̃ solum sanctissime: clarissime/optimæq; ac diuine uiuitur ubi uita omnis nihil aliud est q̃ ueritas: splendor/ claritas / probitas/lætitiaq; fulgentissima. Hic ut Dionisius ait: In ipso immenso lumine luminũ lumina cuncta conspicimus: & in luminibus singula uera splendidissime: ac præclare contuemur: perinde ac siquis in sole radios quidem omnes inde manantes: in radiis autem colores singulos qui inde creantur conspiceret. Siquidẽ ætherea illa lucidiora: maioraq; sunt q̃ mortalium mens existimare queat. Vt inquã stellarum innumerabiliũ multitudine edicendum sit: & de diuersitate motuũ & ordine. Quid de inestimabili harmoniæ illius suauitate quam reddit uarius spherarum motus: globorumq; omni consona temperatis. Qua qui caret: ut diuus ille Aurelius ait: eum nõ esse harmonice cõpactum: qui ea nõ oblectatur: neq; id quidem iniuria. Nempe cum ad similitudinem quandam uoluptas effici soleat: necesse est eum qui concentibus nõ oblectatur: esse quodam modo concentus expertem. Siquidem orbis uniuersus: mundusq; ipse: partesq; eius omnes ratione compactus. Quippe ita spheras disposuit autor ille deus: carũq; motus inuicem temperauit: ut queãdmodũ Pythagoricis: Platonicisq; placet: inestimabilem harmoniã/melodiamq; conficiant. Hinc Martianus ex Theophrasti sentẽtia: in harmoniæ laudẽ Pythagorei inquiẽs docuerũt ferociã tybiis aut fidibus molientes cũ corporib9 adherere nexu fœdus animaꝝ edixere. Sic apud Delphos pedaliacã cytharam tybiæ: petridonidam/Martiam Lidiã/sonare calamos Aones

in laudes inflauere cœlestium pannuram Aegyptios tentare permissi ipsisq; me pastoralibus fistulis: uel cantus auium uel arboꝝ crepitus: uel susurros fluminũ imitantibus non negaui. Spaltas cordaciscas: Sambucos/Idraules/per totum orbem ad cõmodum humanæ ultilitatis. Nouit inq̃ nam tenerum promere carmen ipsum spumigiem salũ uerinaq; chelis mouet camenã dum conchis Galathea personante nantes fructigenas quorũq; forsi flagrãs cura trahit: niualibusq; interstinctus aquis triũphat ardor. Et rursus idem Per me quippe uestrum homines illesere succursum: irasq; inferas per me etiam cędauere: qui ꝙ bella: uictoriaeq; undiq; meis cantibus conquiesce. Nam Cretes ad cytharam dimicabant. Lacedęmonii ad tybias nec egrediebantur fata preliorum: priusq̃ contingeret litare musis. Quid Amazones ad calamos arma tractabant: quarum una concipiendi studio uenerat cum Alexandrum salutaret donata tybicine: ut magno munere gratulata discessit. Sic in Italia Samaritas & Græci peregere. Quid pacis munia/inquiens/nõne nostris cantibus celebrata. Græcarũq; quippe urbium multæ ad lyram leges & decreta publica recitabant: perturbationibus animoꝝ: corporisq; morbis medicabile crebrius carmen insonui. Sic Esclypiades medicus: Theophrastesq; Isclyadas peregere: & Xenocrates: Taletem Cręthem cytharæ suauitatem compertũ est morbos ac pestilentiam fugauisse. Animalium uero sensus cantibus adduci Thracius cytharista perdocuit. Vnde serui fistulas capiũtur in stagno Alexandriæ pisces detinentur. Gerofilus agrorum uenas rithimorum collatione persalat. Sic Indicos Elephantes: & Cycnos Hyperboreos organica ꝑmulsos:& cytharæ cantu detineri: adduciq;: sic aues fistulis allici: fides Delphinis amicitiam mortalium persuasere: qui cantibus allici: disrumpiq; serpentes grandem ferũt messesq; transire: inanes cieri: lunamq; laborare. Et Varro se meminit uidisse in Lydia nympharũ insulas quæ in medium stagnum a contineti procedentes cantu tybiarum primo in circulum motæ: dehinc ad littora reuertunť. Sic in Attico littore mare cytharam sonat: Megaris saxũ ad ictum pulsus cuiuscunq; fidicinat. Siquidem ut poetæ dixere: Talibus harmoniæ carminibus oblectari omnes: nec quippe minor est fidibus suauitas: cum uocis modulamine resultat. Deniq; q̃ industrie fabulosa: tamen comparatum differebant: quibusq; assequendum dicendũue opibus uigili cura repromittat ut in tã dulcem blanditamq;

mollitiē intima mentiū liquescat affectio. Siqdē/ut prisci edixere quodāmodo organica harmonicaq; ratiōe mūdū ipm cōpactū: pactūq;: & poetæ fabulant. Sic & Pythagorici. Sed diuinus ille Basili9: Dei opt. max. opus enarrans: Decens est/inquiēs/accomodatūue ei: qui mundi constitutionem enarraturus est: eorum ornatus: qui conspiciuntur: dispositionis principium: in oratione sua ante omnia posuisse: Mosem illum diuinum uatem quippe extructio cœli terræq; tradenda est: quæ non euentu: fortuituq; casu orta est: perinde ut quidam sunt opinati. Sed originem ab ipso deo atq; causam sumpsit: qualis nanq; auditus dignus est eorum quæ dicuntur magnitudine tanta: qua præparatione / inquiens / præditam animam talium exauditionis orationis obuiam ire oportet. Nempe caduci corporis affectionibus expurgante curis uitæ non occupatam: ac obfuscatam laboris patientem indagatricem omnia sperate circumspectantem: ac explorantem: Si quo ex loco dignū deo conceptum: atq; sententiam suscipere queat. Nempe & si priscorum philosophorum de mortalium mundiq; origine uariæ sententiæ fuerunt/Censorino autore/Theodoroq;: Sane/inquientes/cū constet homines singulos ex parentū seminib9 esse procreatos successiōe prolis multa secula ꝓgare: alii semp homines fuisse: nec unq̄ nisi ex hominib9 natos: atq; eorum genera exordiūq; nullū extitisse arbitrati sunt. Alii uero fuisse tēpus cū hoies non essent: & his ortū aliqñ principiū: quæ natura tributū: & q̄ humanū genus semp fuisse credatur. Pythagorici/ & Sereius Lucanus/ Archita Tarentinus. Sic & Academici/ Diccarchus/Xenocrates/ & Plato: Peripateticiq;: Theophrastus & Aristoteles edixere. Siquidem abnegant omnino aues ne an oua generata sint: cum & ouum sine aue: & auis sine ouo haud queant gigni. Itaq; omnium quæ in hec sempiterno mundo: ut ipsi delirant semper fuerunt: futuraq; sunt: aiūt principium fuisse nullum: sed orbem esse quendam generantiumq;: nascentiumq;: geniti initium simul & finis esse uideatur: qui autem homines: ut Censorinus disseruit: Eusebiusq; aliquos primogenios diuinitus natura factos crederent nonnulli fuere uarie tamen in hac existimatione uersati. Nā pleriq; ex poetis fabulati fuere: mortales primos aut Promethei molli luto esse formatos: aut Deucalionis Pyrræq; duris lapidibus esse natos. Vnde Maro. Primum Deucalion uacuū lapides iactauit in orbē: Vnde homines nati: diuū genus. Et idē: Hinc

lapides iactos Saturnia regna: Sed quidē ex his ut Diodorus & Censorinus asseruere: Nescimus an magis monstruosas certe non minus incredibiles rationum suarum proferunt sententias: Anaximander Millesius: uideri sibi ex aqua terraq; calefactos exortos esse: siue pisces sine piscibus: similia animalia: in his homines concreuisse foetus ad pubertatem intus retentos: tum demum ruptis illis uiris: mulieresq; quæ iam se alere possent processissent. Sed Empedocles atq; Lucretius asserunt ut huma uideatur stirpe creatus. Tale quædam confirmat primo membra singula ex terra quasi pregna passim edita: deinde coisse & effecisse sibi hominis materiem igni simul & huiusmodi permixtam cætera inquiunt: qui necesse est persequi: quæ nō capiūt similitudinem ueritatis. Sic etiam in Parmenidæ: Sed Democritus ex aqua & limo primū uisum esse homines procreatos: Nec longe secus Epicurus. Zenon uero stoicæ sectæ princeps: primosq; mortales & solo adiminiculo diuini ignis: id est dei prudentia genitos. Deniq; etiā uulgo creditū est: ut pleriq; genealogiæ autores sunt: quarūdā gentiū quę ex aduētitia stirpe nō sint principes terrigenas esse: ut Aethiopes/Aegyptii/Scythæq; edixere: Theodoro/Eusebioq;/asserētibus: & ut etiā autumāt in Thessalia: & Attica: & Archadia: eosq; authotenas uocitari: ut in Italia poeta cecinit: Nymphas indigenasq; faunos nemora quædā tenuisse non difficile rudis antiquorum credulitas recepit: Nūc uero/ut inquit Censorinus/eo licentiæ processit libido: ut uix auditu ferenda cōfingat post hominū memoriā progeneratis iā gentib9: & urbibus conditis: homines e terra diuersis modis editos: ut in Attica fabulanē. Erichtonius e Vulcani semine homo exortus: & in Colchide uel Boetia consitis anguis dentibus armati partus: e quibus mutuo inter se necatis: pauci superasse tradunē: qui in conditu Thebarum Cadmo fuerūt adiumēto. Necnō in agro Tarquinensi puer diciē diuinitus exortus: nomine Tanges: ut ipsi delirant: qui disciplinā cecinerint aruspicii: quā Lucomones Ethruriæ potentes escripserūt. Sed Moses ille diuinus uates: Faciamus/inquit/hominē ad imaginē & similitudinē nostrā. Hinc magnus ille Basilius: Deū/inquiens/quispiā q̄ ex nostra propria natura cōpagine constitutione pcipiat si modo se ipsum sagaciter & uti decet inuestigauerit: queadmodū & uates ille diuinus disseruit: mirabilis cōspecta est ex me tua cognitio de9: nunq̄ cum eis nouerit in me ipsum nouerit immēsam exuperantemq; uiam

sapientiam ipse didici nomen percepiq; Attamen censeo: inquiens/ iam dudum ea quæ ad hominis ortum generationemq; pertinere auditores expostulare feras quidem quales nam sint nostra doceri: sese uero non mediocriter ignorare. Obtemperemus igitur ipsis ac obsequamur. Difficillimũ inquam omnium esse uere uidetur: se ipsum cognoscere. Nam solus enim oculus: ea quæ foris sunt conspiciens in se ipsum cernendũ: haud utitur facultate uidendi. Se ipsa mens etiã nostra peracute perspiciens alienos errores: tarda est & hebes ad proprios suos cognoscendos defectus. Idcirco diuina illa uatis uerba ignorauere: ad imaginem dei creauit ipsum: deus inquã diuum pater hominũ rex: ut poeta ait. Et natus homo est siue hunc diuino semine fecit ille opifex rerum: & Cœlius non indecenter dei simulachrũ appellat. Et Cicero tradit: hoc animal prouidum sagax/acutum/multiplex/ memor/ rationis plenum & consilii: quod uocamus hominem præclara quadam conditione generatũ esse a summo deo: solus enim est ex tot animantium generibus atq; naturis particeps rationis & cogitationis cõmuni: cætera scit omnia expertia. Et diuus Hieronym9 Fabricatur homo de limo: Nam deus nos ad imaginem sui tales cõdidit. Et Cœlius Vas est/inquit/quodãmodo fictile quo animus: id est homo ipse uerus continetur: & quidem nõ a Prometheo fictũ: ut poetæ loquuntur: sed a summo illo rerũ conditore. Vnde diuus Hieronymus: Duos ab exordio fecit deus: ex quibus paulatim totius humani generis sylua descendit: unde & deinceps mortales tanq̃ omnis rei expertes durã agebant uitã: Sed sensim ut Maro autor est: uarias meditando extunderũt artes. Nam labor omnia uincit improbus: & duris in rebus cogit egestas. Hinc Cicero: Prisco/inquit/ tẽpore cũ in agris homines passim bestiaꝝ more uagabant̃ & sibi uictu ferino uitã peragebant: nec ratione quicq̃: sed pleraq; uiribus corpis administrabãt. Nondũ diuinæ religionis: nõ humani officii ratio colebat̃: nemo nuptias uiderat legittimas: nõ certos quisq̃ aspexerat liberos: nemo ius æquabile quid utilitatis haberet acceperat: ita per errorem: atq; inscientiam: cęca atq; dominatrix cupiditas ad se explendã uiribus corporeis abutebat̃: quas perniciosissimis satellitibus: Quo tẽpore magn9 uir & sapiens cognouit: qui materia esset: & quanta ad maximas res oportunitas in animis esset hominũ: si quis eam posset elicere: & præcipiendo meliorem reddere: Qui dispersos homines in agris & terris

syluestrib9 abditos ratiõe quadã cõpulit in unũ locũ & cõgregauit: & eos in unã quãq; partẽ inducens utilẽ atq; honestã. Primo ꝓpter insolentiã reclamantes: deinde ꝓpter rationẽ atq; orationẽ studiosius audiẽtes: ex ferreis & immanibus mites reddidit & mansuetos. At mihi quidẽ hoc ne tacita uideatur: nec inops dicendi sapientia perficere potuisse: ut homines a consuetudine subito auerteret: & ad diuersas rationes uitæ traduceret: Age urbibus cõstitutis ut fidem colere & iustitiam retinere discerẽt: & aliis sua uolũtate parere cõsuescerent: ac nõ modo labores excipiendos cõmunis cõmodi causa: sed etiã uitã amittendã existimarẽt: quæ tandẽ fieri potuit nisi hoĩes ea quæ ratione inuenissent: eloquẽtia ꝑsuadere potuissent. Profecto nemo nisi graui & suaui motus oratione: cũ uiribus plurimũ posset: ad ius uoluisset sine ui discedere: inter quos possit excellere cũ iis pateret se æquari: & sua uolũtate a iucũdissima cõsuetudine decedere: quæ ꝓ̃sertim iã naturæ uim ꝓpter uetustatẽ. Nempe ueteres illi sicuti in mortaliũ exordio in uarias effluxere sentẽtias/diuersasq;: ita cũ plura de rerũ natura de huius orbis opificioq; in uarias opiniones descendere/ diuisereq;. Nulla inq̃ prorsus apud illos ratio: ut magnus Basilius disseruit: Nulla sententia fixa stabilis/immobilisq; permansit. Posteriore semper antecedente eiiciente: atq; adeo ut opus nobis non sit/ inquiens/ opinationes illoꝝ euertere. Quippe cum satis ab illis: ut diximus sint euersæ: qui nanq; deum ignorauere hi mentis cõpotes causam ortui rerũ præesse nõ admisere/neq; concessere: sed ea quæ deinceps emergere uidenť at sentẽtia illa accõmodata primã ignorationem in medium attulerunt: ac conclusere. Quam ob rem quidam ad materiales confugere: subpositiones: uniuersis quæ causam ad elementa mundi redegerunt: atq; accõmodarunt. Pleriq; indiuidua expertiaq; corpora partium: & moles atq; meatus rerum earum omniũ quæ conspiciuntur continere naturam asserueręq; & ortus & occasus concussionibus / semotionibusq; corpusculorum illorum partibus uacantium fieri: ualidioremq; conditionem eorundem diuturniorum corporum durationis causam esse. Proinde diuus Basilius: eos deridens: Stamen araneæ/inquiens/ qui hæc scribunt profecto texunt: qui talia tam temere de mundo effundunt: qui per tenues adeo causas: exiguaq; principia cœli terraq; ac maris supponunt: qui in ratione rerum esse nõ queunt: nõ enim asserere quiuere: illud Mosis: in principio fecit deus cœlũ & terrã. Qua

propter sine gubernatione ulla prorsus administrationeq; hoc uniuersum esse ferriq; casu fortunaq; putarunt: sua opinione propria sane decepti: qua deum esse negebant. Quippe prima rerum conditio sex instituta diebus fatetur artificem & profitetur opus autorem. Neq; enim: ut inquit Cecilius: sui ipsius artifex esse potuit: quis nouam creare materiam nec ualuerunt: multa & diuersa esse rerum principia: quia nisi ad unum cuncta respicerent: discordia & infinitate omnia cunctaq; turbata uoluerentur in chaos: & pugnarent & colliderentur: in se discordes materiæ nisi omnibus opificis summi auctoritas imperaret: & unius maiestas imperii uniuersitatis causas & efficientias ordinaret. Mortalis ipse præsidentiam: præturamq; in inferiora accepit. Sciens quis hunc honorem acceperit: nec tamen ea scientiæ perfectione lustratus est: ut eo modo cognosceret: conditorem opificemq;: Quo eius conditioni reliqua a deo optimo maximo producta: condonataq; subiecta sunt: Sed distantiam maximam experiretur: inter summa & infima. Et ex hoc ipso esse deo acclinis & humilis: Quo auctore suo se in nullo posse conferre: cuius effugere imperium: nec consilium penetrari: nec uitare sententiam: iudiciumq;. Itaq; inquam qui circa illam summam diuinam maiestatem degunt: diuini illi angelici spiritus: licet inuisibilis naturæ sint: illegationibus tamen tum suis se auditum manifestant & casu & salutis nostræ ministeriales sæpissime experimur: quorum officia & nomina in diuinis eloquiis ostenduntur. Illa inquam superiora agmina: fulgentiaq; mortales edocent: his deum nunciant: & quæ iubentur iniūcti negocii specialitatem peragentes nō uniuersitatis explicantes scientiā: ut inquit Cecilius: Quid ad nos numerus & mēsura & pondus refertur? Deus inquā/Dionisio autore/Cecilioq;: His omnibus nō arctat: sed excedēs omnia: & æternaliter antecedēs: potestas & uirtus: nihil habet coęuū: nec immensitatis eius profundū ulla creatura uel cœlestis uel terrena metitur. Hinc Damascenus: Quia ergo: inquiēs: bonus & sup bonus deus nō cōtent9 est sua ipius cōtēplatione: supabundantiæ bonitatis cōplacuit ut fierēt quedā qb9 benefaceret: & quę ei9 pticiparēt bonitate: & ex nihilo ad esse deduxit: atq; cōdidit uniuersa uisibiliaq; & inuisibilia: & hominē: quæ ex utraq; uisibili & inuisibili coaluit natura creat aūt intelligēs intellectiōe op9 sustinet cōplet uerbo & spū cōsumat. Quippe de9 ipe cūcta ad lucē deduxit sola sua im-

mensa probitate: nõ enim indiguit orbis opificio: ut qui sit per se am plissimus: ut rex ille & uates disseruit: bonorum nostrorum nõ egens. Sed quia probitatis propriũ est se diffundere: & aliis sua munera abunde cõmunicare: sicuti lucidi subiecta illuminare corpora: & sue lucis ra dios in cætera deriuare: infunderéq;: & calidi in propinqua corpora suum diffundere calorẽ. Idcirco sola sua probitate deus omnia cõdidit ut essent quæ eius participationẽ susciperent. Hinc illud diuini Ario pagite: primũ omniũ dicens: illud uerissima ratione disserimus: ut bonitate sola summa illa diuinitas rerum essentias statuit: atq; ad esse produxit. Quippe est omniũ causa excellentisq; bonitatis id propriũ ut ad consortiũ sui quæ sunt inuitet & attrahit: omnia singulaq; pro captu & modo rationis suæ. Igitur omnia quæq; subsistunt prouiden tiæ ratione regunť: & summa illa omniũ autorẽ deitatẽ manãtis illiq; participãt: ut diuus Dionisius disseruit: alioquin essent pfecto nulla nisi substantia rerũ: atq; principio rerum cõmunicarẽt. Itaq; philoso phantiũ deliramenta eiiciãtur: nam nihil delirius cũ Millesius Tha les disseruit: Cicerone autore: Eusebioq;: qui aquam rerum initium esse: deumq; esse eam mentem quæ ex aqua cuncta gigneret: Epicu rus uero ex Democriti sententia duo principia existimauit corpus & atthomos: omne enim quod est aut continet aut continetur. Corpus esse athomos/id est/quasdam minutissimas partes: quæ sectionem nõ recipiunt. Hinc Virgilius: Nanq; canebat uti magnũ per inane coa cta: Semina: terrarũq; mariśq; fuissent: & liquidus simul ignis. Vt is exordia primis omnia & ipe tenet mundi cũ creuerit orbis. Hoc idẽ & Lucretius asseruit. Anaximenes principiũ aera opinatur. Methro dorus Chius sempiternum esse uniuersum: Eusebio teste. Heraclius uero Ephesius: Hyppadasus Metapontinus: omnia igne pcreari dix ere. Empedocles uero ex quattuor elemẽtis. Vnde Lucretius: ex im bre/terra/aere/omnia nascunť & igne. Plato uero docuit deum omniũ principiũ. Vnde diuus Hieronymus: quis dubitat deũ omniũ creato rem: deus autẽ facit: ut inquit Firmianus: ex eo qd nõ est: & alibi. Vnus est igitur princeps & origo rerũ deus. Nã nemo querat ex qb9 ista materiis: tã magna: tã mirifica opa deus fecerit: omnia enim fecit ex nihilo. Et Flauius Iosephus præclare disseruit: q deus ex nihilo cũcta deduxerit: Hinc inq̃ ille diuinus spiritus est: ut Cecili9 autor est q ab ipo mũdi initio aqs legiť suprafusus: nõ materialib9 aquis quasi

uehiculo egens: quas potius ipse ferebat & complectētibus firmamē tum dabat congruū motum & limitem præfinitum. Huius sempiterna uirtus & diuinitas cum in propria essentia naturaq; a priscis philosophis percipi: inuestigariq; nō posset: ratione quadam coniecturisq; intuiti sunt compositionem mundi: compositis & distinctis elementorum effectibus: præsentem omnibus animā affuisse: quæ secundū genus & ordinem singulorum uitam præbere & motum: & intransgressibiles fingeret metas & stabilitatem assignaret & usum. Hanc inquā uitā: hunc motum: hanc rerum essentiam: animā mundi prisci illi existimauere: cogitauereq;: ac putarunt cœlestia corpora: solem dico & lunam: syderaq; omnia ipsumq; firmamentū: huius animæ uirtute moueri & regi: & aquas: & æquora: & tellurem: ætheraq; huiusce semine fœtari: qui si diuinū illū spiritum rerum omniū opificem/ architectum/autoremq; credidissent: omniq; sub illa immensa: fulgidaq; maiestate: diuino imperio decentem callerent: ad diuinam illam ueram fidem accessum: sed obstrusa sunt ab huiusce caduca: futiliq; sapiētia: ac prudentia tantæ rei maiestatis imperiū nec quiuit humani fastus ingenii arcanis interesse cœlestibus: & percipere: penetrareq; ad superessentialis naturæ altitudinem: & diuinū illum spiritum rerū omnium principem: cuius uiuificus calor animat omnia & fouet: prouehit & fœcundat.

¶Finis Secundi libri.

p RISCORVM OMNIVM QVI REcte senſere: indubitataq; extitit ſententia indagandæ ueritatis ratione: ut nihil certius: firmiuſq; mortaliũ animis eſſe rebantur q̃ diuinæ relligionis documẽta: præceptaq; ignauos edocere: qbus ſine excitatione aut rationis efflagitatione: exquiſitioneq; parere conuenit. Cum mortales ipſi omnes excogitare debeant ꝙ diuina irradiatione a cœlo in homines defluxerint. Quippe ſi Pythagoræ autoritas apud ſuos tanti extitit: ut interpellati ad reddendam: comprobandamq; eoꝝ rationem: qui aſſerebãt nihil aliud comprobationis attulerunt q̃ præceptorem illum Pythagoram ita diſſeruiſſe: nefaſq; exiſtimarent ac putarent quæ ab illo excepiſſent in controuerſiam diſceptationemq; deducere. Præterea ſi Xenocratis oratio in Athenienſes tantum ualuit: ut cũ in iudicio aris manum eſſet admoturus: ꝙ de more iuramentum præſtaret: ob ſpectatam ipſius fidem: & grauitatem: integritatemq;: prætores ipſi ac præſides iuriſiurandi relligionem relaxauerint: ſolo ſuo uerbo affirmationeue contenti. Nõne amplioris apud mortales ponderis erit diuina illa ac ſumma maieſtas ac ueritas? quæ nec falli nec fallere nouit. Eſt enim inquã deus ipſe ſummus: ut Paulus diſſeruit uerax: mortalis ipſe mendax. Quis igitur addubitauerit uel ancipiti agitauerit animo quæ ab immortali ſummo illo deo obſeruata præſtitaq; fuerint: ueræ relligionis ſacramenta: maxime cũ tam ſolida baſi nixa ſint peractaq; ac fundata: ſupra Chriſtianæ relligionis diuinitatem. Nihilo ſecius aut perabſurdũ putauerim ea qñq; ratione aliqua uia modoq; fulciri: quãuis ipſis nõ egeat: relligioniſq; pietate ſalua: pſuaſoriis cõprobari rationibus: an mortalis mentes quoad iuuandã imbecillitatẽ: quæ tũ lubẽtius faciliuſq; ad ipſa ſubeũda credẽdaq; ſubegit: cũ ea conſpexerit ratiõi nõ incõſona. Siqdẽ fons ſapiẽtię ſplẽdoriſq; ſũmi dei uerbũ: per qđ parens ille ſũmus: prudẽterq; pegerat: & ſuauiter diſpoſuerat cuncta: in calce temporum hominem induere maluit: ut ſub tegumento humanæ naturæ corporeo: ſplendorem eius humanus conſpicere quiret: quem in celſitudine imperii: diuinæq; maieſtatis attingere nequiuerat. Diffuderit ſiquidem radios ſuos: ut diuinus ille Aquinus diſſeruit: ſapientiæ ſcilicet ſuæ iudicia in cuncta: quæ in lucem produxerat: amplioriq; munere propriam imaginem mẽtibus mortaliũ impreſſerat: & quãtũ diligentius expreſſerat

diligentium mentibus: ipſum ſecundum ſui muneris exuperantiam. Quippe ſi ſecundum Platonis ſententiam: beata cenſetur reſp. cuius præſides regeſq; philoſophie operam nauare contigerit. Illi ſiquidem ſapientiæ quam imbecilitas intellectus mortalis tenebris plerūq; obtenebrat cōmaculatq;. Quanto ſecius ſub optimo principe diuina religione imbuto: ubi tanta ſolertia: diligentiaq; exquiſitiſſime diuinæ illi Chriſtianæ philoſophiæ ſapientiæq;: quam illius ſummæ ſapientiæ mortalibus indumentis induta oratione edocet: operaq; oſtentat. Homerū ipſum omnes priſci admirati fuere: qui ſicut omniū diſciplinarum documenta complexus extitit: ſic pollitică illam; ciuileq; inſtitutionem; optimūq; morem uiuendi præbuiſſe: oſtendiſſeq; perhibent: ipſumq; tanq̄ architectum: ſapientiæq; principem extitiſſe: ut cuncta præcepta quæ ad ueram imperii maieſtatem ſpectant amplexus extiterit: priſciſq; illis heroibus: regibuſq; proprias quaſi uirtutes decorumq; impartiatur. Nam Diomedi illi uiro præclariſſimo modeſtiam quandam adhibet: qua quidem tumentem iram neue dicto factoq; proteruo noceret: abſtinentia enim eū ornat: ut uino niſi magnis laboribus uſq; uteretur. Achilli corporis robur: animiq; fortitudinem præbuit: & cuncta quæ ad optimū ſtrenuūq; militem cōpeteret cui præcipitem atq; implacabilem iram: ueluti fortitudinis cotem adhibet: & ardentiſſimū gloriæ ſtudium quo ſæpe numero cū a bello quieſceret: cantu & fidibus incendebatur: cum fortiſſimorū uiroꝝ laudes caneret: adeo animiq; ardore: ut reliquos quoſq; ab Hectoris congreſſu arceret: ne a uiri fortiſſimi uictoria: a quopiam excluderetur: ne prærepta gloria ſibi uideretur. Sic Vlyſſi dolos, optimas artes eloquentiæ: prudentiam/conſilium/rerū peritiam: ut qui complurimas urbes conſpexerit: omniū mortaliū mores ſciuerit: diſciplinaſq; omnes calluerit: ſulcum aratro rectiſſime duxerit: & herbas incurua falce celeriter ſtrauerit: cæteras agriculturæ partes nouerit. Sic Dion in Alexandrum: quem maximū omniū regū fuiſſe cenſet: & Plutharchus Iulium Cæſarem quem cunctos mortales ſuperaſſe cōmemorat. Sed cū/ut inquit/Ariſtoteles ex Heſiodi ſententia & Magnus Baſilius: de eo meminit: Optimus ille/inquiens/quidē qui per ſeſe omnia nouit: proximus huic fuerit qui credidit recta monenti: atq; qui nec ſapit ipſe: neq; audierit ſapientem: utilis hic in nulla eſt omnino parte putandus. Hinc diuinus ille Baſilius diſſeruit: O uiri

ut nihil esse in humana uita bonũ aliquod existimamus : aut omnino existimemus : aut omnino nominemus : quod hic finem quandoq; sit habiturum : quam obrem nec progenitorꝝ claritatem : nec corporis robur aut pulchritudinem : non ex hominibus honores : nõ regnũ ipm : non deniq; quodcunq; quis dixerit rerum humanarũ magnũ : nec uoto quidem digna iudicamus : aut ea possidentes aliquo modo admiramur • Verũenimuero spe longius procedimus : & alterius uitæ præparationem cuncta dirigimus • Quæ igitur ad hanc faciunt uitam hæc etiam nobis prosequi totis uiribus : nihil uero pro futura : omniq; conatu despicere oportere dicimus • Hinc Cræsus Lidorꝝ rex opulentissimus cum disciplinarum flagraret desyderio : conspiceretq; eos quibus imperitabat : optimis carere uiris : excitatus Anacharsis fama : ad se accersiri iubet : ingentiaq; munera ei condonari iussit : qui ei rescripsit Ancharsis Crœso : Veni in Græciam Lydorum rex ut mores disciplinasq; ediscerem : auro nõ egeam : satis mihi fuerit si doctior / meliorq; ad Scythas rediero • Sed quia beniuolentiam tuã mirifice amplector : ad te q̃primũ ire pergam • Vale • Sic Metrodorus Scetius uir in dicendo periucundus / disciplinisq; apprime eruditus Matridati regi : tanta beneuolentia cõiunctus extitit : ut regis pater nũcuparet : Platonisq; nomen adeo dilexit : ut illius statuam Athenis erexerit : huiusmodi titulo inscriptam : Mithridates Rothobati filius musis imaginem dicauit Silamonis opus • Et Alexander Onosacratẽ adeo dilexisse perhibetur : ut comitem secum in militia habere maluerit : litteris mandari uoluit res has gestas : & Anasarcum maiorem immodũ obseruauit : Vt cum Critum per temulantiam peremisset : Ario autore Curtioq; : Peracti cum peniteret : ita ut mortem sibi inferre excogitasset : solum hunc ueritus sit Plutharcho autore : Qui in penetralia prorumpens nullo e suis id audente / exclamauit : Hiccine est Alexander ille quem uniuersus orbis miratur ac metuit : at seruilem in modum miserabiliter eiulans : mortalium notam : institutaq; formidat ? an ignoras Iouem ita regibus statuisse : ut quicquid egerint æquum / iustumq; esset • Deo opt • max • beneuolente temerarii militis petulantiam & temulentam uerborum licentiam ultus es : sciant omnes te regem esse : neutiq; maledictis ac probris incessendum : pugnant in hostes milites ferro : non autem procacitate • Sic regis animũ merore affectum leniuit : & a præcipiti consilio reuocauit : & mentis compotem reddidit • Quanti

enim Diogenem Cynicum fecerit Laertio autore: Diogenem esse uellem: nisi essem Alexander. Homeri Iliadam adeo dilexit: ut rei militaris uiaticum eam appellaret: & sub puluino dormiens cum pugione retineret: adeoq; disciplinarum studium coluit: morũq; documenta: & contemplationem esse diuinarum/humanarumq; rerũ adeo cupidus extitit: quam pro terrarũ orbis imperio. Nam cum Aristoteles archana quædam naturæ obseruasset: coelestes quædã speculatiuasq; disciplinas ei sibi hæc displicuisse rescripsit. Nec me hercule/inquiẽs/ recte egisti: eam enim rem qua cæteris præstabam: iam omnibus de disti esse cõmunem. Maluerim equidem singulari disciplina q̃ ingenti potentia anteire: & si pares gratias præceptori Aristoteli: & Philippo patri se debere assereret: ut qui a parente uiuendi causam: a magistro bene uiuendi rationem sumpsisset. Sic & ingenii Zenocratis pellectus ei quinquaginta talenta dono misit: qui præ angustia rei familiaris uix litteris operam nauare poterat: Philippiq; patris in disciplinis amor: Nam & Aristoteli scripsit: Scito mihi filium genitũ esse: ꝙ equidem diis gratias: non proinde quia ortus sit: q̃ pro eo: ꝙ eum nasci contigit diebus uitæ tuæ. Spero enim fore: ut & doctus abs te dignus existat & nobis & rerũ gestaꝝ susceptione Vale. Sic & Dionisius ille tyrannus adeo disciplinas dilexit: ut Aristippũ Cyrenaicum: qui ex salibus optime calleret/Diogene autore: Tris forma liberali: & ætate integra ancillas adduci iussit: ut quã mallet ex eis susciperet. At ille omnes suscepit asserens Paridi neutiq; tutũ fuisse: ꝙ unã deã duabus prætulerit. Rursum cũ a Dionisio pecunias exposceret: Laertio autore: tunc facete Dionisius docuisti/inquit/sapientem pecunia nõ egere. At ille/da inquit/& postea de hoc disseramus: Cum uero dedisset: uides ne/inquiens/ nunc auro nõ egere: tñ assidue muneribus honoribusq; eũ afficiebat. Sic & Ptolomeus: Soter Aegiptioꝝ rex Menedemũ Eretriensem: & Stipulonẽ Megarensem: summo amore cõplexus extitit. Nõne Antigonus rex Bionem Boristeniden summe obseruauit: & cũ pernosceret eũ in inopia ac ægritudine laborare: familiaresq; ad eũ uisendũ/ac curandũ misit: iussitq; ut ei omnia pnecessaria suppeterent. Sic Attalus rex Liconem Troiadensem dilexit: regiis quoq; muneribus honestatus extitit. Et Ptolomeus & Anthiochus reges Demetriũ Bizantiũ adeo dilexere: & ei⁹ familiaritate usi fuere: ut inde illoꝝ gesta documentis mãdauerit. Et Archelaus Macedonũ rex

tragicum Euripidem adeo dilexit: ut eidem omnia archana cõmitteret: secumq; cenaret: obtrectatorũq; liuore: inuidiaq; cũ a regia discederet: canibus ferocissimis lacerandus traditus extitit. Proinde rex suprema illius nõ modo magno funeris sumptu: sed animi merorem etiã crine intonso: facieq; squallenti indicauit: nec regiũ indumentũ suscepit: q̃ interempti poetæ: interfectoꝝ sanguine librata iusta futiles illi manes: ut prisci autumabant: parentauerit. Nec minus disciplinis Artrides Armenioꝝ rex dilexit: ut explosis barbaris ex Hellade philosophos: oratores/poetasq; uocauerit: plurimaq; documẽta: tũ historiaꝝ tũ tragœdiaꝝ: orationũq; magna cũ laude cõscripserit. Sic & africanus ille superior: qui Ennii poetæ statuã suo in sepulchro collocari iusserit: ut posteri cernerẽt: q̃plurimi fecisset: tantoꝝ regũ uictor uatem illũ: qui Latinis primus carmẽ heroicũ dedit: Romanorũq; gesta celebrauit. Et ut uir peritissimus Caietanus antistes differebat. Optimos reges: ac principes uiros: prudentiæ/doctrinæq; sibi ascire cõuenit: qui probitate/cõsilio/præstantiaq; ac autoritate regiam illustrãt dignitatẽ ac maiestatẽ. Pulcherrim9 inq̃ mos ut de rep. bene meritis: olim cõstitutus: ut statuas/arcus/trophæa/ac titulos: decorũq; monimẽta asscribere. At procul dubio nulli hoc honore laudeq; digni sunt q̃ hi qui recte instituendis magistratib9: ac reip. p̃sidibus fidelẽ ac strennuã nauarũt operã: nec priuatũ emolumentũ: sed patriȩ expectarint cõmoditatẽ. Quippe oĩa debet resp. optimo duci at tum ip̃m ei astringiẽ: qui optimis rationibus/institutisq; eũ effecerit: & quãuis statuas multas erigat: operosas tollat substructiones: nõ aliud pulchrius uirtutũ suaꝝ monimentũ relinquere rex ipse q̃ imperii haud quaquã degenerem: qui ip̃m optimis factis repræsentet: nec moriẽ qui uiuam sibi reliquit imaginẽ. Siquidẽ nõ ex quo resileat aut diffidat præsidũ: principũq; institutor: si forte ferocia: aut intractabilia ingenia fuerit nactus: sane cũ nulla sit tam fera tam immanis bellua: quæ nõ mansuescat cura domitoris/industriaq;. Cur existimet ulla mortaliũ ingenia: tam agrestia: tãq; deplorata: ꝙ solerti nõ mitescant disciplina: ac institutione. Nec censebãt illi prisci cessandũ: si fœliciora illis ingenia cõtigissent: eteniuero ꝙ melior est sibi natura hoc magis corrũpiẽ: ut illustriũ autoritas disseruit: & in utilib9 herbis a fructicib9 occupanẽ ni uigilet agricola. Itidẽ ingenia mortaliũ quo fęliciora/generosioraq; hoc plurib9 ac tetriorib9 obducũẽ uitiis: ni salubrib9 p̃ceptis excolãẽ.

Et ut præclare qui de regno ſcripſere monumentis mandarunt: ea in quientes littora ſolemus diligentiſſime cõmunire quæ uehementiſſimũ fluctũ excipiunt. Nempe ſunt innumere res: quæ regũ animos a recto dimouere: fortunæ magnitudo: rerũ affluentia/luxus/ deliciæ/ libertas: qua quilibet licet exempla magnorꝫ ducum: ipſi ſiquidem rerũ humanarꝫ æſtus: ac procellæ: adulationi aures: fidei ac libertatis fuco depicta quo diligentius erit optimis inſtitutis adulatorꝫ regũ monumẽtis aduerſus hæc ꝑmuniẽdi. Quippe & ſi Ariſtotelis: Liuiiq; ſententia fuerit: ubi plus intelligẽtiæ ibi fortunæ minus: Atq; uiciſſim: ubi plus fortunæ ibi minus intelligentiæ ac prudẽtiæ. Pleriq; ut Academicus diſſeruit: ſic accipiãt: ut ſapiẽtiſſimi quiq; philoſophi minime fortunati ſint: qđ & carmina Pythagorica cõprobãt: & re ipſa cõfirmant: necnõ Aſtronomica ratione præcipue per Mercuriũ atq; Saturnũ: philoſophiam ſignificari putantes. Hos uero cũ Ioue/Sole/Venere: affluentiam rerum ſignificantibus: nullũ officia habere cõmertiũ. Deniq; legitimi ueritatis indagatores & negligunt fortunæ bona & ipſi a fortunatiſſimis negligunť: neq; principibus placet: neq; uulgo probať: ut nõ miror ſi eos minimũ habere fortunæ. Viciſſim uero fortunatiſſimi: quiq; plerũq; negligũt ſapientiã: plurimũ temere & improuide uiuũt: fortunæ uidelicet afflatu confiſi. Ego autẽ (inquiẽs Platonicus ille) & ſi ſuperiorẽ ſententiã minime reſpuã: utilius tñ atq; diuinius illud Ariſtotelicũ interpretarer. Siquidem cũ compertũ habeamus: mortales quo prudentiores ſunt: eo minus caſu uiuere: paucioraq; in familia rebuſq; ſuis agi fortuito. Conicctare procul dubio poſſumus: deo ſapientiſſimo: rerũ omniũ autori nihil uſq; caſu cõtingere: ſed cũcta ſua diuina prouidẽtia: ſumma ratione diſpoſita: atq; uiciſſim: cũ conſpiciamus cœleſtia naturaliaq; omnia extra fortunã: ſed certo ordine diuinoq; miniſterio conſtituta: effari libet ſummã iis omnib9 ſupremãq; illã ſapiẽtiã/fulgẽtiſſimãq; dominari. Hinc Ariſtotelis ſententia pene diuina: nullũ ſapientiæ prudẽtiæ genus cenſuit q̃ qui edocent ſalutares rep. præſidẽtes agere: quãuis ꝑ ſe res eximia ſit ſapientia. Vnde Xenophon cenſuit iure optimo: eſſe quodã hominẽ maius planeq; diuinũ uolentib9/ ac liberis imperare. Hæc imquam nimirum eſt illa expetenda prudentia: quam unam cæteris rebus cõtemptis exoptauit Iſraheliticus rex Salomon: q̃q; iugiter regio throno maluit aſſiſtere. Hæc eſt illa caſtiſſima ſimul & pulcherrima

Sinamitis : ut Rotherodamus disseruit: cuius unius cõplexibus : uni ce oblectatus Dauid ille rex prudẽtissimus extitit: & p adagia loquiẽ: Per me/inquiẽs/principes impant:& potẽtes discernũt iustitiã. Vnde Plutarchus/Neminẽ existimat de rep. melius mereri : q̃ qui regũ animos : p̃sidentiũq; omnib9 cõsulturos : optimis ac regibus dignis rationibus imbuerit. Sic nullũ æque grauẽ perniciẽ afferre reb9 mortaliũ : atq; eũ qui p̃sidentiũ mẽtes prauis opinionib9 ac cupiditatibus corrupterit : haud secus q̃ siqs fontẽ publicũ : unde haurirẽt uniuersi: lætalibus uenenis infecerit. Vnde Homer9 Mercuriũ inducit qui Vlyssem aduersus Circes ueneficia: molli herba p̃muniuit. Siqdẽ Pyrrhus Epirotharus rex summus:Cyneam Thessalũ uirũ in dicẽdo grauẽ/suauẽq; Demosthenis auditorẽ summa ueneratione coluit: eũq; Legatũ ad plurimas urbes misit : qui eas adeo in Pyrrhi uolũtatẽ pellexit: ut uerã Euripidis sentẽtiã ostenderet: qui ait: Omnia cõficit oratio : quæ etiã hostile ferrũ efficere nequeat. Itaq; Pyrrhus ipse dicere solebat plures ad ciuia oratione urbes : q̃ a se armis expugnatas esse . Hinc illud uetus adagiũ. Quales rectores cõspexeris : tales eos a qb9 missi fuerint expecta. Hinc prisci illi Romani oratores de pace agenda caduceatores nũcupabãt. Erat eni caduceus Mercurii uirga : p quã ostendebaẽ: ꝙ ipse medius sequesterq; belli pacisue inter colluctantes esset. Legatũ uero de bello suscipiẽdo fecialem appellabãt: qui bellũ pactis sacris: iubẽte populo : ex sacerdotali iure indicebat. Sic Athenienses eũ qd Eropi uastassent a Romanis mulctati magno ære tres illes p̃stãtissimos misere Carneadem Academicũ/Diogenem Stoicũ/& Clitholaũ Peripateticũ : siqdẽ seorsum singuli in Senatu oratione usi sũt : uario dicẽdi modo. Nã Clitholaus modesta : Carneades uiolẽta : Diogenes scita exemplo Homeri ut disertus disseruit : Patricius qui Vlyssem uberi: Menelaũ gracili : Nestorem uero moderata oratiõe eloquẽtes inducit . Illis in senatu magna gloria sine interprete responsum attulit : Senator Cecilius fuitq; omnib9 admirationi:ꝙ cuiuscũq; eorꝝ dicẽdi formã exp̃sserit : nõ modo doctrina & eloquẽtia : sed uultu ac corpis gestu. Sed Xenocrates ad Antipatrũ missus ab Atheniensib9: captiuos oẽs quos illẽ in bello Lemniaco cœpat : dono impetrauit : quos ne precio redẽptos ut redderet exorari ualuerat. Et Pompilius ad Anthiochũ Syriæ regẽ orator a Romanis missus : ut ab Aegypto abstineret: qui amicos uellẽ consulere respondens : uirga quam in manu gestabat: ac circulo inclu

sum: nō prius inde exire pmisit. Sic Quintus Sceuola ad Carthagi nenses missus: duæ tesseræ sibi Punico ingenio oblatæ fuerunt: in quarum una pacis signū inscriptū erat: in altera aūt belli: eiusq; arbitrio pmissum est: utram uellet referret. Ille aūt utranq; sustulit: & ait: Carthaginenses petere debere utram mallēt accipere: & sic consilio calūniam euasit/ostenditq; Romanos potētiores/illustrioresq; Carthaginēsibus esse. Quippe legati prisci sancti & intacti: inuiolatiq; iure gentiū habebant. Hinc Laertes Tholominius rex uegentū quatuor populi Romani legatos Phidenis interemit: quorum statuas ad Plinii tēpora: Ciceronisq; ætatē pro rostris extitisse: ut Cicero autor est: Qui proinde cōdignas dedere pœnas: uicti primo: cæsiq;/& qui cædi nō tradidi sub corona uenerūt: urbsq; direpta/igniq; exposita. Sic Illiricis bellū indictum: quia legatos Romanorum trucidarāt. A Romanis in deditionē deducti Theusaq; eorum regina expugnata: legatisq; illis: qui pro rep. ceciderāt statuæ a populo Romano in foro positę sunt: ut erepta uitę breuitas diuturnitate famæ cōpensaret. Sic Chorinthus a Romanis deleta Achaiā opulētissima urbs: q ab iis Romanorum legati uiolati fuerāt: eius urbis iniurias miseratus Polybius multa indigna atq; impia conspexisse: signa q̄plura illinc detulit Mumius: quę Lucullo dono dedit: Eadē ille cū fortunæ ædē statuisset: illic cōsecrauit: & Lutius Minutius & Manlius: q Carthaginensiū legatos pulsauissent dicerent: senatu pcipiente: iussu Martii Claudii pretoris urbani p feciales tradidi sunt legatis & Carthaginē ad suppliciū missi. Erātq; prisci legati abstinentia ut plurimū imbuti: ne muneribus in alienā sententiā adducerentur: Hinc Persarum legati ad Macedones: cū insolēter in regias cōiuges filiasq;: Alexāder eos trucidari iussit: qd cū Persarum dux percepisset: re bene cōspecta: oratores iure cæsos asseruit/ affinitatēq; cū Amyntha rege cōtraxit. Sic illi Romanorum legati ad Ptolemeū: cū regia omnia munera spreuissent: & singuli discumberēt: eos coronari iussit. Tulerunt illi coronas: uerum postridie eiusdē diei regiis statuis: quas in Iouis tēplo suspexerant: imposuere: ne qui regii muneris interuertere uelle uiderēt. Quippe receptū est suffragiis qnq;: qui reip. imperāt asciscī: illic pinde nō spectādæ erāt maiorum imagines: siue species corpis: ut apud Aethiopes: Indosq; nōnullos pagebat. Siquidē optimi animi dotes indolisq; manibus placidis: sedatosq;: ac minime pcipites: nec ita cōcitatos ut periculū emineat: ne accedēte fortunæ licentia: erūpāt in tyrānidem &

ammonentes/consulétesq; : nõ ferant. Nec rursus ita faciles ut cuiusli bet arbitrio quouis duci se patiantur : eoꝝ usus ætasq; cõspicienda: ne ita grauis ut iam obnoxia sit delirationi : ut Erasmo placuit : nec ita uirens ut affectibus arripiatᷣ: & ualitudinis etiam ratio ne subinde no ui sint adhibendi præsides. Idq; non citra reip. dispendium. Quippe in nauigatione nõ ei cõmittitᷣ clauus: qui natalibus aut opib9 aut for ma cæteros antecellit: sed qui peritia gubernandi: qui uigilantia : qui fide superat. Ita imperandi maiestas eis cõmittenda: qui regiis dotib9 anteirent reliquos. Nempe sapientia, iustitia/animi moderatione pro uidentia/studio/cõmodi publici/imagines/aurum/gemmæ : & nihilo plus momẽti ad reip. administrationẽ cõferũt : q̃ eadẽ nauclero cõdu ctaria sint ad nauẽ gubernandã. Hinc Isocrates ad Nicoclem regem cæteri quidẽ/inquiens/Nicocles qui regibus soliti sunt adducere uel uestes/uel æs/uel aurũ factum : uel aliud eiusmodi rerũ quippiã : qua rum ut ipsos habet inopia : ita uobis supat copia. Mihi plane uidentᷣ manifestam exercere negociationem : nõ dare munus : eademq; longe callidius uendere : q̃ illi qui questum huiusmodi profitentur. Ego ue ro/inquiens/munus hoc pulcherrimũ simul & utilissimũ fore iudica rim : qdq; maxime deceat : tũ & donare tũ te accipere : si tibi rationẽ queam præscribere : qb9 rebus expetẽdis: rursum qb9 fugiendis : opti me remp. pariter & regnũ administrare possis. Siqdẽ ducũ regũq; pro priũ est:ut reip. malis finẽ imponãt:& fœlicitatẽ tueantᷣ : & ex parua magnã reddãt. Quãdoqdẽ quæ in quottidianis incidũt negocis: hoꝝ gratia sunt agẽda : quin illud quoq; in cõfesso est: ꝙ qui hęc pstare ua leãt: deq; hisce reb9 sint cõsulturi:nõ oportet esse socordes: sed eniti ut cæteros antecellãt prudentia. Sane ostensum est eiuscemodi illos habi turos imperiũ : cuiusmodi rationib9 suũ animũ ipsi properarint : Pro inde nullis athletis sic cõuenit exercere corpus ut regibus animũ. Si quidẽ quæ : inquiẽs:uel in omnibus ludis publicis pponuntᷣ premia: nulla parte cõferri possunt: cũ iis quę uobis quottidie sunt præposita. Hæc itaq; reputãtes anniti decet: ut quãtũ cæteros antecellãt honori bus: tantũdẽ & uirtutibus eos præcedãt. Quippe quis inq̃ adeo est he betis ingenii : aut ambitiosi qui non malit se similem esse Soloni legũ latori : uiro prudentissimo : innocentissimoq; : q̃ Pisistrato impio sæ uissimoq; tyrãno ? aut q nõ uelit Socrati : q̃ Chryciæ similis esse ? aut Bruto q̃ Tarquinio ? ille enim libertatẽ cõstituit : hic aũt Romanoꝝ

regno impietate ac scelere compato: non regio amore: sed tyrannica libidine ac sæuitia abutebať. Age uero Brutum: hunc populo confer ut Caietanus antistes disseruit: tunc regiam maiestatē priuatæ uitæ nō antetulerit: quāuis ipse Numa anceps fuerit priuatā uitam an regem agere uellet: cū Romanorum Legatis responsum attulerit: quem in regem asciuerāt: Liuio autore/Dionisio/Plutharcoque. Omnis quidem/inquiens/mutatio uitæ periculosa est: uerum illum cui rerū necessariarum nihil deest: & qui querelæ obnoxius habeť: nihil aliud nisi amentia a consuetis studiis transfert: ut certa pro incertis relinquat. Romulū diuina sobole illudens/irridensque: regno dignū fecit: mihi autē genus mortale est: ille Marte genitus uos bellatores optimos educauit: ardentis animi & robusti corpis Rege uobis opus est: Ego autē pacis studiosus/religionē/rectaque iudicia sequor. Vix oratorum precibus ac necessariorum lacrymis exorari potuit: ut regias habenas: ultro sibi traditas moderari uellet. Sed suscepto impio Romanū populū: iustitia & modestia sua ad mansuetudinē: ac pacis studiū transtulit: & ad uitæ comitatē. Iani tēplū clusit: agriculturā quidē quasi pacis & ocii effectricem magis q̄ diuitiarum & uoluptatum pedissequam/dilexit. Sacra & cerimonias: deinque cultū ordinauit. Quippe ut Homerus asseruit: Isocratesque imperandi munus/prouinciasque gubernandi decus & imago quædā diuinæ celsitudinis in terris cerneret. Quippe Persæ reges suos inter deos colebāt: maiestatē enim impii salutis tutelā esse opinabant. Sic Cæsar inq̄t/Sanctitas q̄dē regū augusta est. Et Hesiodus magnanimos: atque optimos reges cū diuis cōnumerat: his etiā inter mortales pie ac iuste impauere p̄miū ac merces pennis erit. Hinc Hesiodus diuina est futura nunq̄/perit nunq̄/occidit nunq̄/omnino perimitur: Iniusti autē ac sæuissimi reges/tyrannique uti in eorum uita: omnibus odio fuere: ita post interitum a posteris perpetuæ execrationi habentur: ut Patricius disseruit: & diuersis penis ac tormentis cruciatibusque apud baratrū: tartareaque loca torquentur: ut tragici aiunt. Et perpetua a uiuis ignominia/infamiaque notanť. Sic Artaxerses Persarum rex: qui clementiæ comitatis: mansuetudinesque super omnes alios assecutus est: quam summopere post obitum hausit celebrioremque reddidit: cum Ocus eidem in regno successisset patris enim uirtutes omniū uitiorum scelere adequauit. Nā sæuitia/immanitate/perfidia/libidine/teterrimos supauit tyrannos: ut Dionisiodori sententiam

ueram esse edocuit: cum edixerit • Quis patrem laudabit nisi improbus filius? quasi laudem optimi parentis longe magis & homines celebrēt: cū turpē ac degenerem filiū notauerint• Hinc poetę de Sileno: quē Bacchi alūnū fabulant̄: nā ipse & poeta extitit & mysteria Liberi patris: quæ orgia uocabant̄: & diuinus cantus: quos hymnos appellant: uersibus ac fidib9 cecinit: iis in Mœonia: quæ Phriygia nūcupata extitit a latronibus deceptus: ad Midam regē: qui cupiditate & auaritia magis q̄ uirtute notior/deductus: ipsumq; rex interrogauit: qsnam esset: & quāti se redimere posset• Tū Silenus: inopē poetā admodū nihilq; omnino æris se pensitare posse/disseruit• Sed si grato animo eū dimitteret: duo permaxima eū edoceret: quæ a deo homini cōdonari possint: multoq; auro argentoq; p̄ciosiora: si recto animo dimenticẽ• Annuit rex: Silenus uero disserēs maximū munus a deo homini esse tributū: nō nasci: proximū autē in primo limine uitæ occidere: muncrib9 Silenū afficit• Sic Getæ puerperia lugēt: funera autē cantu ac lusu celebrant• Hinc Homerus de Vlysse: nihil homine infirmi9: tellus animalia nutrit • Inter cuncta magis solus quidē homo alienis semper opibus se tuetur • Et ut Plinii extat sentētia • Nā aliis uellera/pilos/setas/spinas/pennas/squamas/& his similia parauit • Hominem autē sine ulla inuolutiōe aut integumēto ededit• Siqdē ut philosophi edixere: duriora incōmoda mortalibus ipsis: q̄ brutis condonata • Nam in solo homine luctus cernitur/libido/luxuriaq; multiformis: & assidua cupiditas/ambitio/futuroꝝ superstitio ad inuicem se trucidāt• Sed bruta in sua quiete degūt genere: congregant̄ simul: contrarias uires cōmuni impetu: periculoq; propulsant • At mortaliū genus plura ac maiora ab homine ipso nutrient mala: q̄ a reliquis animantibus• Sed deus ipse summus qui prima rerū omniū est causa: & princeps eoꝝ: opifexq; omniū: solo homini præter cætera animalia: ut illū a naturæ detrimētis: huiusue modi periculis muniret/mentem/ rationemq; condonauit: sibiq; similē cū opificē illū/parentēq; respicit: & a corporis contagionē recedit: plenā perfectamq; imaginem summi architecti seruat • Hinc ratio manat ut Patricius ille disseruit: quæ gerendoꝝ ordinē obseruat: causamq; subnectit: ut quid & quādo: aut dicas/intelligasq;• Hanc mentē prisci animū nuncupauerūt: ut mortalibus ille diuinus spiritus inesset• Quo quidē intelligūt & sapiūt: quiq; ab omni cōcretione mortali est alienus• Et ut deus ille summus mundū:

ſic ille regit ac gubernat hominem. Siquidē illis inſunt cogitationes: recte intelligentiæ/agnitiones/cōſilia/terrenaꝝ rerū ratio: cœleſtiū cōtemplatio: præſagium futuroꝝ: & his ſimilia. At perturbationes: turbidiq; omnes motus: a cōmixtione corporis animati mortalibus accidunt: qui niſi ab animo regantur: eos brutis perſimiles peragūt. Hoc inq̄ diuino animi munere affectus homo: iure optimo imperiū orbis ſibi uendicat. Hoc inq̄ diuinū rationis munus adeo hominē extollit: ut humanaꝝ/diuinarumq; rerū eum capacem: compotemq; reddiderit: cui non ſatis fuerit ſe ſuoſq; alere atq; educare: uerum archana naturæ indagauerit abſconditas rerū cauſas perquiſiuerit: terræ uiſcera effoderit: aurū argentū & alia metalla eruerit: cœlum cogitatione ac mente penetrauerit: abditaq; omnia ſcrutatus: mortales alios edocuerit. Hic eſt ille Prometheus Iapiti filius quem ignem cœlicolis ferula ſubtraxiſſe & mortalibus tradidiſſe poetæ fabulantur. Fuit enim primus omnium ut quibuſdam Græcis placet: ꝗ aſtronomiā docuit: ut Atlas Lybis filius: quem Diodorus Siculus primū ſpheram inueniſſe: multis ſeculis ante Archimedē Syracuſanū: cōmemorat. Siqdē eiuſdem Aegyptii & Phœnices quaſi deos uenerarūt/ ſtatuis/ ſimulachris/templis/ædibus/delubriſq;/decorarunt: eorumq; nomina inter præſentiſſima numina retulerūt. Sic & Liberū patrē: ꝗ eos emere/uendereq; docuerit: & uinū uſui mortaliū præbuerit: Diademā regium geſtamen: in honorem fortiſſimoꝝ ducū: imperatoꝝ inuenerit: deus habitus eſt. Et Ceres dea: quoniā frumentū glande ueſcentibus dederit: & pinſere/mollere pultem/panēq; agere edocuerit. Sic Toxius Cœli filius: cū antea ſpecus & tuguria pro ædibus inhabitarēt: domos ædificare inſtituit: ab arundinib9 nidis exēplo ductus. Sic & Chiron: qui Saturni & Phœnicis filius fuit: qui herbarum medicamenta adinueniſſe perhibet̄: inter diuos annumeratus extitit. Et Ariſteus Atheniſis ob mellis oleiq; inuētum: Aeolus quoq; Tellenis filius qui rationem utilitatē uentoꝝ oſtēdit: Hinc nauigandi uſus effluxit: ex quo mortalibus multa cōmoda emanauere: ut numen coluere. Sic Amalphis honores meruit: qui magnetis uſum primus nauigantes docuit. Siquidē ad ſyderū obſeruationē curſum dirigebāt: fallebantq; ſæpe numero: ſiue nubilo obſcuroq; cœlo: ſiue montium oppoſitione: ſic inter numina relati. Sic Tritolemus inter numina: & Bellerophon connumerati: primus qui bouem aratro ſubegerit: alter ꝗ mor-

tales equo uehi docuerit: ex quo certare Thessali: qui Centauri dicti sunt. Vnde præclare ostendit mortalibus rationẽ: ac mentẽ a deo illo opt.max.condonatã: cuncta suppetere quæ illis deesse cõspiciebantur. Siquidẽ si ratione utentur: uoluptatẽ respuũt: cupiditatẽ cedãt: iracundiã cõprimẽt: libidinẽ arcebũt: & alias omnes animi labes ratione expellent. Nempe tũc uirtutẽ ipsam effert: secundũ eã agit & ab ea nunq̃ discedit: & ut Patritius meminit: eius habitu atq; actu: nihil mortalibus deesse potest: quod ad bene beateq; uiuendũ pertineat: ut Plotinus Academicus memorat. Duo precipue præstat in mũdo deus: cũ mundũ instituit: alterũ ꝙ summa prouidentia ipsum regat: hæc eadẽ animus mortaliũ corpore efficit: nam beneficio ac uirtute animi corpus formatur: & sic etiã ab eodẽ gubernatur. Hic rationem homini tradidit: quæ dirigit eũ ad optimũ finem: id est/ad actionem secundũ uirtutem: agere enim honesta & præclara: ut Aristoteli placuit: ex his rebus est: quæ propter sese expetuntur: in q̃bus humana fœlicitas esse cernitur: quæ quidẽ humanaꝝ rerũ est finis: ad quã actiones omnes nostræ dirigant oportet. Fœlicitas inq̃ per se ipsam pfecta est: & nihilo indiget: cũ singulæ aliæ res: alicuius alterius rei causa expetantur: præter fœlicitatem: quæ humanaꝝ actionũ omniũ finis est: & ipsa summi dei ueneratio/cognitioq;. Siquidẽ ut Isocrates autor est: Nam alia permulta/inquiens/sunt quæ priuatos homines reddant emendatiores: tum imprimis illa: primũ ꝙ affluãt deliciis: sed pro quottidiano uictu solliciti esse cogunt: deinde leges: quaꝝ præscripto omnes illi gubernant. Præterea autẽ admonẽdi libertas: quodq; liceat: & amicis inuicem increpare: & inimicis insectari mutuo: Siqs sceleris fuerit. Hoc equidẽ nisi diuina illa ratione mortalibus contributa sunt: Ad hæc uates illi prisci uiuendi præcepta litteris tradiderunt: ut consentaneũ sit his omnibus rebus reddi meliores. At regibus/inquiens/nihil haꝝ rerũ suppetit: immo hos magis q̃ cęteros censebant admoneri. Nam posteaq̃ ad imperiũ euecti fuerint: ii sæpe carent monitore: cũ pleriq; mortaliũ ad eos nõ adeant: & qui cũ illis cõuersant: ad gratiã cõfabulant. Siquidẽ nacti opũ plurimaꝝ possessionem: & rerũ maximaꝝ administrationẽ: cũ his haud recte utantur. Hinc Homerus de margita disseruit: neminem recte imperare posse: nisi eũ cui deus imperiũ destinauerit: ꝙ circa reges a deo petẽtes sacrificiis: litatiõibusq; esse asserebat. Hinc Samius ægypti9 philosophus:

E

cum percepiſſet Alexandrum regem Hammonis oraculo: Iouis filiũ ueneratũ: diſſeruit omnes mortales ſub dei imperio degunt: ideo imperare ducatumq; inter homines gerere: eiſq; præeſſe diuinum quodam munus exiſtimandum eſt: omnibusq; rationibus patere diſſerebat: deum cõmunem mortalibus parentem eſſe: uerum peculiariter ueluti filios ſibi adoptare: quibus imperandi / regendiq; poteſtatem permitteret. Priamus quoq; apud Homerũ Hectorem laudans: eximia illum probitate præſtare: adeo ut diuinus cenſeretur. Sic Romani Cæſares de ſe benemeritos: poſtq̃ e uita diſceſſiſſent: inter diuos cõnumerabant. Vnde Hadrianus Cæſar: ut Spartianus memorat: ego mihi diuũ adoptaui non filium: cum Elius Verus: quem ſibi adoptauerat: pro mala ualetudine mortuus eſſe uideretur. Ortumq; regũ educationemq; numinibus curæ priſci cenſuere. Hinc orta eſt opinio Romulum a Lupa: Syrum a Cane: Abydem autem a Serua: alitos fuiſſe. Sic Darius Parſarum rex: cũ Perſæ Solem adorarent: albosq; equos ei ſacrificarent: cum mallent regem eligere: in Solis ortu cõuenere: Darii equus primũ hinnitũ edidit: & ſignibus / tacitisq; aliis: Fœlix auſpicium: omenue tanta moderatione reliqui uſi ſunt: ut religioni cõfeſtim cederent: & equo deſilientes Dariũ regem ſalutauere. Sic Tyriorum ſerui qui in dominos conſpirauere: omneſq; trucidarunt: ex tanto ſeruoꝝ numero Stratoni ſeni domino & unico eius filio pepercit: cumq; latuit cum ſeruis: & cum regem mallent eligere: decreuere: ut qui poſtridie: eiuſdem diei orientem ſolem primus oſtẽdiſſet: edoctus a domino ut occidentem conſpiceret: cum alii orientẽ conſpectarent: his enim primus in ſummo urbis faſtigio orientem ſolem oſtendit: mox rex creatus ob pietatem in dominũ: & nõ ſeruili ingenio piiſſime/iuſteq; regnauit. Siquidem ut Ciceronis eſt ſententia: ſed eſt ſenſus/inquiens/tanq̃ ſatellites attribuit: figuramq; corporis habilem: atq; aptam humano ingenio dedit: nam cũ cæteras animantes eieciſſent ad paſtum: ſolum hominem erexit: ad cœliq; quaſi priſtini domicilii conſpectum excitauit: tum ſapientiæ ꝗris ita formauit: ut in ea penitus reconditos mores effingeret: quando hilaritatem animi uultu oſtendimus: merorem / triſtitiam / formidinemq;: iram quoq;: furorem/tranquillitatem/ frons/ oculi/ & ſupercilia indicant. Hac mente duci principio rerũ humanaꝝ acutiores ingenio uiri: qui inter uagos illos atq; agreſtes homines uerſabant: animaduerterẽt ho

minem aliena ope indigere: cũ neminem sibi ipsi satis esse cernerent. Proinde arbitrati sunt: illũ per societatẽ sui generis cõmodius degere posse: & facilius consequi omnia: quę per naturam ei deesse uidebant. Et icirco a syluestri uagaq; solitudine: in multitudinis cetum humanamq; societatem illũ deducendũ/statuendumq; esse duxerunt. Quo quidem facto q̃primũ cõiunctim inter se homines cõmunẽ sermonem ex assidua consuetudine statuerunt: quo conceptum mentis exprimerent: & consilia cõmunicarent. Nam solus homo ex omnibus animantibus sermone distincto utitur: reliqua uero omnia confusa uoce affectus suos indicant. Sic cõiuncti deinde societate mutuis officiis cõdonando/cõmunicando/inter se facilius uictitare ceperunt: & ferarũ incursum cõmuni munimento propulsare. Sed cum naturaliter quisq; magis sibi ac suis: q̃ reliquis studeat: unusquisq; suam rem agebat: proprium q; cõmodũ sequebatur: nec erat quispiam qui pro cõmuni utilitate laboraret: nec qui curam multitudinis ageret: errabantq; ueluti sine pastore greges. Icirco excogitandũ censuere ut esset aliquis qui aliis præesset: pro omnibus excubaret: cõmuni utilitati ac cõmodo studeret. Igitur elegere uirum aliquem/uirtute/oratione/ ac fortitudine/ præstantem: & probitate ac moribus præpollentem: qui sicuti pastor omnibus p̃esset. Hinc Homerus Agamennonem populorũ pastorem nuncupat. Nam prisco æuo mortales: nõ deliciis aut uoluptati: sed pascendo pecori: aut agriculturæ incumbebant: Vnde Naso. Cętera luxuriæ nõdũ instrumenta uigebant: Aut pecus aut lætam diues habebat humũ. Hinc etiã locuplex: hinc ipsa pecunia dicta est. Huic uero quẽ præfecerant arbitria rerũ permisere: cũq; prudentiam eius cernerent circa iusta/honestaq; uersari: & ea omnia agere quæ eis cõmoda atq; tuta esse possent: decreuere tunc eũ publice alere: ut omni liberali functione: questuosaue industria immunis esset. Quandoquidẽ putarent illum sapientem a deo edoctum: nõ autẽ fossorem: aut aliũ quempiã: ut de Mergythe agit Homerus. Hinc Isocrates disseruit: multos ambiguisse utra uita magis sit eligenda: eorũ qui priuatam quidẽ: sed placidam & humanam agunt uitam: an regum. Nam quoties ad honores: ad potentiam illorũ respexerint: dispares existamant: quicũq; regno potiuntur. Rursus ubi secũ perpenderint metus ac pericula: singulisq; premeditatis conspexerint alios extinctos: a quibus minime cõueniebat. Alios in familiarissimos maximeq; domesticos: irruere cõpulsos:

ut Alexander ille magnus/Dionisi9/Tyberius Cæsar/Nero/& alii cõplures. Siqdẽ plerosq̃ esse:qb9 hoꝝ utrũq̃ uenerit. Tũc cõtra sati9 esse iudicant:qdcũq̃ uitæ genus amplecti:q̃ cũ eiusmodi malis uel uniuersi orbis imperiũ moderare:ut Diocletianũ Cæsarẽ pegisse phibent. Sic & Lycurgũ/Solonẽq̃ reip. pesse rennuere. Et Scipionẽ illũ supiorem. porro cõmutationes huiuscemodi fortunæ rerũq̃ tumult9 hinc profisciscit᷑: quo sacerdotiũ ita imperiũ quoq̃ cuiuslibet hoĩs esse credãt: cũ res sit una rerũ omniũ humanaꝝ maxima quæ sũmã desiderat prudẽtiam. Itaq̃ cõsulere qb9 rationib9 possis in singulis negociis recte administrãdis officio fungi. Vt & bona cõserues:& mala euites:eoꝝ munus est: qui principũ assiduã retinẽt cõsuetudinẽ. Quippe remissum sũma decet nobilitas:& si multiplex sit illa inq̃ amputãda:quæ ex uirtute recteq̃ gestis orit᷑ proxima quæ ex honestissimaꝝ disciplinaꝝ cõditione proficiscit᷑:altera quæ ex nataliũ picturis maiorũ stẽmatis existimant᷑/aut opibus. Siqdẽ reges illos chares ita censere qui uirtute: prudentia/ornati fuere. Illosq̃ claros edicere/illustresq̃: qui uirtutib9 pollerent: nec ostentarẽt sculptas:aut colorib9 obumbratas imagines: in qb9 sicut ueræ gloriæ est/laudisq̃ hoc pictori debet᷑. Eius ingeniũ industriã arguũt: quin potius uirtutis monumẽta moribus optimis ostendẽda. Siqdẽ si cætera desint uel ipsa celsitudini ornamẽta monere: ipm quærũt effici: Maiestas qd sibi regia illa unctio ostendit: nisi sũmã in eo bonitatẽ:ac mansuetudinẽ colustratũ potentiæ comes esse soleat sæuitia. Quid inq̃ aurũ indicat:nisi sũmã prudẽtiã: singularisq̃ sapientia ornatũ accomptũ:Quid ardens purpura ac trabea nisi sũmã in rep. dilectionẽ. Quid inq̃ sceptrũ:nisi tenacẽ iustitiæ animũ: nullis blandiciis:auocamẽtisq̃ recte deseruientẽ. Cæterũ ab his rebus siquis longissime absit ei nõ ornamenta:sed sceuiticꝝ hæc simulachrũ exprobramenta. Nempe Stoici hæc edictum:si torques: si sceptrũ:si purpura:fœlices reges pagunt. Quis tandẽ uetat pro regib9 haberi tragediarum histriones:qui eisdẽ ornati prodeũt in scænam. Sane trabea/sceptrũ/diadema/baltheus/torques/in optimo rege uirtutũ insignia sunt: aut similia/tropheaq̃ in pernitiosa scelerũ note. Nempe reges ipsos qui gemmas/aurũ/purpurã/ ac reliquas fortunæ blanditias: ciuibus suis ostentant:qd aliud inq̃ suos cõspicere:admirariq̃ docẽt: nisi unde omniũ ferme scelerũ origo orit᷑: quæ regũ legibus animaduertuntur. Nempe q̃ sit absurdũ gemmis/auro/purpura/satellitio/reliquisq̃ cor-

poris ornamentis:cereis & imaginibus:statuisq; planeq; bonis nõ illis omnibus tanto interuallo supare ueris animi bonis multis: e media fe ce plebis inferiores cõspici. Quippe magna pars multitudinis falso er/ rore ducit̃:nec secus atq; hi qui specu Platonico uicti desident: inanes rerũ umbras pro ueris admirant̃. At optimi regis partes sunt: nihil hoꝝ admirari:ut Erasmus meminit: quæ mortaliũ sentẽtia magnifa/ cit:sed omnia ueris malis:ac ueris bonis metiri. Nihil inq̃ esse uere ma lũ:nisi qd cũ turpitudine inuolutũ sit:nihil probũ nisi qd cũ modesta te copulatũ. Itaq; qui principibus assistũt:id agant ut uirtutẽ ceu om/ niũ pulcherrimã:ac fœlicissimã:& præcipue rege dignã:dirigãt atq; cõ spiciãt:turpitudinẽ seu rem fœdissimã ac miserrimã exercẽt:horreãtq; Sane regũ dignitatẽ/maiestatẽ/amplitudinemq; nõ fortunæ strepitu: sed prudentia:cõtinentia rite pactis parandã & tuendã esse:nec diuiti/ as ut res eximias extorquendas/expetendasq; exoptent reges ipsi. Ista inq̃ illa uera regũ trophæa:aut triũphi:uericq; honores: qui uulgo cre/ dunt̃. Vera inq̃ trophæa:illustresq; honores decus esse:q̃ uirtutẽ & op time pacta suapte sponte assequant̃: & tanto assequant̃ illustrius quã to minus affectata extiterint. Quippe ut magnus Basilius disseruit: q̃ omnẽ/inquiens/sane fœlicitatẽ ab initio generis humani: siqs in unũ oratione cõpræhenderit:nõ quotã partẽ bonoꝝ illoꝝ inueniat æquan/ tem:sed coꝝ dignitate longe inferiora umbra:siue insomniũ rebus ue/ ris. Magis autẽ exemplo priore utemur:quãto anim9 differẽs: præcio sior est corpe:tanto utrãq; inter se uitã differre palam est. Ad hãc itaq; diuina illa eloquia: per abscondita ministeria: ut alios instruũt: ita & reges:reiq; publicæ præsidentes edocẽt. Inanis uero disciplinis nõ om nino differentib9 uelut in umbris qbusdã & speculis ipoꝝ oculos ani/ moꝝ quadã tenus excitabũt: eos inuitãtes: qui gymnasiis sese exercẽt: & manu pedeq; instructi postmodũ utilitatẽ:& ex eius arte disciplina in legitimo certamine referũt & illis quoq; præponi omniũ certamen maximũ putare oportet: pro his omnia pagenda: & omnibus uiribus ad hui9 præparationẽ laborandũ. Insup his disciplinis mortalib9 uten dũ:unde aliqd profuturũ sit ad cœleste iter nanciscendũ. Velut enim fullones qui medicamẽtis qbusdã rem præparant: atq; ita demũ colo/ rem:quẽ cupiũt:siue purpurã:siue aliquẽ aliũ inducunt. Sic & reges: cæteriq; mortales:si gloria pulchritudinis uitæ huiusce quãtopere ex/ tollunt: illota illis mẽsura sit. Nã prius purgatis:tũc diuina illa archa/

na disciplinasq; cœlestes nõ facile attingent:ac percipiēt: ut queadmõ dũ solem in aqua conspicere conantes. Sic illi lumini oculos iniicient. Hinc Daniel uates ille Babiloniæ disciplinas ꝓhibent didicisse: tunc deniq; diuinas attigisse doctrinas: Et Moses ille Hæbreoꝝ princeps ac dux. Cuius est in prudentia/sapiētiaq; nomē apud oēs mortales ꝑ maximũ. Aegyptioꝝ disciplinis mentē exercitatus:sua mansuetudine pietate/clementia/erga deũ sũmũ religione. Ita ad eius qui est cõtemplatio ipsa:ad uerũq; numē/ ꝑfectũq; processisse. Siquidē diuinus ille uates ac dux nõ uti Persæ:qui reges suos/ducesq; auguste sanctèq; colebant. Sed deũ ipm opt. max. adorari/uenerari/coliq; edocebat. Nam Persas ipos oscitare/spuere/tussire/emungere/ & alia naturæ pnecessaria: ante reges pagere nefas omnino habebat: post obitũ uero eos in numina referebāt:& aris tēplisq; statutis:hostias cedebāt:& thura atq; alios diuinos eis adolebāt. Arcebāt ꝑterea a regũ suoꝝ aspectu: principũ omniũ gentiũ/prouintiarũq; legatos: ac oratores qui illos adorare minime uolebant:nec nisi ꝑ internunciũ mādata exponebāt. Hinc Ismenias a Thebanis ad Artaxersem orator missus:monebat a regiis satellitibus:ut si ad regē aditũ optaret: illũ ut deũ adoraret. Tũ Iesmenias pollicitus est id se pagere uelle: sed ne qd a patriæ maiestate pexo sum ageret. Qui in regiā ductus:cũ regē in solio conspiceret:annulum e digito suo exemit: & illũ ante suos deiecit pedes: & sic se flectens uenerantis in morē annulũ sustulit: mandataq; tali illusione adiutus exposuit:rēq; patriæ optime nauauit. Siqdē Diocletianus Cæsar Romanis principibus diuinos honores habēdos ꝑcepit nā cũ priores ut Consules salutarent: primus ipe uoluit adorari: uelut in eo esset cœlestis maiestas:Persaꝝ iste mos quoq; princeps rex regũ appellat & adorat. Fratrē solis ac lunę se nũcupans: Impatores antea manus exosculādas nobilib9 ꝑbebant post suis manibus subleuabāt ad oris osculũ uulgus genua exosculabat: Diocletianus ipe edicto sanxit uti oēs sine generis discrimine prostrati pedes oscularent: qb9 etiā uenerationē quandā adhibuit:exornans calciamēta/auro/gemmis/& margaritis: qd fecisse ante Cayum Caliculā memorant: eundē ornatũ immiscuit uestib9 & ut augustior esset & cũ cõtentus esse debuisset qb9 priores fuissent in signibus quæ Priscus Tarquinus accepta ab Hætruscis induxit reperit ex ipo habitu uti deus haberet: maioreq; sumptu uanam: Arsacis gloriā superaret. Proinde cũ Alexander:uicto Dario:Persicā hanc ado

rationem ambiret: suoq; ciuiũ contraxit inuidiam. Nam qui Macedones cõmemorabant pessime cũ illo agi principe: qui se deũ q̃ regẽ haberi uellet: quiq; mortali patre abdicato: se dei filiũ existimare cuperet. Hæc quidẽ res multis exitio fuit: & Calistheni philosopho: ut Arius: Curtiusq; scripsere: qui hanc impiã assentationẽ: magna uerbo℞ licentia execrabant. Qd cũ rex percepisset ingenti excanduit ira: & cũ insidia℞ in se consciũ accusari passus est: manibus abscisis: auribus: naso: labiisq; mutilatis: deforme ac miserũ spectaculũ omnib9 illũ uisendũ præbuit: in caueam cane imposito: & cũ una cõiectũ palam circũferri iussit. Sed Lysimatus uir illustris & uirtute/uiriũq; gloria præstantissimus: qui etiã post Alexandri obitũ imperii moderauit habenas: miseratus tanti uiri fortunã: penã potius libertatis loquẽdi: q̃ perfidiæ: aut alicuius grauioris durioris culpæ pendentis: uenenũ ei in subsidiũ miserandæ calamitatis detulit. Hoc adeo iniquo animo Alexãder ptulit: ut Lysimacũ ferocissimo leoni exponi iusserit: sed cũ in eũ leo impetũ aperto ore pageret: manũ pallio inuolutã in os leonis inseruit auulsaq; lingua feram examinauit: quo facinore Lysimaci animi cõstantia: eundem quoq; honore: ac munerib9 affecit: ac digniore militia honestauit Nam Calisthenes palam Homeri uersum: in Alexãdrũ intorquebat. Et cecidit Patroclus uirtute pstãtior olim. Et pcũctat9 ab Alexãdri ministro adolescẽte quodã: qd nã agẽdo illustris fieri posset: respõdisse memorãt: si illustrissimũ quẽpiã interemeris. Hinc Aristoteles de Calisthene fari solit9 Calisthenẽ/inqens/magnã assecutũ eloquentiã: sed eũ esse mẽtis inopẽ. Et Alexãder in illũ: odi eqdẽ sapientẽ illũ: qui sibi ipi nũq̃ sapit: monitusq; ab Aristotele: ut modeste cũ uiro illo loqueret: q uitæ necisq; potestatẽ/in linguæ acie haberet. Quippe imperiũ in mortales diuina puidẽtia: maiestate: diuinoq; nutu: ac auspicio concessum esse. Nec queat iuste magnoq; interuallo habenas impii moderare: imperareq;: nisi eũ: cui deus opt. max. imperiũ cõdonauerit / pmiseritq;. Proinde poscendũ: exorandũq; deũ ipm esse cẽsebãt: putaueruntq; ut optimos principes/regesq;/qui mortalibus præsint: suo diuino munere eis condonet: ac præstet: præbeatq;.

¶Finis Tertii Libri.

m ORTALIVM OMNIVM NVLLA res
ut censeo difficilior est: q̄ hominib9 probe ac optime im
perare. Nam & si uirtutes omnes suppetant: dei opt.
max. præsidiū peroptandū esse dignoscitur. Quo inclinā
te populoꝝ animi plerunq; labunt. Quippe natura ipsa
mortales nec probos nec iniquos gignit: ad probitatem aptos: tamen
procliues ad improbitatē. Hoc inq̄ ratio ipsa suadet: ingeniū ostendit:
experientia docet. Hinc Aristotelis sententia: Inserit/inquit/ in homi
nibus natura ipsa igniculos quosdam cœlestes: & semina quædā uirtu
tum: quæ si adoleuerint: q̄primū in optimā frugē euadunt: & ut Plato
meminit. Ex his inquā orit̄ recte uiuendi: probeq; agendi ratio: quæ
cunctos improbos: turbidosq; cōprimit affectus: animiq; habitus cor/
roborat: potētias disponit. Hæc inq̄ semita Patritius cōmemorat: ad di
uinam illam/cœlestemq; fœlicitatē euehit: quæ per sese expetenda est:
omnia nobis suppetit/suggeritq;: nulliusq; rei indiget: ad quā cogita/
tiones / actionesq; nostras oēs dirigere oportet. Animi q̄dē cōtinuata
actio secundū uirtutē sūmū hominis bonū esse conspicitur/uideturq;.
Hæc inq̄ est uera fœlicitas: deū ip̄m opt. max. uenerare/cōtemplareq;.
Hoc etiā illud est q̄ diuinū bonū a plerisq; ex priscis philosophis nū/
cupat̄. Actiones enim secundū uirtutē duces mortalibus sunt: & effe/
ctrices diuinæ fœlicitatis. Contrarie autē illos in pniciem meroris: me
stitiæq; amfractū: barathrūq; pcipitant: & a benignitate/ pietateq; ex/
plodūt. Quæ benignitas: ut Platoni placuit: nihil iucundius excogita
ri potuisse/ac iustius. Nō enim dantis arbitrio sed recipiētis beneficiū
expetendi par est: Ne ingratitudo uitioꝝ scelerumq; omniū origo/ca/
putq;: estuantis cupiditatis insanabile ulcus appareat. Hinc Prothago
ras ille sophista: cū docendo & monēdo discipuloꝝ consuluisset inge/
niis: mercedem laboꝝ atq; doctrinæ: tactis de more sacris: illoꝝ estima
ta iudicio cōtentū æquo nō uixisse Plato scriptū reliq̄t. Mortales inq̄
nāq; hominū usui ortus & nat9 est & gloriæ: quę honestissimaꝝ artiū
studiis: uiuendi prudentia: & multiplici cognitione cōparat̄/ac fulget.
Illū uero: ut Martius disseruit: cuius operā gratuitā & promptā secta/
tores expediūt̄. Nō ad similes mortali deo opt. max. cōciliato: ut prisci
fas esse edixere. Nō diis illis: q̄ prisci uana supstitione credidere. Hinc
Palladiū olim e cœlo lapsū: quę fuerat Ili: ut credidit uana supstitio.
Et Dardani manib9 exceptū scutū id fuisse q̄dā scribūt. Romę ancilia

Dion & Diodorus aliter scripsere. Palladiū signū fuisse ligneū & tricubitale: finxereq; e cœlo lapsū in Pessinunte urbe Phrygię: dextra tenēs hastā: leua colū & fusū: & ad eū locū duce boue deuenisse: Dardanū deos rogasse: ut signū pberent: statim decidisse e cęlo Palladiū edixere. Alii scribūt Chrysen Pallantis filiā in Arcadia nupsisse Dardano: & signū Palladis in domū mariti detulisse: una cū signis magnorꝝ deorꝝ: q erāt penates: & hęc trāslata in Samothracē: nec mirꝝ est: nā ibi nat9 est Iuppiter quē pſentissimū deorꝝ priscorꝝ uana supstitio ueneraiut. Nā in oppido cui erat Creta ortus: e cui9 uertice nata fuit Pallas: Stesichorus & Euphorion tradunt. Sublatū Palladiū ab Vlysse: & Diomede: opa Anthenoris: cui9 uxor Theane: Palladis sacerdos obseruabat. Nā ueteres scribūt: oēs urbes fuisse sub tutela Palladis: & eā esse prę cęteris numinib9 urbiū custodē: ita finxere: & ei9 sacerdotē Nautiū comitem æneę cū i latiū nauigaret: eiusq; deinde posteros: qđ uiguit dea ceremoniis pfuisse. Silli9 Italic9: a Diomede datū Aeneę, pinde seruatū fuisse Lauinii: postea translatū Romā & obseruatū in tēplo Vestæ. Postmodū a Cōstantino: una cū aliis ornamētis Cōstātinopolim translatū. Et ut diuus Hieronymus inquit. Constantinū nudasse urbes: ut Cōstantinopolim ornaret: ut in foro Traiano priores præfecere principes: nec illinc constitere ornamenta: sæpius irruentibus barbaris: præsertim Getis: urbemq; illam titulis honoribus nouā Romam habendam censuit: & leges sanxit: illuc deductis multis Romanorꝝ familiis: & liberā fecit: cum antea leges seueri sub iure Chorinthiorꝝ esset. Sed ut censuere Prisci: magis uirtutibus urbes ornandas: q̄ his fictis & caducis ornamentis. Quippe summa utilitas est in animis mortalium uirtutis esse cōmertium: ut Diuus Basilius inquit. Hanc consuetudinem: quorum semel accepta doctrinæ ob animorum teneritudinem perpetuo remanent: Nec/inquiens/Hesiodum putamus hos scripsisse uersus magnopere laudatos: nisi ut iuuentutem ad uirtutem adhortaretꝰ. Ad uitium faciles uicinaq; semita cunctis: Panditur: at uirtutis iter posuere remotū: Cœlicolæ/durūq; prius: se uertice summo: Dū fuerit planū se offert quærentibus illud. Mihi autē his carminibus: nil aliud uates uoluisse: q̄ ad amplectendā uirtutem: mortales excitare: ut ne initio uoluntati confiderent: neu rerum tedio: ac labore a spe patientiaq; deciderent. Quam ob rem siquis alius his similia: ac cōuenientia probis moribus locutus fuerit: omnino recipiendus: ut ego quidem

Basilius inquiens/ex uiro graui:qui maxime poetarum sensus tenebat accepi: Omnis Homeri poesis uirtutis est laus: & eius omnia ad hūc finem referuntur: ut nihil a re aut per uagum sit descriptū. Maxime autem ubi ducem Cephalentiū Vlyssem nudū e naufragio seruatum scripsit. Primū quidē reginā appetentem ueritū esse tanti modestiam: ac nuditatis uerecundiam existimasse: unde loco uestis: uirtutis ornamenta sumpsit: quae Pheacensibus omnibus in tantam uenit dignationem: relictis illi deliciis quib9 magnopere dedidi fuerant: eius imitarentur exemplū & nihil potius optarēt: q̄ esse Vlyssem: quanq̄ nudū e naufragio seruatū. Quo sane exemplo enarrato mētis nihil aliud Homerū intendere uoluisse affirmat: q̄ o uiri curanda nobis ante omnia uirtus est: quae naufragāti presto est: & q̄ natat: & in humo nudū existentē: ut honoratiorem Pheacensibus delicatis: ac foelicibus reddit. Profecto sic res se habet: nam alia quidē omnia: nō magis possidentiū: q̄ quorumlibet sunt: uelut in tallorꝝ ludo huc illuc transposita: uirtus autē sola possessio immortalis: atq̄ immobilis: & uiuenti & morienti permanens. Vnde Solon: mihi uidetur iure illud ad diuites edicere: nos nequaquā cōmutabimus cū uirtute diuitias: q̄ uirtus firma sit: pecuniā uero alius aliter interdū habet. His quoq̄ similia a Theogone dicta feruntur. Deū quēcunq̄ ipse dicat hominibus uarie talentū appendere: interdū quidē eos diuitiis affluere: interdū nihil habere. Hinc Xenophon in Socrate: & magnus Basilius: a sophista quopiā Chio pcepisse cōmemorat: q̄ iuueni quondā Herculi eadē fere aetate: in qua nunc uos estis/differens/secum consulenti: alteram uiarum se conuertere: an deam quae ad uirtutem per labores ducit: uel facilem per uoluptates ingrediretur. Duas ei foeminas: uirtutē ac uoluptatem diuersa specie: apparuisse. Altera quidē forma conspicua: molliore facie: lasciuis oculis: sermone blando: omnia fausta: faciliaq̄ ad uitae solatia tendētia p ociū: pollicendo Herculē ad se trahere conabat. Altera uero: uultu rigido: squallenti: mestoq̄ ore: magnā fiduciā: atq̄ cōstātiā prae se ferens: nihil iucundū: nihil amenū: ostendebat. Sed mille pericula: laboresq̄ immensos: terra mariq̄ subeundos: praemiū tamē horꝝ immortale: ad extremum uero: monentem Herculem: se secuturam: inter deos collocuturā: se recipiebat. Quorꝝ igit̄ sermo aliqd est de uirtute: ac laude: si facta dictis apud eos respondeant: qui autem uerbo tenus sunt philosophati: nec uita sermonem sunt comitati: umbris

ſunt comparandi:& ſimile aliquid pictorib9 præ ſe ferentes exiſtunt: qui hominis pulchritudinē in tabulis imitantes talem effingunt: qualis ille uere reperit̃. Quādoquidē pręclare uirtutē extollere: lōgaq; oratione utēdo:clam uero uoluptatē tēperantiæ pferre:& rem male parta iuſtitia potiorem habere: ſimilem ego dixerim hiſtrionibus qui in ſcæna fabulas agunt: & ut reges & principes ſæpe numero ingrediunt̃: cum neq; reges neq; principes exiſtant: & muſicus quidem: ut populo canat: lyram diſcordem atq; abſurdam nequaquam ſummat chorus. Item ſi alterum ex æquo reſpondentē nō habeat chorū: inter ſe facile diſcordabunt. Sic qui uerbis uitā geſſerit imparē: & linguæ mentem nō æquabit:illud Euripidis edicat. Cupio bonus uideri magis q̄ eſſe. Qđ ſi Platoni credim9 uitiū eſt animi pniciosiſſimū: eos itaq; qui præcepta tradūt:& de uirtute diſſerūt:ſi corruptis morib9 uitā degūt. Siquidē uirtus ipſa in magiſtratib9: & qui reip. pręſunt pneceſſaria: & ſi multa eueniāt quę electioni:rationiq; obuiare uideant̃: uel resp. his deligendis ea pręſtare pōt & expoſcere:quæ in ea ſunt:alienę enim quis polliceri poſſit. Multa de Gnei Pompei fœlicitate Cicero pollicebatur: quaſi illius fortunā in conſilio haberet: at ita id aſſequebatur exemplis bellorum: quæ ante geſſerat: in quibus proſperos ſemp habuerat euentus. Verūenimuero quis ignorat fortunam lubricam uolubilem/mutabilemq; eſſe: quæ quidem humanam uitam: nunc ſecundis nunc aduerſis rebus permiſcet: adeo ut nullam magnā fœlicitatē: miſeriæ calamitatisq; expetere euenire queat/permittatq;. Quin etiam beatiſſimus quiſq; uerſa:ut dicitur: fortunæ rota: ante ſolis occaſum miſerrimus fieri poteſt. Caius Cotta orator Sulpitii equalis: ante diē decreti triūphi diem obiit:ex uulneris cicatrice:qđ plurib9 annis ante in prælio pro rep. acceperat. Sic Marcus Marcellus: de quo Cicero illam pulcherrimā ad Cæſarem habuit orationem: reditu q; recepto impetratoq;: ſed aduerſante fortuna quæ raro admodū ſtabilis eſſe ſolet. Marcellus ipſe reſtitutiōis munere neutiq; uti frui ualuit. Nefarię ſiq; dē p ſcelus a Gneo Chylone ſuo ſiquidē cliente neci tradit9:quo nihil nefarius:aut nefandū excogitari poteſt. Prudenter ſiquidē priſci pictores ut inſtabilitatē fortunæ oſtenderent: eā in pila cōſidentē: ſedētēq; pingebāt: nō deam aliquā:quæ nuſq̄ eſt: ſed mutationes conditionis humanæ:& uarios rerū euentus cernētes. Sic ſiqdē Glyceriū Baſiliſco Cæſare Genſericū redeuntē in Italiā prælio uicerat Rauēnæ exercit9.

Glycerium impatorem salutat:& a nepote sic edat illi nomẽ sororis fi-
lio:regno pellit. Interea Basyliscus Zenonis:q̄ui postea impauit: ge-
ner:ingenti gloria uictor magni nominis fuit. Nepos ab Horeste pul-
sus Salonis nomẽ uillæ in agro Romano cæsus est. Horestẽ Oduacer
Gottoꝝ rex supauit:& Placentiã misit:iussit enim interfici & Horestis
filiũ:Augustulũ iam Romæ impantẽ exilio dãnauit: exulauit in Lu-
cullanã Campaniæ. Scribunt alii hunc ne caperetur a Gottis sponte
imperiũ reliquisse:& in eo augustoꝝ cognomen cõmemorat̃ defecisse:
Et si Iustinianus postea iura iudicauit neminem purpura & diadema
te insignitum his: & alii qui secuti sunt principes occidenti præfece-
runt. Gotti ab Augustulo a Iustiniano regnum tenuere: mirare inq̄:
ne quod integrum maneret: defecit nomen Augustorum. In uno cõ
sule Basilio: cum Consules antea duo fuissent: quo scilicet uetustas
illa: prauaq; superstitio forte portendit urbis exitium: exclamantes.
Hæc sunt Tite Arunti: quæ tu ante aliquot sæcula prædixisti: ex
Romuli uulturibus utrum confusus fuisset numerus nequis tutelam
incendio iactaturam peroraret: delirantes/fabulantesq; quod Mathe
seos peritus homo inuenerit rem sacerdotum uitio turbatam: nec cla-
uem in pariete Mineruę tam liquido constitere. Nec annales sub titu
lo Consulũ tenere numerũ ualuere. Hæc equidẽ/ut reor/ figmenta ac
deliramẽta omnino execrãda censeo: cũ a deo opt. max. omnia deducã
tur. Ipse omniũ parens:architectusq; uerus:nec a brutis ip̄is mortaliũ
orbisq; imperiũ regi/gubernariq; queũt. Siqdẽ nihil esse in eo qui im
perat:a uera religione discedere:& auaritiæ incũbere detestabili9 reip.
imperiaq; regenti:fœdũ crimen est:& parens omniũ maloꝝ. Hinc ra-
pinæ: hinc cedes: hinc dominandi cupiditas ortũ habuere. Hinc illa
Maumeti obsecratio: dei optimi maximi immemor: ueræ relligionis
proditor:auaritiæ ambitione: lusui impudicitiæ obrutus: omniũ faci-
noꝝ fomes:qui obscuris genitũ in Arabia parentibus: captũq; a Sce-
nitiis Numidiaꝝ more uiuit:& mox uenditũ abdimoplebs Hismahe
litici generis emit eum:locuplex mercator:qui nõ ut seruũ: sed liberũ
loco educauit: forma puerũ conciliabat: cũ adoleuisset: mercimoniis
præposuit: qui dexteritate ingenii cum ualeret: commertio usus Chri
stianorum: Iudeorumq; & alioꝝ: & lucro augendo diligens: primũ
domino gratus: inde in notitiam plurimorum deuenit. Erat tum in
Arabia: Sergi9 monachus: eo enĩ e Bizãtio fugerat: scelestę opinionis

metuens: inq; domũ Abdimoneplis cõsuetudine diuertebat: Maumeti plurimũ fauens: nactusq; iuuenis facilitatẽ: atq; promptitudinẽ: in diuersa haud difficulter deduxit. Interea her9 morit sine liberis: uxor uidua: dũ uirũ quæreret: & esset quinquagenaria: domiq; haberet ualidum annis iuuenem: domesticis nuptiis usa tradit. Sergio uti ego existimo psuadente: iuuenis magicæ uanitatis nõ inexps: potens pollẽsq; carmine: intra paucos dies muliebri menti mirũ de se studiũ immiscuit: adeo ut illa nimio ardore deperiret. Corripiebat Maumet comitiali morbo: qđ ubi uxor animaduertit: egre ferẽs rogauit: quid nã rei esset. Tũ ille monitis Sergii: desine mirari inquit: morbus abest: sed cõspectum cœlestis nuncii: ad me dei iussu uenientis ferre cũ nequeã: mẽs & mẽbra obstupescũt. Ideq; cõtingere omnib9 prophetis enarrabat. Se quoq; uatem a deo demissum dictitãs. Vana spe elusa fœmina fidẽ præstitit: & quẽ modo amabat: obseruare simul & colere cepit. In ea psuasione cũ diẽ obiisset: heredem uirũ toto: ut aiunt: asse scripsit. His opibus fretus: palam de se loquebat: plurimi assentiebant. mulieres præsertim: inter quas antea gloriabũda uxor: nomẽ laudesq; mariti: & cœlestiũ cõgressus disseminauerat: siqui uero repugnarent: cogebãt armis: breuiq; sermone & metu exercitum satis amplũ coegit: incuria negligentiaq; Augusti Cæsaris: animos præbuit: qui exiguis copiis: primos illos conatus perfringere potuisset. Neglectus ignis paulatim augscens: cum fomes suppetit absumit omnia: desidiaq; nostrorum: perniciosa tabes creuit: cui fomentum medicæ manus adhibere nequeunt. Arabes primo defecere: proximæ deinde regiones: ipsaq; inuaditur Syria: in qua ferax Damascus: ui expugnata uiuẽtis Phylarchii & templũ & diuinos honores princeps inspexit: proinde cum Persis pugnasse fertur: copiarũq; partem amisisse: rediisseq; ad suos Arabas/copiasq; suppleuisse. Scenetis manu tum bello ualidissima: & reb9 gestis clara: quæ indignata abnegata stipendia fraude questorũ: & Romani ducis tenacitatẽ: Maumeto adhesit: & tũc defecisse prouincias: pleriq; scripsere. Proinde Maumet: cũ plerisq; assectarũ cohortibus: Syriam inuasisse. Ab Heraclio tunc Cæsare regiones ad incolendũ aut impetrasse: & ingentem illum numerum: cum alimenta deessent: direptionibus agrorũ: uillarumq; & urbiũ quesiuisse adiiciunt. Post rapinas reuersum ad antiquas sedes/legesq; prębuisse: legislatorẽ se esse docuit. Tandẽ ortũ ãnos quadraginta: ueneno interiisse:

ꝙ affines regni cupiditate pellecti: ipsiusꝗ uana/superstitiosaꝗ relli gione cõmoti: ea peregisse. Eo sublato Ismaelitica gens: ꝙ a duce tam impio: scelesto/uafro/sacrilegoꝗ didicerat: ferre palam deterrita nõ est: tota fere: quæ antea ceperat cessit Africa: sed oræ mediterranei maris longe serius. Demũ desidia Romanoꝝ principũ eo improba: scelestis: impiaꝗ supstitio creuit: ut magnitudine ei9 atꝗ armis pterrit9 oriẽs: & nõ exigua pars Europę: nõ sine clade & Christianę relligiõis nota ac ig nominia: & pernitioso incõmodo/detrimentoꝗ desciuerit. Siquidẽ cõ spiciendũ tñ est in culpæ nostræ crimen: in fortunæ instabilitatẽ reiici amus. Fieri enim solet ut errata nostra deluentes: casibus assignemus: ut mali præsidentes sæpe pagere consueuerunt. Nõ pugnans/ut apud Pharsaliam Pompeus: at maledicebant æmuli: & oblatrantes ei: quem Agamennonem uocitabãt. At qui tutius ei fuisset male audire: q̃ per pere pugnare. Non ei cũ Armeniis aut Ponticis res agenda fuerat: sed cũ Iulio Cæsare: qui trecenties in Celtas uictor certauerat. Nationes quatrecentas bello subegerat: adeo Romano populo formidandas: ut in antiqua lege: de senũ ac sacerdotũ immunitate scriptum fuerit: nisi Celticũ instaret bellũ: quo quidã imminente omnes immunes adesse. Sic etiã Pompeius a Cæsare minori manu deuictus: adagiũ illud edo cuit. gnaram assuetamꝗ paucitatem: longe plurimũ insuetam: igna ramꝗ multitudinem præcellere. Quid inq̃ edicebant prisci: fortunæ hoc ludibriũ extitisse: an temerarii/ambitiosiꝗ: ac uesani animi consi liũ. Hinc Cicero ad Atticum de rep. inquiens/Valde timeo nec adhuc fere inueni qui nõ conscendendũ putat: & Cæsari: quod postularet po tius q̃ pugnandũ. At qui si ferro omnino decernere statuerat/cautior/ diligentiorꝗ esse debuerat. Siquidẽ Gneus noster: o rem miseram: ut totus iacet: nõ animus ei est: nõ cõsiliũ: nõ diligẽtia. Quippe cũ tãta sit humanaꝝ reꝝ incõstãtia: q̃ obnoxii sortis: & qb9 bonoꝝ omniũ: ut Am mianus/Silliusꝗ autores: Sabellicusꝗ: in qbus bonoꝝ omniũ sũma sita est uulgi opinione: cũ reliqua uita: suæ sibi fragilitatis conscia ostẽ dat. Eũ multo planius id pagunt infœlices imperii euentus: exitusꝗ: hac excisa funditus regna. Nempe quæ fœlicibus auspiciis peracta: perennis aucta euentib9 ad summæ maiestatis soliũ: & innixo labore Cræta militia instituta: probis moribus firmata cõsenuere tandẽ inte riereꝗ. Siquidẽ Plato ipse: nihil in terris esse credidit: nihil in mortali bus: quo ipsas colũt terras qđ deo opt. max. magis curæ esset: ꝓpiusꝗ

respiceret explosaq; fortuna: q eam remp. quę moribus esset & optimis legibus instituta: & uerae Christianae relligionis imbuta. Siquidem cũ naturae ratio edoceat omnẽ multitudinem ab uno incipere. Agit enim in omnibus natura: quod optimũ perfectumq; sit: secundũ singulorũ speciem. Sed unitas ipsa: ut prisci edixere ex ea fieri. Musaeus ipse: Pythagorasq; añ Homerũ ipm factitauere: proinde nõ multiplex magistratus: sed omnes sub uno subesse edicebant: ut in orbe omniũ deus omnia regit: in animi partibus mens: mẽbrorũ multitudinem cerebrũ: aut cor. Quãdoquidem omnis naturalis administratio ab uno manat Sic praesentaneũ esse cernitur ut non fortunae: aut plurimorũ/uanaeq; multitudini reip. regimen decernatur: ut peripateticis ac academicis placuit. Quippe resp. ipsae quae nõ ab uno reguntur: seditionibus intestinoq; odio: ut plerũq; laborant. Aliae concordes esse: ut quae iuste: legitime: imperanti aequo animo pareant: ultroq; obsequanť sine emulatione aut obtrectatione aliqua: quib9 rebus aut corruũt: pennesq; sũt: fruũturq; affatim pernecessariis. Quippe nulla alia ratione magis excludunt: faciliusq; euadunt: nam si res omnis ad unius arbitriũ redigitur. Romani inquã dictatorẽ in periculis maximis deligebant: Marco Varroni placuit: eius imperio permittebanť. Ab Albanis: ut Licinius Romanus historicus disseruit: originẽ sumpsisse edixit: qui post Amulii Numitoris mortem deficiente regia sobole: annuos dictatores designabant: qui regiam ipsam maiestatem continerent. Hinc Theophrastus disseruit: Graecas urbes: ad modicũ temporis huiuscemodi magistratus instituisse: quos Asymanetes nũcupabãt. Sic eligere Mytilenii: aliquando Pythacũ: ut exules exploderet: qui cũ Alcęo erãt: Halicarnasseo autore. Siquidem prisci cũ percenserent in unius principatum: maiestatem ipãm illustrari: liberamq; sententiam nõ ambiguo iudicio. Hinc Romani Latino bello: Aulus Posthumius: ad Regillũ lacum dictator emicuit. Sic Cincinnates ex aratro equos subegit dictator peractus: ad optatũ agellũ rediit: hostibus iugo missis. Et Fidenates uictores Marco Aemilio dictatore uicti sunt: & Fidenae captae. Camillus Furius dictator: primũ obsessos per annos decem Vegios cepit: & rursus cũ Galli Senones fusis Romanis ad Alliam fluuiũ: urbẽ coepissent totã: praeter Capitoliũ: & coacti fame Romani mille auri pondo expendissent: dictator ipse quãuis exul: Gallos/Celtasq; ab urbe expulit: & patriae libertatem uendicauit. Sic Fabius Maximus dictator

Hannibalis Carthaginensiũq; uires cunctando attriuit:& rem Romanam restituit. Graminea corona:tãq̃ uniuerso exercitu seruato:suo seruatori nõ tantũ ab urbe Roma:sed omni Italia condonata extitit. Sic inq̃ postq̃ ad Pompei Cæsarisq; deditionem uentũ est: cũ plures optimi ciues:aut publicam luem:intestinãq; reip. curari quiret: nisi delato imperio ad unius arbitriũ. Hinc Cicero ad Atticum: usq; eo sum eneruatus: ut hoc ocio quo nunc tabescimus malim a tyranno gubernari q̃ cum optima spe dimicare. Illos uero inter se: non de rep. sed de tyrannidę certare. Et alibi idem: Cum Cæsare habenda est lege ratio: ne pugna/ inquis/ potius q̃ seruias: ut quis si uictus eris proscribare. Si uiceris tamen seruies:utilitas redigenda rei ad unius arbitriũ apparuit Cæsare rerum potito: Patritio autore. Nam & seditiones intestinas complexus pacem nõ modo urbi:uerum Italiæ: & uniuerso terrarum orbi præbuit: instaurantesq; bella cohercuit: leges iudicia instituit: iacentem populum Romanũ erexit ciuitatẽ:Italiam corroborauit:reip. pepercit:hostibus indulsit:exules proscriptos restituit. Quippe diuinũ nõ fatidicum:ut Phryges edixere: de fine ciuiliũ discordiarum differentes: rege in seditionib9 opus esse. Sic Cordius prudẽs: tñ sorte ortus:& q: conductitiis bobus araret: dei opt. max. iussu rex creatus/pietate/uirtute/eloquentia/dissentiones/dissidia/discordiaq; compescuit. Magna tum æquitate:iustitia tum: modo ratione diutius imperauit:tẽploq; suspẽdit:ex quo Phrygię fata pendere fabulabãtᵉ. Abscissaq; ab Alexãdro:nã Gordii successores fuere:Mida regũ omniũ opulẽtissim9:& longa serie regnauere: ad Alexãdri quos exegit tẽpora. Siqdẽ hoc loco exequẽdũ esset:quã ob causam fortuna odit qdẽ ac deprimit:quẽ merito populus amat:cõtra uero:diligit atq; extollit sępius quẽ iure quodã populus odit. An forte: quia fortuna nõ solum rationi opposita est:ut inquit academicus Hetruscus ex Platonis sentẽtia:Seueriniq;. Quippe populus ipse infortunio ut plurimũ est miser: forte etiã est ambitiosa:atq; nõ ut uirtute hominũ quę gratia:sed ipi soli maximũ qduis facinus asscribatᵉ:quã mortales ipi q̃plurimi iure depressi perhibent miris modis extollit: quẽ uero sublimem deprimit in imũ. Quid cæca sit:ut aiunt:æmulaue naturæ. Quippe ipsa natura instituit ut homo uiuas bruto exuto: percipis inquam:anteq̃ intelligas: siqua sit fortuna Etruscus Platonicus disseruit: siquem magnũ affectet hominem:id pagit:gentem/inquiens/belluam agit: uenenoso fastidioso

turgidam. Hinc & ingenio & uultu tyrannus oriat̃ priusq̃ tyrannide potiat̃: hi/differens pręter dignitatẽ in maiestate cõstituti: id agũt: ut honores/dignitatesq; ipsæ nõ sunt dignæ probis hominib9: suisq; moribus improbis: plerũq; id mortalibus imprimũt: plerũq; ut neq; diuina prouidentia mũdus ipse orbisq; neq; humana prudentia genus humanũ agi: sed casu credat̃: ꝙ ullus prudentia diuina imbutus: rectaq; ratione admisit/comprobauitq;. Verũenimuero diuina prouidẽtia ipsa nõ nunq̃ plerosq; contra omnẽ fortunæ faustũ: fastigiũq; e summo ad imũ deiicit. Aliquos uero impioꝝ fortunæ impetu in excelsum euehit Siquos autẽ uel superbos inflatosq; stare diu: uel humanos ad tẽpus cadere sinit. Siquidẽ suo permissu: ut & illi tam deiecta miseraq; mẽte sint: q̃ alta sorte: & isti tam excelsa mente q̃ humili & abiecta fortuna. Malis quidẽ bona fortuna fit mala: probis autẽ impia: improbaq; fortuna: proba bonaq; exorit̃: eisq; condonat̃. Equidẽ Platonicus ille differens: Si mihi optio illa præberet̃: Hercules esse mallem: q̃ Sardanapalus: ꝙ alter monstra præmebat: tot alter monstris opprimebatur. alter supatis feris Heroas euasit: alter uero e monstris supegressis: bruto deterior atq; miserior pmansit. Siquidẽ: ubi sapientiæ plurimũ: minima opus est forte: ut iam exarauimus: ubi minimũ sapientię sors plurima dominat̃: & si interdũ fortuna sapientiæ iungit̃: nõ tamẽ simul utraq; regnat: aut nullo pacto sors rationi cõiungit̃: totis assistit uirib9 ne proba usq; ratio regnat. Vtpote quæ illa regnante sit & gloriam & imperiũ amissura. Sæpe inq̃ sors dotat plurimũ: quẽ parũ natura uirtute exornauit. Quippe ut ad id: a quo transgressus fuerã reuertar. Cæsar a plerisq; clarissimis uiris qui contra eũ arma detulerãt beneficiis: nõ tantũ uenia: eos exornauit. Hic Brutus ille in Pharsalico bello: cũ hoc conspiceretur magna solertia eũ exquiri iussit: & cũ: Suetonio autore: uulneribus a Bruto conficeret̃ Cæsar: cũ complicibus: quid agis: inquit/fili? rursus inquiens: me seruasse ut essent: qui me perderent. Siquidẽ tantæ clementiæ: prudentiæq; extiterat: Antonio autore differente: Nationes/inquiens/reges/potentatus: & quæcũq; ab oriente ad occidentem sunt: Cæsar nobis uirtute ac sapientia subegit: & legibus/benignitate/clementiaq; firmauit. Proinde uiuo Cæsare: populus ipse Romanus: tẽplũ cõmune cũ dea clementiæ: ut uana illa supstitio crediderat erexit: & plebem ei solidam colũnã in foro uiginti pedũ Numidici lapidis posuisse: inscriptam: Patri patriæ. Inhibiq; Suetonio au

tore: interposito iureiurando: per Cæsarem lites intermisse: & uotā suscepisse sacrificasseq; Romanū populū. Siquidē tātæ maiestatis erat: cuius etiā nomē Parthoꝝ & Indoꝝ reges somnū capere nō sinebat: & ut Plutarchus scriptum reliquit: ex Bruti sententia bonus/ inquiens/ profecto uir erat Cæsar: sed progenitores nostri mites etiam dominos nō tulerunt. Ad quē Cæsar: nō tam sua q̄ reip. interesse: ut saluus esset. Sed iam pridē potentiæ habunde: ac gloriæ satis esse adeptū. Remp. uero siquid acciderit neq; pacatam neq; quietam fore: & aliquādo ciuilia bella deteriorem conditionem subiturā. Sed cū iam ciuiliū belloꝝ pertesum esset: res ad unius imperiū: quasi annuēte deo: inclināte deo: inclinabant. Qui Bruto omnia recta consilia: omnemq; lætam fortunā ut autumant afferebant. Vnde ad Atticum scribens: optimo in statu mentem se locatam habere: aut enim Victor Romanam remp. liberabo: aut moriens e seruitute euadam. Hinc illud Aeschili poetæ: occasiones maloꝝ diuinitus dari his hominibus: quos deus propter eorū delicta punire uoluerit. Siquidem priscis seculis magni uiri fuere præpotentesue: humani quidem: sed quasi diuini: sed phœnicibus rariores: quos nō fortuna peregit magnos illustresq;: sed diuina illa prouidentia. Hi inquam certo iuditio discernuntur: ut Stoicus ille disseruit. Christianæ tamen diuinæq; relligionis: tales enim sunt: inquiens: ut prosperitatis suæ sorti quidam tribuant nihil: humanæ quoq; uirtuti minimū. Quidam uirtuti autem diuinæ q̄plurimū: tantūq; uultu erga omnes sint humani: quantum super omnes mente diuini. sed ubi est elatio ualitudo siquidem desit. Nempe nemo inflatus nisi insanus: furore oppressus prophanus ferinusq;. Nemo humanitate præditus nisi quasi diuinus. Tali munere illustrati non queunt fortunam eis ducem: cæca enim est: sæpe etiā casu corruit: nō gaudet fortuna promissis. Siqdē infida est: uel suis: quos præter dignitatē ad summū maiestatis culmen euexit. Quippe inter summū & imū: reciproco gaudet ludo: ac uicibus delectatur alternis. Nō formidat fortuna minas: futilis nāq; est: neq; magis in nobis quicq̄ ualet: quam nos ipsi malumus: quādoquidē ut Satyricus irridet: Te facimus fortuna deam: cœloq; locamus. Nemo miserior illo: qui ueram fœlicitatem collocat in fortuna. Nemo fœlicior q̄ qui fortuitam prosperitatē: re uera fœlicem esse nō iudicat: qui uel ridiculū fortunæ flatū una cū Democrito irridet: uel flebilem eiusdem risum cum Heraclito deflet. Prudens

quidem ab Hypocrate censetur: qui puerilem cum fortunæ ludum: cum Socrate calcat. Sapiens & quasi diuinus: a diuino numine nuncupatur. Deniq; qui cum Aenæa in rebus durat aduersis: solus cum eo ipse seruat secundis: serenos post pluuiam suscipit dies: ac tandem optata potit Italia. Igitur mi Aenæa/inquiens/Tu ne cede malis: sed contra audentior ito: Quicquid erit superanda omnis fortuna ferendo est: tot enim aliquando bonis gaudebis in portu tutus: quot æquoreas marisq; superasti procellas: fluctusq; euasisti. Vt resp. claruit Romana cum Octauius Cæsar rerum potitus extitit: nam post uarias/multiplicesq; Octauii & reip. calamitates: unius principis imperio ciuiles dissensiones sedatæ fuere: & ita passim omnia quieuere: ut post aduersam maris erũnam residentibus undiq; uentis: & placido surgente sole: fluctus omnes decidunt. Hinc illa Mundatii Planci sententia. Augustus appellatus est: q augurio ac fœlicitate populi Romani consecratus: uel ut Tranquillo placuit: ab auctu uel auiũ gestu gustuue. Imperium namq; auxit: & urbem pro maiestate tanti imperii excoluit: adeo ut non iniuria gloriaretur: se marmoream relinquere: quam lateritiam accepisset. Vnde Strabo. Nusq̃ tanta pacis facultas: tantaq; bonorum omnium copia Romanis: ac sociis affluxit: quantam suppeditauit Augustus Cæsar: postq̃ imperii moderauit habenas. Siquidem non recte multorum imperio res ipsa publica gubernari: nisi eis summus præsit: qui ueluti gubernator nauim reflantibus/colluctantibusq; uentis: in portum salutis impellet. Hinc Lacedœmonii assecuti fuere: ut principes Græciæ haberentur: & Herculi similes appellarentur. Quippe uti Heros ille leonis pelle amictus & claua armatus: iniquos: immanesq; omnes ac impios coercebat. Sic illi scutica & pallio uolenti Græciæ imperabant: non ui aut armis sed unico Legato immisso: cui mox omnes obtemperabant/parebãtq; ultro. Nempe enim apud singulas quasq; nationes eorum dignitas: ac maiestas habebatur: & usq; adeo auctoritate/iustitia/ optimis institutis: mirificaq; æquitate pollebant. Sane aliæ prouinciæ / gentesq; ab eis: non ornatam classem: non instructum militem: non aurum: sed unus Spartiatum: Laconicumq; ducem: cui exposcebant. Quo accepto se tutos: atq; hostium uictores fore arbitrabantur. Vti Siculi Ghylippum petiere Chalcydenses: Placidam: Asiatici: Lysandrum Calicratidam & Agesilaum: Xantippum Carthaginenses: quo impe

rante: cum plurimis prœliis semper uicti extitissent: exercitum Romanorum: cui Attilius Regulus: præerat profligarunt: & cum deinde inuidia percincti Xantippum ingrate ac perfide dimisissent: deo ulto re omniũ scelerum: pœnas uicti dedere: planeq; didicere: amoto duce: fortunam uiresq; exercitus cõmutari. Neq; enim a re Homerus ille disseruit: tutiorem ceruorum exercitum esse: duce leone: q̃ leonũ ceruo duce. Sic Cretenses: nam in ea insula plures insignes urbes erãt societatem inter se seruabant: communi iure consilioq; regebantur. Horum præstantissima Gnosos erat: quam Minois regiam Homerus appellat: reliquæ Cortina/Sidonia/Lypton: his Rhadamantus: iustitia & æquitate pęclarus leges tradidit: Iouisq; iussu se afferre cõmentus est: ut duriores homines: ad ciuilem uitam facilius redigerentur. Et ut Homerus tradidit: eundem nouem annis regnasse. Rursus ex antri aditis: penetralibusq; etiam Iouis mandata deferre effinxit. Quippe Platone autore: unus rex præerat ut qui dignosceret legum latores illi prudentissimi turbida essent multitudinis in rebus dubiis consilia nisi ab uno aliquo ueluti gubernatore in aduersis tempestatibus regeretur. Nam secundo enim uento: remiges ipsi facile cursum puppis sine magistro dirigunt. Siquidem huiuscemodi reges: qui mixtam cum populo potestatem: ac pene cõmunem habebant: cuncta peragenda ad Senatum populumq; referebant: & quæ respuenda: quæue eligenda: quæ potiora essent. Hinc Homerus: Sæpe enim Agamemnon belli princeps consulit: quid facto opus sit: & inter plures fit cõsultatio: nihil tamen arduũ peragebat: nisi Nestore consulto. Vnde Aristoteles quoq; eligibile: consultabile/affectabileq; esse asserit: & cõsultam electionem affectationem esse diffiniuit. Itaq; iustum imperiũ unius esse magis præclarum: uniusq; esse regnum: & probum regem iuste imperare. Quandoquidem plurimũ perspiciat oportet: qui unus prospicit omnibus: plurimũ sapiat necesse est: qui solus consulit uniuersis: Nam ꝙ deus ipse summus: quos sol in hoc orbe: ꝙ oculus in mortali corpore: hoc decet esse regem: eiusq; præsides in rep. peragenda. Hinc illi prisci prudentia/ sapientiaq; præditi: quibus mos erat: Hyerocliphis: uti rerum enigmatis: uiuendi rationem adumbrantes Regis imaginem: ut qui de rege req; publica scripsere/asserũt: ad hãc speciem/formamq; ostenderunt: ut oculum effingerẽt addito sceptro: uitæ rectitudinẽ: & animũ nullis rationibus ab honesto/probo/iustoq;

deflectendũ. Cum prudentia/solertia/uigilantia/ honestate summa cõnexum ostendentes. Pleriq; uero sceptrum regium: alia in specie/ formaq; deducebant. Siquidem in summo aderat Ciconia pietatis symbolum: in imo Hyppopotamus: animal efferum & noxiũ. Id equidem indicantia: ut si quæ in rege ipso affectus afferri sæuiant quo genus: ira: capiditas: rapacitas: uiolentia: ut eos motus pietas in patriam uincat/præmatq;: ad insolentiam fortunæ licentia/rerumq; successus inuitat. Sed ingens supemineat: præualeatq; reip. dilectio/patriæq; amor. Hinc apud Thebanos: inter eoꝝ sacras imagines: futiles tamẽ & supstitione repletas esse uisebãt: ut Plutarchus autor est: quæ sine manibus consiserẽt: primaꝝ etiã carẽte oculis: q sedent admonet: ad magistratus & iudices: animo sedato esse oportere: nec ullis affectibus perturbata: & quod absq; manibus sint: inducere, asserebant ab omni munerũ corruptela puros & integros esse debere. Sane q res ipsa etiam manibus careret: ostendebat/adeo ipm nõ abduci muneribꝰ ab honesto: unde quispiam lædatur: q tamen auribus rem ipsam percipiat: & quid sancti pensiq; ac iusti sit pagũt. Quid/inquiẽtes/in his quibus ornatur insignibus philosophari discat: quid inq̃ ostendũt illę regiæ unctiones: nisi summã animi clementiam? quid insignia regia: imperiiq; trophæa: nisi ut Aegyptii dixere Dario Persaꝝ regi: maiorũ suorum decora uel æquet uel superet? Quid inquam gladii / ensesq; prælati: nisi eoꝝ auspicio / præsidioq;: rem ipsam publicam: tutam esse: patriamq; ab hostibus: & a facinorosis: esse oportere? Quid inquam / purpureus ille fulgens nitor: nisi erga remp. ingentissimam dilectionem? Quid inquam/gemmarum multiplicem nitentiũ splendorem: nisi uirtutum excellentiam? & quo quid pudicũ/castũ/iustũ honestumue: in Rege illustrium esse deceat? Quid collo additus torques: nisi uirtutũ omniũ cõcentũ & harmoniam? Quid inq̃/ Persicus ille thyares: regumq; diadema: nisi muneribus omnibus absolutam prudentiam: fulgentemq; sapientiam? Siquidem potissimũ optimi imperantis est munus: q̃ proba uelle: proximũ qua ratione euitari: tolli mala queant: contra, bona parari: augeri: confirmariq; possint: perspicere. Nempe in eo: qui priuatã uitã ducit satis: ut cẽsebãt prisci: recta mens: cũ & moribꝰ: probisq; institutis admoneat: & pręsidentes pręscribant: quid sit pagendũ. At in principe: & qui reip. præest: haud prodest solida mente præditũ esse: ut malit optima: nisi accesserit pru

dentia ipsa: quæ ostendat: id quod exoptat: quo itinere assequi queat:
Hinc Isocrates disseruit, inprimis, inquiens/ipse te met ipsum in con/
silium adhibeto. Siquidem absurdum existiment deteriores impera/
re præstantioribus: & stultiores præire prudentioribus. Nam quo
uehementius cæterorum amentiam contempserint: hoc diligentius-
suam excolant mentem. Ergo hinc quidem incipiant oportet: qui mu
nus aliquod cũ laude gesturi sint. Super hæc autẽ & ciuium: & reip.
dilectores oportet esse reges. Quippe ita recte moderabũt: si nec sinent
ut quis alteri iniuriam faciant: nec patientur iniuria affici quempiam.
Verũenimuero id peragant: ut optimis quidem honores tribuantur:
dignitatesq; & præmia: cæteri uero nulla in re per iniuriam lædant.
Nam hæc, ut Dion, Isocratesq; asseruere: maxima summaq; reip. ad/
ministrandæ sunt elementa: Siqua instituta/ moresue / ritus ac leges
reip. parum recte ac rite constitutæ: aut q; ni pernicem cędant: cun/
cta ea equidem abroganda/abolendaq; ab optimo principe sunt: atq;
excogitat summa prudentia alias promulgare leges q̃optimas: q; si mi
nus queant: has quæ probe apud alios: pie instituta sunt: imitandæq;
erunt: & undiq; conquirendæ. Vt Romani ab Atheniensibus con/
quisiuere: a Cretensibus Athenienses ipsi: a Spartanis multi effecere:
& quæ iuste/pie/persancte quærunt a reip. ac cõmode frugesq; decer/
nentur / conseruenturq;. Proinde & controuersias / litesq; q̃ paucissi/
mas pareant: & exortas q̃ ocyssime finiant. Quandoquidem res om/
nes calleant oportet: optime instituta condita reip. lucro sit. Quippe
in controuersiis ciuium inter se dissidentium: officium magistratus
est: nec ad gratiam cuiuspiam: nec secum pugnantes promulgant
sententias. Siquidem ita peragere/regereq; imperium decet: ut facile
gesti queant reddere rationem: quam si nemo exacturus est: hoc ma/
gis etiam semetipsis rationem exigant pęnes quos nihil profuerit eis
reip. præfuisse: nisi q; tanto rigidiorem habituri erant iudicem. Quã
to maior eorum maiestas extitit: ut unius sit totius orbis dominus de
us ipse summus architectus/rectorq;. Hunc illum inquam nec falle/
re queunt: nec effugere: nec terrere: nec corrũpere. Hinc Crœsus ille
Lydorum rex: cum conspiceret urbe capta Cyri milites magno tumul
tu uagãtes: rogaretq; qd nã pagerent? eiq; respondere: in eos agere qd
uictor exercitus assolet: bona diripere: captiuos ducere: urbem incen
dio cõsumere: uirgines: omniaq; alia urbis exportare. At Crœsus/quin

inquit/auribus percipio: o Cyre rex an nõ hæc omnia iã tua sunt belli iure: qui me uicisti: cur igit̃ isti tua populant̃? hac uoce monitus Cyrus: militem a direptione: incendioq; cohercuit. Eandem inquit/decebit regis animo aduersari. Hæc/inq̃/quæ extorquentur mea sunt: hi qui spoliantur & atteruntur mei sunt: quicquid in os perperã pegero: in me ipm conferam. Verũenimuero: qui reip. præsunt: nihil per iracundiam ab eis peragendũ: ut Architas ille Tarentinus: Platoq; disseruere. Isocrati placuit & Dioni: Id/inquã/agant: quotiens tempus ex postulabit. Hacten9 seueri appareãt eo℞ quę fiũt: mites aũt ut pœnas irrogent cõmissis minorẽ. Ita præsidentes reip. maiestatẽ: dignitatem estendere studeant: nõ sæuitia & atrocitate puniendos: ut omnes hoc ingenio peragentes superentur. Rectius q̃ ipsi ualeant saluti consulere suæ. Id putent/estimentq;. Quandoquidẽ cœlestis ille hominũ parẽs: cõstituit hominũ domiciliũ fore æthereũ cœlũ. Idcirco tum tellurem hanc incolimus regionem; a cœlesti illa patria remotissimam: alacres aliquando esse non quimus: Sors inquam huiusmodi: ut inquit Academicus; nõ tantum mortalibus ipis est cõmunis & coæqua: ut nusq̃ pręterq̃: in ꝓpria origine qetẽ degãt: atq; placidi ratione conent̃: illinc finẽ ponere: unde originẽ sumpsere. Sic aqua: terraq; ad ima descẽdũt: alta petit ignis & aer. Sic talpę atq; similia terrę aluo se occulũt: cętera q̃ plurima calcãt terræ dorsum. Pisces aqua nati: aquã natant: hominũ uero animi: ut Platonic9 disseruit: Academiciq; quodã naturali instinctu cõtinuo cœlũ appetũt: atq; ulterius cœlestis regni regẽ ac principẽ unde exordiũ ducunt. Siquidẽ cũ dei illa sũma dilectio; ab ipo sũmo principe deo: naturali magnaq; ratione mortalibus infusa in animis esse debeat: ne sũma illa ratio percœlestisq;: quæ nihil incassum pagit: frustra eã mortalibus infuderit: pernecessariũ academici edixere: mentes hominũ sempiternas; & ad pennem sempiternũ/diuinũq; bonum natura exoptatum/desyderatumq;; quandoq; assequi queant; ut reges præsidentesq; reip. non caduca hæc; futiliaq; excogitent: nec regni maiestas eos decipiat; ut terrena hac fragiliq; pompa: cœlestia illa perenniaq; amittant. Quandoquidem mortalium animi: neq; terrenis unq̃ alimentis implentur; necq; dum hæc terrena ingurgitant; cœlestibus uesci dapibus queunt. Hac in uita nitantur cœli regi quandoq; pro uiribus adherere; tanto enim minus ab æquoris inficiuntur tellure saporibus; magis q̃ dulcibus cœli liquoribus; ut disseruit

Academicus ille. Quanto propinquius accedimus ad omniũ conditoris cœleste domiciliũ: tanto minus a fragili caducaq; hac seruitute recedimus. Nempe sicut in cœlesti penniq; illo domicilio hæremus conspiciendo atq; congaudendo: sic extra illã fulgentissimã patriã: diligendo amandoq;: prorsus & uenerando atq; adorando. Nec ut censebant illi prisci contra caducos fructos morbosq; antidotũ sufficiens: nisi diuinã illam dilectionem/diuinũq; amorem: cœlestemq; cultũ: neq; id quidẽ iniuria. Nempe ut phisici edixere: in quolibet morbo: quando medela ipsa mali humoris nõ excellit qualitatẽ: cõuertitur in humorẽ. Siquidem conturbat corpus: minuit uires: pondus his auget. Cũ igitur infirmitas ualitudoq; omnis: calamitasq; mortaliũ: sic corporea: caducaq; frustra quis nititur huiuscemodi morbo: caducis/corporeisq; condimẽtis occurrere. Robustiore/inquã/hic opus est medela antidotũ assero: quod spirituale ac incorporeũ sit: & quod corporeus caducosq; languores expellere queat. Si hoc solo languore laboraremus: ut inquit Academicus: aut illo forte hic nobis medicus suppeteret: aut ille se mortaliũ pestis est omne scelus: Ergo diuinũ antidotum summe pernecessarium est: cũ sit omne bonũ. Nam morbus est inexplebilis cogitatus: assiduaq; animi perturbatio. Ergo medicus ille summus deus: omniũ parens mortaliũ immensum est bonũ: æternaq; tranquillitas: perennis & quies. Siquis abneget hominũ medelam esse uerũ dei cultũ: Christiq; diuinã relligionem: huic nullũ maloq; superest subsidium: spesq; omnis ualitudinis adimitur. Sed qui diuinis illis præsidiis: subsidiisq; & auspiciis: se pie cõmittit: cõmendatq;: cõualescit protinus: ut exoptat expostulatq;: quod propriũ regum trophæum: atq; diuini illi triũphi; cœlestesq; perennes existunt: & his magis decorantẽ & illustrantur.

¶Finis libri Quarti.

TSI STOICORVM SENTENTIA fuerit: ad bene beateq; uiuendũ solam uirtutem satis esse. Zenoq; Stoicoꝝ princeps: tantoq; illã nomine celebrauit ut si etiã corpis: fortunæ bonis quis careat: eundẽ tamen nihilo secius si in Phalaridis quoq; tauro uteret̃ fœlicem esse. Quandoquidem solum bonũ uirtus sit: sed media quodãmodo quæ neq; in bonis: neq; in malis sint habenda: etiam si ad corpis fortunam spectant. Siquidem si fœlicitatem illam animi contemplatiuam deiq; summi: quæ quidem rerũ humanaꝝ finis est: & ad actionem secundũ uirtutem tendit: & ut Solon disseruit: fœlicem eũ esse: qui ex uirtute optime ageret: & rebus externis mediocriter abundare. Sic & Platoni placuit: qui & deũ summũ bonũ esse dixit: & autorem bonoꝝ omniũ: finemq; hominis esse per similitudinẽ deo adherere: quod quidem per solam nanciscimur uirtutẽ. Proinde Stoici edixere: inter probos uiros & deũ amicitiã esse: conciliante sola uirtute. Diuinã uero iustitiã legẽ uniuersalẽ oib9 esse Plato meminit: quę probos p̃miis: improbos penis afficiat. Sic ueteres autores scriptũ reliquere: reges & qui reip. p̃sunt: corpis & fortunæ bonis: bona habitudo/ualitudoq;: cũ nõ eis soli orti sint: cũ ad mortaliũ omniũ calamitates adiuuãdas: amputãdas: cõseruãdasq; nati sint. Vix qdẽ ei bene ab animo esse põt: cui a corpore male est. Siqdẽ male aliis cõsulit: q sibi ipi ꝓdesse neqt. Nec ueteres rebant̃ reges cũ belluis uim fortitudinis & ualitudinis uirtutẽ ostẽdere: ut orator Spartanoꝝ magno Alexãdro disseruit: ut cũ leone pugnasset: utinã rex inclyte/inqens/pro magno aliquo impio cũ leone tibi esset certamen. Et tãti illa uenatio fuit ut Crather9 uir illustris: & Alexandro ad modũ amic9: a Lysippo Leocareq;: q p̃cipui omniũ artificũ tũc habebãt̃: ęre cõflatã: Delphico Apollini: suspẽdi iusserit. Cernebat̃ illic Alexãder qui leonẽ adoriebat̃: & iuxta eũ aderat Cratherus: inter canes & alios uenatores. Exp̃sserat enim Lysippus similitudinẽ Alexãdri & amicoꝝ eius: ut pene spirãtes uiuiq; esse cẽserent̃. Sed/ ut inquit Patritius/ reges & qui reip. præsunt: ualidos/ fortesq; nõ audaces: & feroces esse oportere: & quasi uitæ ipsoꝝ contemptores & prodigos. Nã & Spartanus ille edocuit: ubi impatoris periculũ magni alicuius momenti foret: ut res profligatas restituere queat: illic forti animo: magnoq; conatu pugnandũ esset: secus autem si parum prodesse potest: & ut Theophrastus inquit: eũ qui imperat ducis mortem obire: nõ autẽ

militis gregarii aut gladiatoris in harena. Hinc Marius: Scipioq́ extolluntur: nam alter militi ad bellū prouocanti respondisse perhibet: ad mortem multæ uiæ sunt: eligas quam malles: alter imperatorem me mater genuit nō bellatorem. Et Thimotheus qui/cū Atheniensiū quispiam cicatrices ostenderet: quasi in bello pro patria sumpsisset: Subridens/inquit/ualde erubesco: q̄ cū Samū accederem iuxta me sagitta forte cecidit: qua exanimat⁹: nō quasi dux tanti excitus: sed quasi ignauus tyro profugerim. Sic Publii Decii uirtus: qui tot Romanos obsessos in præsidio uirtute liberauit: graminea corona donatus: bouem album Marti impio imolauit: & centum fuluos: quibus uirtutis ergo obsessis. Sic & Quinti Fabricii fortitudo: cū magistrū equitum Minutiū: ab Hannibale oppressum seruauit. Sed ut Homerus tradidit munus regum est: iustitia ipsa: quam a deo ipso summo: dono accipiunt: nō autem bellicas machinas: aut rostratas naues. Proinde regē Iouis discipulū nuncupat: & nō ferocem/audacē/aut immanem/ sęuū/ cruentūue: sed omniū iustissimū. Sed ut inquit Patritius: rex enim magistratus omnes in se uno continet: & uniuersaꝝ lex habet̄. Hinc Plutarchus Demetriū redarguit: q̄ expugnatoris nomen ambitione affectauerit: cū id a rege alienū sit. Deus nāq; urbiū seruator/custosq; habetur & cernitur. Siquidem ut Strabo disseruit: sicut poeta sine uirtute canere nequit: pariter & orator perorare: sic & rex sine probitate imperare: Nempe ad ip̄m omnis uirtutis moderatio spectat: ci⁹ quoq; officiū est pie/iusteq; gubernare: ut Plutarchus edixerit: eos quibus præest: & illoꝝ cōmodis semp adesse. Nam sicuti medicus languētis utilitati non suæ: & gubernator rex quos uehit consulere debet. Sic & princeps eoꝝ quibus impat. Hinc Plato: nec eo ordine dicens: rempu institituimus: ut unum genus in ea dūtaxat fœlix existat: sed resp. omnis: quæ beatitudinem per solam iustitiam consequetur. Nā/ut inq̄t Aristoteles: omniū rex mensura esse debet: & sicut Sol omnibus lucet sic rex pro dignitate meriti: uirtutisq;: omnib⁹ proficit: aliter nō rex: sed tyrannus habendus erit: qui iniuste imperans: omnia ad utilitatem metitur. Sed mihi sæpe cogitanti naturæ munera animoq; repetenti illud Stoicoꝝ uideri solet quęcūq; a natura ipsa genita essent: omnia ad usum mortaliū præordinata: Nempe homines ipsos etiam hominum causa esse procreatos: ut sibi inuicem quęcūq; possent ratione auxilio forent ꝑinde quantū q̄sq; ingenio: quantū ope & labore assequi

posset tantũ in cõmunem hominũ cõmoditatẽ ac utilitatem in ipsorum societatem conferendũ esse. Et ut Socrates in Platone edocuit: decet regem siue suos ad fœlicitatem perducere: quod nequaquã nisi per uirtutem assequi potest. Vnde illud Thimothei: Mars quidem tyrannus est: ut statuat uiolenta omnia iniusta esse. Sic pictor optimus: omnes corporis partes exornat. Hinc Appelles carpitur: Plinio autore: q cũ Veneris imaginem pinxisset: & faciem & pectus politissima arte perfecisset reliquas autem corporis partes inchoatas reliquit. Hinc illud Periandri & Thrasibuli responsum: preconi quem ad me misisti: dissimulaui nihil: duxi enim eũ per segetem: & altiores spicas bacillo decussi: ut ex eo sciscitari poteris: qui coram affuit: qui uideritue intelligere: Tyranno/inquiens/potentes etiam amici exitio aliquando fuere: sic & Sextus Tarquinus edocuit: quo nihil impius / inhumaniusque. Quippe tyrannus omniũ infœlicissimus est: nihil sibi tutũ. Sic Alexander ferreus tyrannorum omniũ princeps: cõiuratione sororis: germanorumque periit: cũ alto in lecto cubaret: remotis satellitibus: cane ferocissimo excubante. Hinc Isocrates: regum custodiam nõ turribus ac pro pugnaculis: mœnibus/satellitibus/aut armis contineri/inquit: sed amicorum præsidiis: ciuiũ beneuolentia: propriaque uirtute. Quibus quidem opibus: regna & imperia nõ modo seruari: uerũ indies augeri ac propagari asserit. Hinc Academicis & Peripateticis placuit: iustitiam alienũ esse bonũ: nõ autem illius qui secundũ eã agit: sed iusto: satis mercedis ab honore: gloria / rependi. Nam ut Platoni placuit: tyrannum esse: qui ui ciues compellit: ut iugum seruitutis uiolenter subeunt: regem autem: cũ ultro parent: paremque demissionem/iustitiæ: & officiorum expectant. Hinc Heroes diuinis honoribus a priscis uenerabantur: q non iniuste/impie/se aut sæue imperantes coercerent: ac ulciscerentur: ut Patritio placuit: & qui de regno scripsere: Vnde Diomedes eius Thraciæ partis rex: quæ Maronia dicitur: quã Stenus fluuius alluit: mandendos aduenas equis suis apponebat: qua immanitate permotus Hercules: illũ regno pepulit: & eisdem equis deuorandũ præbuit. Et Bussiris quoque Agyptiorum tyrannus: ab eodem interemptus: arcæque impositus: q hospites cesos Ioui imolaret. Et Cacus q boues abegisset. Antheum in palestra prensum peremit Acheloum in singulari certamine superauit. Nam pro æquitate & iustitia certabat: ut eos perderet qui mortalibus exitio esse studerẽt. Sic & Theseus plerosque facinorosos necauit.

Sic & Romāi pegere• Nā & Onabis quondā Lacedęmoniā iniuste oc cupauerat:& Philippus omnē Gręciā inuaserat• Flaminio cōsule Ona bis apto ore marteq; deletus:& paulopost collatis signis:Philippū illu stri pugna supauit:Gręciāq; omnē a seruitutis iugo liberauit• Nam cū certamē Istmicū celebraret:qd Theseus in honorē Neptūni olim insti tuerat:& ad spectaculū frequēs mortaliū cōmētus cōscēdisset: indicto silētio:pręco ꝓclamauit:Senat9 Populusq; Roman9: & Titus Quint9 Cōsul:rege Philippo & Macedonib9 debellatis: sine custodiis liberos: & suo iure uiuētes ꝑmittūt:eos q iniuste detinebant̄:& ut Plutarchus memorat:& alii referūt: tāta lætitia acclamationeq; ut corui qui forte supuolabāt:uocis horrore attoniti:e sublimi in theatrū deciderint• Sic & Pittacus Mitilenus:unus e septē sepientib9:simul cū Alcęi poetę fra tribus Hęlanchiū qui iniuste seruitutē Lembū insulā opprimebat in teremit• Sic Ptolemeus rex:regno pulsus ab Aegyptiis:regiaq; incensa ob eius sæuitiam• Nā in oēs necessarios sæuierat• Romani Cleopatrā: cui iure optimo regnū debebat̄:quę incredibili iniuria lacessita:filiāq; eius p uim stupratā:deinde diuortio pacto:filiū quē susceperat Cypri in teremerat:caput & pedes matri dono miserat• Romani tāto indignati facinore regē odio ꝓsecuti sunt: & iniuria affectos uindices fuere• Sic Ariobarzanē regē Cappadociæ:& Nicomedē Bithinię: depulerat Mi- tridates rex Ponti:ille cui9 iussu:qcqd Romanoꝝ ciuiū:in Asia fuerat trucidatū est• Et Archelaū eiusdē ꝑfectū qui Athenas inuaserat p Syl lam Cōsulē: ab his qua sæue se habuerāt Roman9 populus liberauit: & pristinæ liberati reddidit• Hinc Cicero inqt:Nihil principib9 infœ licius esse q̄ uelle agere quęcūq; possunt:rursusq; illos miseros omnino habēdos esse censet:qui oīa sibi licere existimāt• Hinc Neronis sæuitia Tranquillo autore:& cū pcepisset oīa sibi ꝑmissa esse: & cūcta scelera ac probra sua quasi pro egregiis ac ꝓclaris gestis uulgo ꝓbari:tot scele- ra pegit:ut uix humana mens excogitare queat• Hinc Flaccus Syracu sius ait:quæ bonos principis mores corrūpat licētia: rerū copia: amici improbi: dispensatores auari: satellites detestabili• Hinc Cæsaris Iulii mors:nō sui mores:cū probi essent:sed amicoꝝ insolentia: qb9 adiuto- ribus uictoria usus fuerat• & Marci Antonii ꝑcipue nimia indulgētia• Hinc illud Cicerōis belloꝝ ciuiliū:hi semp sūt exit9:ut nō ea solū fiāt quæ uelit uictor: sed etiā ut & his mos gerendus sit: qb9 adiutoribus parta sit uictoria• Vnde illa Gręca apollogia Patritio autore:qua indu

tunt cōplures: ut assolet circulū circūuolare: ille qdē eas rogabat: cur se fugerēt: cū placidus & imbecillis esset: aues respondisse: ideo deuolare qa cernerēt illū: ungues ac rostrū eiusmodi habere: ut facile si uellet accipiter fieri posset. Sic Tigrani Armeniæ regi contigit mitis primo: ac placidus: proinde amicoꝝ assentatione/adulationeq; cūctos supbia & iactantia reges supauit: a Lucullo turpiter uictus. Hinc Quintus Curti9 disseruit: Iccirco Tigranes ex magno rege tyrānus effect9: odiū fere omniū gentiū cōtraxit: pœnasq; dedit: Romanis ducibus iniurias ulciscentibus. Nō sic Neoptholemus ille apud Sophoclem: qui suauitate uerboꝝ pellectus nō psistebat in sentētia: sed suasu Vlyssis: Homero autore: mētiebat quāq ueꝝ loqui pulcherrimū esse duceret. Siqdē optimi reges: & qui reip. psunt: ne mali sint: ne tā multos eoꝝ exēplo reddāt malos: & uel hoc operā nauabūt ut probi sint: q tū plurimis efficiāt meliores. Proinde illa Plutarchi sentētia: regē ipm esse unū quodam dei simulachrū: qui simul & optimus est & potētissimus: cui probitas ipa hoc prestat: Plinio autore: ut oīb9 pdesse uelit: maiestate/prudentiaq;: ut qb9 malit possit quoq;. At improbus ac pestilēs rex: impii demonis imaginē ostētat: cui plurimū assit potētiæ: sūma iniquitate cōnexū: ut quicqd habet uiriū: id omne cōsumit ad calamitatē humani generis. An nō & Maxenti9 Cęsar: Cōmodusq;: huiuscemodi orbis quidā mali genii fuere: ac Caligula: aut nō Heliogabalus: Maximiniq; quoꝝ nō solū oīs eoꝝ uita: durissima lues orbis quędā extitit: Sed ipa etiā memoria publicę mortaliū execrationi extitit obnoxia. Enimuero cū deus ipe sūmus: a probis omnib9 colat: nec timet nisi ab improbis: hoc dūtaxat genere timoris: quo qs timet nisi sibi noceat: Ita optimi reges prę sidētesq; nullis debēt esse formidabiles: nisi sontib9 & scelestis. At ita rursus ut is quoq; spes uenię reliqua fiat si disciplinabiles modo fuerint. Nempe ut deū ipm oīa moderantē nemo tñ cōspiciat seu cernit: idq; beneficio adiutus: ita resp. ipsæ nō pcipiant regū uires: nisi cū illoꝝ prudētia probitateq; subleuant. Cōtra tyrāni nusq̄ pcipiūt nisi omniū malo: cū deus ipe nullis tangat affectib9: tñ optime orbē ipm regit: iudicioq; custodit: ita psidentes ad hui9 exēplū in oībus pagāt: exclusis animi motib9: ratione & animi iudiciū adhibere decet: nec uulgi humilib9 curis ac sordib9 affectib9 aures prębere. Nempe cū populus suapte natura tumultuat: magistratus facile corrūpit: aut ambitio aut auaritia. Vna sup est sacra ancora regis mens: q si his prauis affectib9: sentētiisq; maculis expersus extiterit: nulla reip. spes esse pote

rit. Quippe cũ deus ipe sit in oĩa benefic9. ut Plato/Xenophon & Stoici edixere: ita optimi regis est & æterni regis/impatorisq; imaginẽ referentis: uel gratis bene mereri de oĩb9 nullo uel gloriæ uel lucri intuitu qui de regno scripsere cõmemorãt. Vt cũ deus: ut pulcherrimũ sydus in cœlo cõstituit solem: ita inter mortales ministros cõstituit reges. At sole nihil cõmunius: ut cæteris idẽ corpib9 splendorẽ suũ impartit: ita rex ipe publico cõmodo usuiq; expositus esse debet: & natiuũ prudẽtię splendorẽ domi alere: ut etiã siqd cecutiãt cęteri nusq̃ tñ ipe allucinet. Verũenimuero & si regiã dignitatẽ/autoritatẽq; corpis robur plurimũ augeat: & ipa pulchritudo: deformitasq; minuat: est enĩ in corpis maiestate maxima quędã ueneratio: unde Macrobii: qui Meroem Nili insulam incolunt: quiq; tale nomẽ a longitudine uitæ accepere: q; dimidio q̃ reliqui mortales diutius uiuãt: sibi p̃sidentẽ: cui pareãt a pulchritudine: ac uiribus deligũt: ne deformi obtẽperarent. Sic Demetrii Antigoni filii pulchritudo: ut nullus sculptor aut pictor adęquare usq̃ ualuerit: præ se enĩ ferebat gratiã quãdã simul & terrorẽ: cũ grauitate & mãsuetudine: ut ortus uideret ad terrorẽ mortalib9 pariter incutiẽdũ: beneuolentiãq; cõciliandã. Alcibiadis forma extollit etiã in senectute: & Marcii Antonii species: ut Plutarchus asserit: Herculis imagini p̃similis. Nec eqdẽ bona ualitudo excludenda est. Quippe & Ptolomei Philadelphi Aegyptioꝝ regis: qui p̃clara ingenia sui tpis euexit: ægritudine cũ repressit. Sic Syllii Italici ægritudo uiri pręclarissimi: Peridisq;: ut Theophrastus disseruit: alias uiri sũma fortitudine: prudẽtię/eloquẽtiæq;: cũ ægrotaret: mulierculaꝝ incantationũ scriptas suo gutture suspendit. Sic Cæsar: uir tanti nois: tãtarũq; disciplinaꝝ/p̃hibent: post ancipitẽ uehiculi casum: ut primũ currũ cõscenderet securitatem itinerũ carmine ter repetito impetrasse. Sic Vlysses: ut Homer9 autor est: cũ in femore uulnere oppressus esset: sanguinis profluuiũ carmine stetisse affirmat. Sed cũ deus ipe sũmus mortaliũ omniũ uerus medicus sit: ipe exoret: ipe excolat: ille imploret: qui bonas ualitudines omnibus prębet: malas diluit/euellitq;. Deliniet/inq̃/rex ipe cœleste quodã animal numini: q̃ homini similius: oĩbus uirtutũ numeris absolutũ omniũ bono ortũ: imo condonatũ a superis subleuandis rebus mortaliũ: q; prospiciat oĩbus cõsulat: ut Dion. Plutarchus/Xenophon/ & pleriq; alii scriptũ reliquerũt: cũ nihil sit antiqui9: nihil dulcius reip. cui plusq̃ paternus sit in oẽs animus: cui singuloꝝ uita carior sit q̃ sua: & ut Iustinian9 Cęsar autor est: q; noc̃te dieq; nihil aliud excogitet/agat/

nitaurq; q̄ ut optime ſit omnibus:apud quẽ præmia probis parata ſũt omnibus:improbis uenia : ſi modo ſeſe ad frugem melioré referant: q adeo gratis cupiat de ciuibus ſuis benemereri:ut ſi neceſſe ſit:nõ abneget ſuo periculo:illoꝝ incolumitati conſulere:qd̄ patriæ ſuũ ducat eſſe lucrũ. Et rurſus Iuſtinianus Cæſar:q aſſidue inuigilet:q cęteris liceat altũ dormire:q ſibi nullũ relinquat ociũ:quo patrię liceat in ocio uitã agere: q ſe iugibus curis diſcrutiat: q ciuibus ſuppetat trãquillitas : a cuius unius uirtute publica pendeat fœlicitas : & hanc admoneat eſſe ueri regis imaginẽ ac ſimulachrũ:nec deformitas ipſa ſpectetur. Nam Pericles:cui9 pręclara geſta oĩs gręcia admirata eſt: q oblongo capite: uerſibus mordacib9 irriſit æmulus poeta : & ſculptores ei9 imaginem caſſide uelabãt ne deformitas appareret. Hipponacti Epheſo poetæ: illuſtris faciei feditas fuit:& ab Appulo & Anthermo ſculptorib9 egregiis illius imago:p laſciuiã iocoꝝ irridentib9 expoſita fuerit:quos Iambici carminis amaritudine:ſculptores illos adeo pculit:ut mortaliũ aſpectũ effugerẽt:& ad laqueũ cõpulſi a pleriſq; credant. Sic Titi quoq; Flãminii tãti nominis ob pclaras res geſtas : indecoro etiã oris habitu fuit:& Philopomenes:ac coꝝ illuſtriſſimus dux: qui cũ ad hoſpitẽ diuerſaret ob deformitatẽ:ut famulus ligna ſcindebat nõ agnit9:tũc hoſpes proſpiciens exclamauit:quid hoc rei eſt dux pręſtantiſſime? tunc leuiter ſubridens Philopomenes:qd̄ nã aliud/inqt/eſt o hoſpes:do qdẽ nũc deformitatis meæ pœnas. Sic in Tyrtheo poeta: quẽ ex Apollinis oraculo:ab Athenienſibus:cõtra Meſſenios:ducẽ acceperãt : illudebãt Lacedęmonii : q fedo eſſet aſpectu:& altero claudicaret pede. Sed cũ ex illius carmine uictoria potiti fuiſſent:didicere corporis deformitatẽ nõ eſſe deridẽdã:& muſaꝝ furorẽ poſſe impiũ accẽdere Martẽ:& bellicã uictoriã pbere. Ageſila9 quoq; Lacedęmonioꝝ rex:qui tot uirtutib9 claruit : pede etiã claudicabat. Xanthippus Lacedęmonius/ Pœnoꝝ/ Chartagineñſiũq; inde dux:Marcũ Attiliũ Regulũ captiuũ duxit:Romanoꝝ ducẽ:horribili ac turpi fuit aſpectu:nec ſpeciẽ aliquã maieſtatis aut decoris prę ſe ferebat:ut pleriq; hiſtorici ſcripſere. Difficile/inq̃/ ut dicit Patriti9:in uno hoĩe oĩa pfecta eſſe:munera eni naturę incerta oĩno ac fugitiua ſũt:breuia quoq; ac extẽporanea:pnicioſaq;:his etiam qui illis affluere uidẽt. Nec Xenophili muſici q centũ & quinq; uixit annos: ſine ullo in omni uita incõmodo: ea uis oĩb9 pbet. Siqdẽ ſolus ipſe de9 omniũ parẽs:ex omni pte pfect9 exiſtit:unde etiã ſũma cuiuſ

cũq; ueritatis ueritas nũcupat̃:a qua uera oĩa fiũt:in qua uera cernũt̃ quã re℞ indagatores pro arbitrio ubicũq; malũ de ueris cõsulũt cuius scintilla naturaliter insita uera existimat̃ cuius radiis per oĩa fusis uera inuenta discernũt a falsis:cuius examine uera iã discreta cõparãt in uicem & diiudicãt:& cũ species a singulis abstractas: in qb9 rei cuiuscũq; ueritas cõsistit pcipiũt/ intelligũtq; : nõ nisi ueritatẽ ipam : id est deũ intelligũt/cernũtq;:qui est cõplexio re℞ omniũ : origo exordiũq;: orbisq; cõditor:ut cõmunis etiã mortaliũ opinio astipulat̃ : & diligens sapientũ ratio probat : ut Academici edixere : artificiũ hoc mũdi : qd circa naturã suã ac motũ artificiose/rationabiliterq; disponit̃ :atq; agit̃ esse:regiq; ab arte quadã rationali:artificiosaq; ratione:quã deũ ipm sũmũ esse colligit̃: qui deus est ipa sũma ratio • Hinc Academicus ille : profecto/inquiẽs/quãto ex huiuscemodi artificio coniicere licet : q̄ & unũ & uniuersũ est:atq; circa totũ partesq; undiq; tã mirabili ratione constat : & agit̃ ut uix ulla possit ratio assequi : nulla queat oĩno ratio imitari:absq; dubio disserens:una cũ timeo ex Platone argumẽtamur: artem illam mundi effectricẽ esse rationẽ quandã & unã & uniuersam uniformem rationẽ/inq̃/mũdi totius rationes oẽs: in se ipa omniũ mũdi partiũ complectentẽ•Nã deus ipe dicens/id est lucidissima ratio:illa solutissima est:& fons omniũ rationũ atq; origo : a qua substãtia oĩs natura/uita/sensus/intelligentia/producit̃ penitus atq; ducit̃ • Nemo usq; adeo irrationabilis esse debet:ut abneget huiusce rationẽ esse substantiã stabilissimã:ut etiã diuo Dionisio placuit naturã fęcundissimã cœlestẽ/perennẽ/æternãq; uitã sensum perspicacissimũ:intelligentiam perlucidissimã: p̄clarissimãq; ac certissimã:q̄ enĩ in corpe mũdi:lux & luminũ euidentiũ est id in ratione mũdi affectrice est certitudo : luce hac tanto lucidior quãto certior & p̄stantior certitudo • Sed cuiuslibet certitudinis quæ se certa sit sui in se certa cuncto℞ per se serenis mentibus clara/certaq; clara facit : omnia sic inquã/nullus ueram ducit uitã a sapientia præditus cernitur:nisi qui ꝓprie uita ipa uiuit:& sapientia ipsa sapit:deumq; ipm qui est sũma prudentia:ipsa sapientia ueneret̃: adorat/colatq;•Proculdubio nullus uere/pleneq; gaudet:nisi qui ꝓprie gaudio ipo gaudet • Deniq; cũ finito pulchro & bono finito lętemur: ut Ariopagita disseruit•Sane infinite pulchritudine ac probitate/bonitateq; innumerabilium formarum proborum : bonorumq; exordium origine exordio : ac fonte infinite gaudemus • Cum in hoc mortali or-

be : ille qui plura & firmiora corporis bona callet perfectior cum latior iudicari poterit: fortunæ uero bona partim necessaria : partim utilia : aut decora sunt : & ut Aristoteli placuit : reges ipsi coꝝ utilitatem quærere cõuenit quos regunt:nõ enim ueri reges essent:Patritio autore:nisi p se sufficiãt:& omnib9 bonis excellerẽt:adeo ut nulli9 ope egerent.Nempe infirma est potentia illoꝝ : qui alienis uirtutib9 nitunť. Hinc cernimus nõnullas ciuitates:quæ tenui potentia sunt dandis incõmodis/excursionib9/latrociniis/prædeq; expositis esse:quæ seiunctę singulę languescerẽt.Sic cõiũcte & quasi in unũ corpus coactę:diuti9 seruanť ut sanitates quondã peregere : Sic & Heluetii agunt: & egere semper:& quondã Litii populi fictitarunt: quoꝝ tres & uiginti urbes societate cõiuncta Italiam usq; mare omne infestum habuere.Deinde a Romanis uicti libertate dati sunt.Et si ut Patriti9 disserit: hæc diuersaꝝ urbiũ cõuenientia: & quasi harmonia raro diurna ac stabilis & firma esse solet.Verũ discordia & seditione facile corrũpitur:& plerumq; tyrannidẽ patitur.Sũt eni huiuscemodi urbes : ut partes reliquæ animi sine ratione:aut mẽbra sine corde regi magis pareant: qui iuste imperet:& unus pro omnib9 inuigilet:& tũc licebit omnib9 secundũ uirtutem agere:quæ res quasi finis humanæ societatis: & cõiunctæ hominũ multitudinis esse uideť.Nã nõ solũ ut uiuãt cõueniũt:id eni commune esset eis cũ brutis:sed ut bene beateq; uiuãt. licet eis cũ fœlicib9 esse.Quippe regem ipm deum opt.imitari cõuenit:cũ pluribus benignus:benefic9 ac liberalis esse ostenditur. Deum siquidẽ: ut alibi exaraui omniũ rerũ imperio ac potestate : uel ex hoc quidẽ dignissimũ esse arbitramur : ꝙ bonorum omnium causa sit: malorum autem nullam præbeat causam . Est enim semper innoxius : Hinc Strabone autore: Aethiopes duos deos uenerabantur : unum imortalem : alterum mortalem . Immortalem eum dicebant qui rerum omniũ sit causa : mortalem autem eum : qui illos beneficio affecit . Hinc Alexander ille magnus : sicut reges omnes rebus gestis superauit : sic etiam beneficentia & largitate cunctos antecelluit : adeo ut rennuentibus sua munera: tristior / molestiorq; esset : Sæpe etiam asserere solebat : eos qui munera principum respuerent : puniendos esse : ut qui illorum uirtuti inuiderent . Et Photionem Atheniensem : uirum integrum atq; grauem litteris monuit : minime se existimaturum illũ sibi amicũ fore : si deinceps munera sua abdicaret . Nempe munificẽtia iudicat etiam

regis iustitiam. Nam qui res suas ad mortaliũ cõmoditatẽ/ utilitatẽq; largiri gaudet: ab alienis ut manus abstineat uerisimile est: nõ ut Philippi Macedonis liberalitas: qui in Grecũ adagiũ incidit: ut corruptor potius q̃ liberalis aut benignus ab omnibus existimaret. Itaq; reges ipsos: nõ solũ uirtute: quæ omnia animi bona cumulate/affluenterq; suppetit: fœlicẽ plane esse posse: sed & corporis & fortunæ bonis egere: ut pfecto maiestatis munere fungi possint. Hinc Xenophon ĩ Cyri iunioris Persaꝝ regis disciplina: Cambisem illius patrẽ: qui rerũ gestaꝝ gloria nõ contẽnendus: de quo Strabo. Heliopolis/inquit/solis urbs: tẽplum habuit uetustissimũ: hoc Cambises euertit: cui9 multis in uitiis: insania & sacrilegiũ ostenditur. Templa enim partim igne: partim ferro consumpsit: singulas quasq; imagines mutilans/excidens/aduresq;. Ad Hãmonis quoq; templum nobilissimũ expugnandũ misit: qui tẽpestatibus & arenæ ui obrutus periit. Qui de uirtute differens: putabimusne illũ: melius aliis posse percipere q̃ se ipm instituere: nisi forsan & Xenophontis eloquio melior factus esset: aut ab eo reuocatus ab inferis: iustitiam/pietatemq; didicisset. Et Enesicrates Diogenis discipulus eadem similitudine tyrocinia Alexãdri scripsit. Itaq; illud præclarum Marci Varronis exemplum: qui cũ optimũ ciuem & principem reip. describere uellet nõ uno aut altero cõtentus fuit: sed septingentorum uiroꝝ illustriũ nõ solũ uitas ac mores: & præclara domi militięq; gesta oratione complexus est. Verũ singuloꝝ imaginem ac faciem sermone uelut penicillo expressit. Etsi Plinius differuerit percipere: qualis esse debeat princeps: pulchrum quidem sed onerosum: ac probe superbum est: laudare uero optimũ principem: ut inde posteris uelut e specula lumẽ sequanẽ alii. Ostendere idẽ utilitatis plurimũ: sed arrogãtię uero nihil: & Plato in Xenophõte: quę de Cyro scribũẽ: ficta oĩa sunt: & ad beniuolentiã potius captandã dicta: q̃ ad fidẽ ueritatis. Et Cicero: Xenophon uerã historię fidẽ nõ seqẽ: sed effigiẽ iusti impii ut tyrãni imaginẽ effugeret: quę brutoꝝ similitudinẽ obtinere: qui de regno scripsere asserũt: quę cõflatã portẽtis undiq;: excẽtis armatã oculis undiq;: dentatã undiq;: metuendã aduncis unguib9: ineffabili uoragine: humanis saginatã uisceribus9: humanoq; sanguine temulẽtã: quæ peruigil omniũ fortunis: uitæq; imineat: infensam omnib9: probis pcipue: fatale quodã toti9 orbis malũ: quã execrenẽ & oderint uniuersi: q nec bene uelint reip. nec ferro possit ob imanitatẽ: nec tolli sine orbis

magna calamitate ac ruina: præsidiis & opibus septam armatamq; impietatem. Huiuscemodi portentū erat Vitellius: ac Claudius. Sic Caracalla. Huiuscemodi poetaꝝ fabulę fingūt Busiridē: Pentheū: ac Mydā quoq; noīa iā in publicū generis humani odiū abiere: & ut Aristoteli placuit: tria pręcipue tyrāno cōueniūt: primū ne uelint: aut ausint ciues aduersus tyrānidē insurgere. Proximū ne sibi inter se fidāt: alterū neqd possint nouaꝝ rerū moliri. Primū efficit: dū modis oīb9 agit: ut ciuib9 q̄ minimū sit animi/minimūq; sapiētię ac prudētię: dū eos seruiliter hēt: aut sordidis addictos officiis: aut delatiōib9 obnoxios: aut delectationibus effœminatos. Scit enī generosos & rectos animos indigne ferre tyrānidē: aliud efficit cū pagit ut ciues inter se dissideāt mutuis odiis: & alius aliū deferat. Hisce interim suoꝝ malo potentior reliquū assequit̄: dū opes & maiestatē/autoritatēq; suoꝝ: maxime proboꝝ modis oībus attenuat/destituatq;: ꝙ nemo sanus aggredi uelit: ꝙ desperet confici posse. Boni inq̄ principes & reges probi ac tyranni: ut Dion. Isocrates: & qui de regno scripsere: ex mutis animātibus simulachrū pcipere licet: apū regi amplissimū cubile ē: sed id in medio ueluti tutissimo loco. Atq; hisce qdē onere uacat ueꝝ exactor ē alienoꝝ opeꝝ: hoc amisso totū examen dilabit̄: præterea insignis regi forma est: dissimilisq; cęteris: tū magnitudine: tū nitore. Sed hac/ut inquit Seneca/ nota potissimū a cæteris distinguit̄: ꝙ cū apibus plurimū sit iracūdiæ adeo ut aculeos in uulnere relinquāt: solus ipse rex aculeo caret: noluit illū natura nec sæuū esse nec ultorem magno constiturā petere: telūq; detraxit: & irā eius inermē reliquit. Exemplar hoc magnis regibus est ingens. Hinc illa Homerica regū institutio/exemplaq; insunt: nāq; in eo nō solum belloꝝ ac rei militaris documenta: uerūenimuero ciuilia quoq; pręcepta: & clarissimoꝝ ducū: atq; imperatoꝝ laudes: quaꝝ studio accendūt̄ illi dū legūt: eoꝝ pręclara facinora: sibi ipsis similē gloriā exoptāt. Hinc Theseus & Perithous: Herculis æmulatione ducti: cuius laudes oēs poetę tūc canebant: ut noīa eoꝝ imortalitati cōmendarēt: proinde in fabulis scripsere: ad inferos usq; penetrasse. Sic Alexander ille magnus cū uictor Ilion ingrederet̄: multa oculis & animo illustrauit: illectus Homerica lectione: & uetustissima complurima perquesiuit. Hoc cernens quispiam: eum rogauit: mallet ne Paridis cytharam cernere: tunc comiter subridens: eam nequaquam sibi curæ esse: Sed Achillis cytharam conspicere malle: qua ille non Veneris illecebra: sed fortissimoꝝ ducū gesta: & res inclytas ca-

nere cõsueuerat. Sic & Leonidã Spartanũ illũ illustrẽ pcũctatũ aliqñ memorię ꝓditũ est: qualis ei poeta fuisse uideret. Thyrtheus/ cũ ipm respõdisse aiũt: bonũ qdẽ ad iuuenũ animos excitãdos; illi9 enĩ carmine conciti tãq̃ furore aliquo correpti: nullis periculis parcẽtes: in pugnas ruũt. Fuerat enĩ Tyrtheus ex oraculo Apollinis: uano tñ ac futili Lacedęmonioꝝ impator datus: ab Atheniensib9 pridiculũ: imperitus enim erat rei militaris: & altero pede claudicabat: infœliciter adeo pugnauerãt cõtra Messenios: qui ab illis defecerãt ut eoꝝ reges iã de exercitu reducẽdo & turpiter deserendo bello cogitarẽt: qui elegiã cõmẽt9 extitit in ea qdẽ dãnoꝝ erãt solatia: belli cõsilia: fortitudinis laudes: & ultiõis adhortatio: quo carmine animos Lacedęmonioꝝ adeo inflãmauit: ut furore cõciti qui toties succubuerãt uictores euaserint: & exercitũ Messenioꝝ deleuerint. Sic Cicero de Euripide: cui9 singulos uersus singula testimonia sputare ad Tyronẽ scribit. Et Sophocles qui non tñ in tragœdia: sed etiã in militari disciplina laudes cõsecut9 est: in difficili bello cõtra Lacedęmonios: & Thebanos dux creatus: una cũ Pericle: spectatę uirtutis uiro: qui Atheniensiũ imperiũ plurimũ auxerũt. Sed Plato eos poetas approbat: diuo Basilio autore: qui uiros probos efficiãt: edoceãtq; bonos beatos esse: improbos uero miseros etiã: si fortunati ac diuites essẽt. Sed ex uera historia reip. psidẽtib9 pq̃ necessaria habẽda est: ex ea nãq; omniũ uirtutũ exẽpla depromunt: & imitationes quæq; clarissimaꝝ actionũ. Nã si corpoꝝ simulachra & effigies: manu artificũ cõpactæ: mortaliũ animos excitare solẽt: ad eoꝝ imitationẽ: quoꝝ ille imagines qñ magis id assequent historię & rerũ gestaꝝ monimẽta: ut Ciceroni Achatioq; placuit: quæ mentẽ animũq; exprimũt: nõ aũt corpis lineamẽta formæq; speciẽ. Nempe tãto enĩ pstat imagini historia: qñto corpi animus. Nõ corpis pulchritudine gloriant pstantes uiri: qñ & facile imitant: & q̃primũ cõcidit. Sed sapiẽtia prudentia/cõsilio/fortitudine: & reb9 illis quæ animi uirtutẽ ostẽdũt. Hinc Romani togatã statuã uiro illustri; aut armatã ꝓ bellica gloria decernebant: nõ nudã Græcoꝝ more: ut nõ corporis tñ effigiẽ: sed animi quoq; uirtutẽ aliqua parte ostenderent. Siquidem Oratii Coclis statua armata fuerat: qui Ethruscos hostes: & Porsenam regem ex ponte sublicio solus exturbauit. Togata uero: & uelato capite Accii Næui qui Tarquinii prisci tempore inclytus augur habitus: nouacula cotem dissecuit: futili tamen superstitione (ut censeo) Sed historia ueram hominis effigiem ostendit; & quocumq; gentium; ut inquit

Patrius/terraꝝ locorūue uisunt̃ a mortalib9: at statuæ ipse sensib9 carent:& uix oris liniamenta imitant̃:& a paucis uno tm̄ loco cerni possunt. Hāc aūt sententiā mihi ostēdisse uidet̃ Atheniēses: qui cū memoriā Thesei celebarēt: Camidiū illi9 pceptorē qui nōnulla ei9 lrīs cōmēdauerat: maiore uenerati sunt honore q̄ Silamonē & Parrhasiū: quoꝝ alter pictura: alter sculptura Thesei simulachrū/imitat9 est. Ambitiose admodū pleriq; asserūt Periclem egisse: nā Athenis in scuto Mineruę: cū Amazone pugnās a Phidia pingi uoluit: cuius qdē monumēta ob rerū gestaꝝ gloriā diuti9 scriptoꝝ memoria q̄ tenui pictura seruarēt. Hinc Phidias ille pictor prę liuore in carcerē cōiectus: artifex nobilissimus nimis affectatę glorię: merore cōfectus periit. Sic Polygnot9 pictor egregius ut famā noīs sui ppagaret: poetaꝝ porticū: ppria opa & impensa Athenis pinxit ut Melanchius poeta meminit: ea pictura historiā belli Troiani cōtinebat. Hinc Strabo refert: q̄ Arelius Romanus pictor laudē suā meruit: floruit qdē Cæsaris: ac deinde Octauii tēporibus: sed infamis admodū. Nā cū impudicæ semp alicui9 mulieris amore teneret̃: quasi pręciū flagitii: illis pendēs: pictur9 deas faciē meretricū: quas adamabat magna similitudine imitabat̃. Vnde Romani asserebāt: in Arelii pictura: scortoꝝ imagines inter deas numerari: ut Plinius ait. Hinc Isocrates: statuas ac simulachra tibi relinquas: quæ animi poti9 imaginē: q̄ corpis lineamēta ostēdat. Et Agesilaus rex Lacedęmonioꝝ qui tot pclara facinora gessit: cōcertatim artifices imp̄ius imaginē sculpere uellēt: nusq̄ id fieri passus est. Vnde Aristides disseruit: nullā pfectiorē uirtutē: q̄ ciuilē sapientiā mortales cōsequi posse. Hinc Iulius Cæsar extollit̃ a Bruto apud Ciceronē/Cæsarē/inqt/iudicio omniū fere oratoꝝ latinę loq elegātissime: & hāc bene loquēdi laudē multis lrīs: & his qdē recognitis: & exqsitis: sūmoq; studio & diligētia est cōsecut9. Hinc Isocrates regi suo pcepit: Quicqd dicas/agas/aut cogitas: semp meminisse debes: te regē esse: neqd unq̄ indignū agas tāto noīe. Et ut Suetoni9: de Octauio disseruit: q̄ in senatu ad populū: & apud milites: nusq̄ nisi meditata & cōpacta oratiōe utebat̃: ac ne periculū memorię subiret: instituit oīa recitare: & sermones grauiores: non nisi ex scriptis: & ex libello habebat: ne plus minusue loqueret̃: q̄ statu erat. Sic Menelaus apud Homerum: dulcem in dicendo fuisse tradidit. Hæc inquam breuitas Pisistrato Atheniensi suffragata est: ad promerendam ciuium gratiam: ex qua quidem imperium assecutus dicitur. Lacones ex omnibus Græcis: hoc genere dicendi præcipue

laudantur: & in priscis hoc genere dicendi laudant̃: & inprimis Agesilaus eoꝝ rex: qui breue aliquãdo dictũ effundebat ex tempore aptũ ad delectandos/mouendosq; animos: in quecũq; uolebat effectũ. Hinc illud ad Lysandrum: quem secũ in Asiam duxerat: qui sibi omnẽ regis maiestatem arrogauerat: qua paulatim ab eo euellit: Et cũ Lysander loquẽdi occasionem nactus esset cũ rege: q̃ probe/inquit/nosti amicos q̃primũ minores reddere: si uelint maiores fieri: Qui uero dignitatem ac opes meas amplificauerint: eos in partem uocare æquũ erit. Hinc illud Iuliani Cæsaris: Celphidio auctore cũ accusasset præsidem Narbonensis prouinciæ: uerũ documentoꝝ inopia deficeret/ exclamauit: Optime Cæsar, & quis nocens esse poterit usquequaq; si negare satis fuerit. Tunc scite Iulianus: & quis innocens fuerit si accusasse tantũ satis erit. Et Cessellius a iuuene quodam consultus: num pinea nux pomũ esset: qui subridẽs ait: si in uatiniũ missurus fueris pomũ certe est nux pinea. Vnde Martialis Poma sumus Cybeles procul hinc discede uiator. Ne cadat in miserum nostra ruina caput. Sic Cicero in generum Lentulum exiguæ staturæ: quis generum meũ tam magno ense alligauit: erat enim ense accinctus. Nam Lycurgus apud Lacedæmonios hoc genere dicacitatis: exerceri uoluit: & in alios sine morsu cauillari discerent: & in se dicta in alios intorquere atq; inuertere scirẽt. Huius urbanitatis oportunitas: tãti aliqñ fuit: ut hoies a capitali periculo liberauerit. Iuuenes qdã Tarẽtini cũ plusculũ in cęna se inuitassent: multa bibẽdo in Pyrrhum locuti fuerãt: uerũ cũ rationẽ facti reposcerent̃: & neq; negari res neq; defendi posset: risu & oportuno ioco elapsi sunt: unus eni ex eis/inqt/Atqui rex inclyte: nisi lagena nos destituisset: certe te occidissemus. Qua qdẽ urbanitate tota criminis inuidia dissoluta est. Eiusdẽ regis Legatus Cyneas: Romã missus: diuertit ad Aritiã: & cũ cœnaret: uinũ ei caupo austerũ ualde p̃buit: tũ Cyneas hominẽ rogauit: ut miti9 ei/suauiusq; apponeret: sed negãte illo meli9 toto oppido inueniri: rẽ tulit ut potuit. Mane aũt cũ discederet: cõspexit proceres admodũ arbores: qb9 uitę religatæ erãt: tũc subridẽs ait: optime egisse Aricinos ciues: qui matres pessimoꝝ filioꝝ: tã altis crucib9 suspendissent. Sic Hannibal Anthiocho: cũ copias in aciẽ deduxisset cõtra Romanos bellũ illaturas: nõ tã armis instructas: q̃ auro & argẽto. Anthiochus rogauit: an satis eas Romanis esse putaret. tũ Pœnus: satis/inqt/puto quãuis auarissimi sũt. Rex de uictoria rogabat: ille aũt

de præda respõdebat. Nam & duo summi oratores Demosthenem Ciceronemq́ urbanos fuisse cõmemorant: carpuntq́ eos: q᷑ unus quo minus fuerit dicax: alter q᷑ nimis. Vnde Cicero: nostri ea quæ facete breuiter: & acute locuti essent: ꝓprio noĩe appellari dicteria uoluerũt. Neq́ grauem mortem accidere posse uiro forti: neq́ immaturam consulari. Et idẽ Cicero de obiurgatione: omnia quæ uindicaris in altero tibi ipi uehementer fugienda sunt: etenim nõ modo accusator: sed ne obiurgator quidã ferendus qui in altero uitiũ rephendit: & in eo ipo rephenditur. Et si Cicero edixerit: nisi anguste sederem: atqui solebas duabus sellis sedere: cũ Cæsar in senatũ: tã multos admitteret passim ut eos quatuordecim gradus capere nõ possent. Sic illud Octauii in Herminiũ iuuenem impurũ ac scelestũ ab exercitu dimitteret/quereret: quæ ille ac diceret: quid meo patri dicam. Dic me tibi displicuisse. Isocrates uero discipulis quos in ludo senescẽtes irridebat. Sed Cato differebat eos eloquentiam illam discere: quo profutura erant alteri seculo: uel quas causas apud inferos oraret. Hinc illud Apellis: qui cum Prothogenis opus immensi laboris: sũmæq́ curæ admiraret: ait/ omnia sibi cũ illo paria esse: aut illi etiam meliora: sed se præstare: q᷑ manũ ille tabula tollere nesciret. Sic & Callimachi opus nimia diligentia obscurabatur: & sui ipsius calũniator dicebatur: cum nõ perciperet satis esset. Laudat Strato Lamsacenus qui Ptolomeo Aegyptioꝝ regi multa dedicauit: differebat enim philosophiam semper unam atq́ eadem esse sapientiã quæ nusq̃ a se discederet: sed semper eisdem præscriptis sibi constaret: nec mutaretur auditoꝝ aut discentiũ uarietatem: quibus respondendum fuerat: ueram esse philosophiæ constantiam: ut asserunt: sed cum profiteatur diuinarũ humanarũq́ rerum cognitionem discendũ: ut ex Archita & Platone percipitur. Discedendũ aliquando est ab infinita illa cogitatione: nec illa abdita Democriti: aut obscuriora Pythagoræ quæ multoꝝ annoꝝ silentium desiderabat. Nec illa acuta: quæ dialeticis subtilius disputantur: qui reip. pręsunt cõuenire uidentur: neq́ etiã quæ a Stoicis præter cõmunẽ hominũ opiniones cõueniunt. Sed clariora quædã quæ de ciuili uita tractant: deq́ optimis mortaliũ moribus pręcipiunt: & rationem/orationemq́ perficiũt redigenda sunt ad reip. institutionem. Nam si in priuatis mediocritas desideranda sit: in reip. uero habenas moderantib9 mediocritas satis esse nõ potest. Quippe de Deiotaro cõmemorat Cicero: uirtutes omnes/inquit/sũt sed pręI

cipue singularis & admiranda frugalitas: & nõ multum in rege laudis sit. Est enim priuata laus: fortitudo/seueritas/iustitia/grauitas/ magnanimitas: regis sunt uirtutes clementiaq;: ut Cicero ad Cæsarem: multa sunt/inquit/monumenta clementiæ tuæ Cæsar: sed maxime in calamitate eorum quibus salutem dedisti: cum fortuna ipsa neq; pro desse malis potest; neq; improbis nocere. Sed dei benignitas; proborumq; clementia. Quippe siquem conspexeris incurabibi morbo corporis laborantem; uariisq; diuersorũ membrorũ doloribus cruciatum: inuidebisne/inquit/illi academicus: delicatas dapes: ministrorũ turbam: strata mollia: purpuram: cubiculum auratum? Certe nisi tu quoq; tantum ægrotes animo: quantum ille corpore: inuidere nõ poteris. Quicunq; uero uoluptatibus/pecuniisq;: aut gloriæ: uel imperandi studio seruiunt: insanabili quodam animi morbo & multiplici dolore premuntur. Quisq; ergo his inuidet: nihil uidet. Quã ob rem cæci maxime omniũ illi mihi uidentur: qui fortumã ideo cæcam ducunt: quia uel benefaciat malis: quibus re uera nihil est bonum: uel malefaciat bonis quibus re uera nihil est probum: uel malefaciat probis: quibus deniq; nihil est malum. Qualis in se quisq; est: talia qui cunq; sunt: quæ accipit sol inter homines: rationis oculis capti sunt: qui non conspiciunt q̃ mirabili ratione: singulæ mundi partes disponantur: & moueantur soli impietati cuidam: ut ita dixerim ipsorum & iniustitiæ summæ subiecti uidentur: qui ubi exactissimus rerum ordo infinitam ostendit: indicatq; dei opt. max. omniũ autoris ac architecti maiestatem: potentiam: ac iustitiam: sapientiamq; ipsi uel in rationalem putant imperare fortunam: uel de diuina prudentia ac gubernatione: quasi minus iusta queruntur. Siquidem / ut academici dixere: nec de rerum uarietate conquerendum est. Nam si opponantur fœlicibus angelis: demones infœlices: signa cœlestia signis: planeta planetis: elementis etiã elementa: plante plantis: animalia animalibus. Opponuntur præterea: quieti motus: habitui uero priuatio: lumen tenebris: nigro lucidum atq; album: silentio sonus: acutamq; graui: fetido suaue: redolens insipido / salsum: ut peripatetici putant: acre/amarumq; dulci: frigido calidum: humido siccum: leue graui: raro densum: leni asperum: molli deniq; durum. Et aliqui delirant fortuna fatumq; corpori: corporis humores humoribus: membraq; membris: corpus ipm animæ: rationi sensus: affectus affectui:

uirtuti uitium : uitia uitiis : opinioni opinio : uotū denicꝫ uoto. Solæ omniū uirtutes si usq̄ reperiantur re uera inuicem sunt cōcordes. Res autem cæteræ nulla alia in re inuicem magis q̄ in ipsa discordia sunt concordes. Ergo cui mirum si continua in se discordia genus mortalium agitari : omnia discordia componuntur : omnia discordia & ipa sibi & aliis opponuntur : ibi solū intrinsecus nihil dissonat : nihil autē ibi dissonat intus : ubi uel sinceta ueritas dominatur : uel ueritas huiuscemodi splendor exuperat : uel calor splēdoris huiuscemodi feruet : & ut memorant Academici illi peritissimi Etrusci : primū enim dicentes : deus est secundū quidem contemplatio dei : tertiū amor/cultusꝗ dei : qui solus omnia dissona/uariantiaꝗ ad illam sinceram/ueráꝗ cōsonantiam : ac harmoniam perennem : cœlestemꝗ deducit : ubi summa quies/fulgensꝗ pax : & omnium sempiterna tranpuillitas existit/ lucescitꝗ.

¶Finis quinti libri.

ETERES PRVDENTES PHILOSOphiam uoluere: ut ea dei contemplationem cerneret: sa-
u lutem uerã nõ tantũ in sui ipsius cognitione: sed dei summi pollicetur & præstat: & uerã dignitatem: maiestatẽq; his qui reip. præsunt condonat: atq; quæ muneris honore digna sint mereri ostendit. Differuntq; ꝙ illi qui tunc demũ heros tranquillosq; fore se sperant: quando plurimis tam arduis rebus q̃ immortalibus in regendis fuerint uersati: at illi edicunt: ꝙ palam exitus ipse probat: tũc illos & omniũ seruos: & omni perturbatione oppressos existimandos: quando humeros eoꝝ temere ponderi cunctorum omniumq; subiecerint. Verum quoq; illam dominationem/ maiestatẽq; censebant: quæ nulli seruiat seruo: quæ si aliquando inseruiat: tunc soli obtemperat illi qui solus nullius est seruus. Veram inquiẽtes tranquillitatem esse quæ ita instituta est ut perturbationes uel nullæ contingant. Vel si forte contigerint: tantum ipsi consequentur: sed quantum cæteris dominantur. Præterea differentes/mortales usq; adeo insaniunt: ut quando uel forte: uel uitio quodam magna quædã nacti fuerint: repente inde magnos euasisse opinantur: perinde ac siquis mente captus: quando uestem induit longiorem: aut ædes amplas ingreditur ob hoc longiorem se peractum glorietur uel ampliorem. Ipsi deniq; eos magnos existimabant: qui res arduas/ grauesq; ac magnas illustri magnaq; uirtute gesserunt. Neq; superantur a magnis: sed aut superant aut æquant. Siquidẽ illi ad summa rerũ fastigia euecti cæteros tanq̃ inferiores multoq; minores immo uelut minimos nihil pendere solent: seu siquis adeo deliret: ut postq̃ turrim excelsam: tã se ipm procerem existimet euasisse q̃ eminens sit turris: atq; opinetᷣ quęcunq; sub turri tã exigua esse: quã pusilla ab alto ꝓspicięti uidetᷣ. Illi aũt arbitrabãtᷣ illos esse: uel excelsos uel illustres ꝙ ob ipam animi celsitudinẽ: in olympi uertice cõstitutos ꝑturbationẽ nebulę nõ attingũt: cæteros oẽs tãq̃ infimos aspernari: eos postremo & acutissime cernere: & rectissime iudicare oĩa: ꝑcẽsebãt. Qui tãta esse singula nõ quãta eminẽs ꝓspiciet: foris apareãt: sed quãta re ipa iudicãtᷣ. Eos inq̃ tanq̃ magnanimos uiros magni faciebãt q aut tãti pagũt singula quãti aliũde ꝓspicere cõtigit. Immo quãti opa se sua uirtute ostẽdũt: agũt hoc maxime: itinere suos a lętea caligine: stygiaq; ꝓcella semotos euehere: ad æthereũ sũmi dei lumẽ: ad uerã cœlestẽ illã trãqllitatẽ: ad imortale ambrosię pabulũ:

diuinamq; nectaream suauitatē:& ad ueram elysiam iocunditatē: nō ut poetæ mentiunt̄:sed ut diuina illa Christiana relligio expromittit: præparatq;•Et si prisci illi poetæ:astronomiq; figmēto poetico:cū de syderū natura ratiocinant̄ animos mortaliū: diuino nutu per signiferū: lacteūq; orbē dilapsos: & singlis qbusq; spheris:singulos quosq; mot9 siue affectus ducere:& sphera illa superiore:quę Saturni dicit̄:rationē & intelligētiā:ut Martianus cōmemorat Patritiusq;• Ex illa aūt Iouis quæ huic pximie est uim agendi:Ex tertia:quę Martis nūcupat̄ audatiā atq; ardorē•Ex quarta per quā sol labit̄:sentiēdi/opinādiq; rationē• Ex quinta: cui præest Venus:desyderii/cupiditatisq; motū • Ex sexta: quę Mercurii uim pronūciandi:& interprętādi•Ex Luna uero quę est ima : terra est : ut ait Cicero : naturam ferunt in plantandi/ augendiq; corpora : ab ea / inquientes/defluentes terrena accipiunt corpora:quæ mortalia sunt & caduca•Hinc poetæ ueteres astronomiæ etiā peritissimi : sub simili fabularū figmento:Parcas uirtuti lunæ adhibuerunt ut prima esset Clotho:quæ generando homini præsit:Secunda Lachesis: quæ eidem nutrimentū præbet : Tertia Atropos : quæ eum postremo interimit:fabulanturq; q cum nascimur: a Sole spiritum: a Luna corpus : a Marte sanguinem:a Mercurio ingeniū:a Ioue desyderiū:a Venere cupiditatem : a Saturno humorem : accipere finxerunt mortales ipsos : qui singulis quibusq; singula accepta reddere sub simili figmento edixere:finxereq; quos sublimis Vraniæ Calliopeq; concentibus mirifice temperantur: nō Martis ardore: sed Veneris igne : non odio feruent:sed amore/charitateq;•Sed ut diuini theologi illustresq; pcensere in ea administratione ; quæ publicum curat optimū gubernatorē esse fateriq; oportet : deum ipsum ad quam pertinet quidem omnium sed cōmuniū publicorumq; præcipue prouidentiam•Humanam uero prudētiā ut in huiuscemodi administratiōe:nō gubernatricē esse: imo diuinæ administrationis pedissequā & ministram:hunc tēdit ministeriū illud Platonicū:in Prothagora:Prometheū/id est/humanā prouidentiam:artes oēs præter ciuilem industriā/inuenisse• Hāc eni a Ioue inquit/philosophico more:per Mercuriū/id est/a deo ipso opt•max• & a diuina ipsa prudētia: per angelicas inspirationes assidue ministrari• Quid nam aliud uatis illud cor regis in manu dei est : & quocūq; uult uertit illud ; quid illud euangelicum apostolicumq;:non haberes hāc potestatem ; nisi tibi data esset desuper • Et rursus nō est ulla potestas

nisi a deo • Quo uero a deo sunt ordinata: quã ob rem Dionisius Ario-pagita: archãgelos humanis ducibus: duces magistrosq; præfecit• Hinc rex ille uates: non aliter q̃ habenis quibusdam regni sui gubernacula gubernabat • Sciebat enim/nisi dominus custodiuerit ciuitatem: frustra uigilaturum qui custodit eam • Hinc Salomon ille rex diuina sapientia/prudentiaq; protegitur• Per me reges regnant: & legum conditores iusta decernũt: per me principes imperant: & potentes decernũt iustitiam • Hinc Romanoꝝ superstitiosa relligio: nihil publicũ: uel pace uel bello: absq; uotis/auspiciisq; tentari iubebat• Vnde Scipio haud prius publica aggrediebat' negocia: q̃ diuinis uotis incubuisset• Sciti inquam oratores atq; poetæ: eos qui publicis præsunt muneribus tãq̃ nauiũ gubernatores esse aiunt: & sicuti qui semper inter scopulos/fluctus/procellasq; uersentur: perpetuo numinum præsidio indigere: Quippe in dei consilium: dei conscientiam: ac probitatem/bonitatẽq; prouidentia pertinere: etiam quæ mortalium non tantum cœlestium sunt• His autem deum ipsum cuncta uidentem uidentibus prouidet cum omnia deus• Sane si deus est: ut certe est omniũ causa: si est simplicissimus: quis summa potestas ostendit præclare: nõ aliud in eo cõspicere est q̃ esse • Igitur qui omnia est: iccirco facillime in se cuncta discernit: si optimus est: quod nemo dubitat: merito cernere: in eo nil aliud est q̃ prouidere: qua ex ratione cuncta prespiciendo/uidendoq; perfecte prouidet uniuersis: præcipue illoꝝ mortalium mentibus: qui ipsum & in singulis prospiciunt: & super omnia colunt: uenerenturq;• Siquidem duo præsertim prouidentiæ expetere uidentur rerum ordinem: ordinisq; executionem: quoꝝ primũ ex uirtute theorica prouenit ex quo qui cognitione: cogitationeq; præstant • Sunt alioꝝ iure rectores: Secundũ ex uirtute actionis: ordinis enim institutio tanto illustrior quanto uniuersalior: ac humiliora numineq; respicit: quoꝝ quidem executio effectui correspondens: ad inferiorem pertinet rationem• Deus igitur uis uniuersalis & excelsa altissima quæq;: per se suamq; sapientiam uniuersum: rerum etiam minimarum: ordinem disponit: easq; deinde per alias uirtutes inferiores/exequitur: ad effectum/debitumq; finem prouehit: atq; deducit• Hoc accidit q; ex dignitate regentis est: ministros admodũ plures ac diuersos curis ac officiis delegatos habere: eoq; imperium luculentius/illustriusq; ostenditur • Quo multi diuersis in gradibus eis subiiciuntur • Deniq; nobilior causarum q̃ effe-

ctum ordo pulchiorq; & admirabilior: in eo prudentia conspicitur. Itaq; qui dei optimi maximi in hoc mortalium orbe curam habent: ipsum uenerentur/adorentq;: cuius prouidentia omnia reguntur. Et si Homeri sententia fuerit: Iouem fabulose inducens: ut a maxima gerendarum rerum cura aliquantulum relaxaretur: & ad Aethiopes diuerteret: quo loci grato conuiuio: & lautis dapibus se inuitet: iubetq; Phœbum ad cytharam Giganteam uictoriam: inter epulas canere. Quo quidem figmento: nil aliud intelligit poeta: nisi auocationem mentis ab assiduo gerendarum rerum labore: & ad accessum musarum suauissimũ pabulum. Sic etiam apud eundem poetam: in conuiuio: quod Alcynous Pheatiæ rex Vlyssi præbuit: inducitur Demodocus Corcyreus poeta: & Cytharedus: cæcus tamen: suauissime canens. Et Virgilius in reginæ cõuiuio Iopam cytharedum poetam Atlantis discipulum inducit de sydera ratione & mundi origine canẽtem. Proinde laudatur Terpander: qui primus omnium carmen ad cytharam modulatus est: ut Græci scriptores affirmant. Sic Alexander & Cæsar noctes trifariam in castris partiri soliti erant: & primas quidem partes naturæ ac quieti indulgebant: secundas rebus agendis: tertias uero studiis bonarum artium. Horum industriam Iulianum Cæsarem imitatum etiam fuisse Marcellinus refert. Sic ille Orpheus: qui multis seculis ante Platonem fuit: uersibus suis omnes uirtutis studiosos inuitat ad hauriendam illam diuinam disciplinam: ex qua quidem agnoscerent mundi autorem: qui unus esset deus: qui omnia creauit: cuncta fouet: uniuersaq; nutrit/alitq;: qui oculis mortalium non cernitur: sed sola mente percipitur: quiq; nullis malis unq̃ mortales afficit: cum sit bonoꝝ omniũ causa & effector. Deinde addit neminem mortalium unq̃ deum uidisse: nisi piissimũ quendam senem Caldeo sanguine oriundum. Deinceps cum iam perorarent addidit se hęc didicisse ex monumẽtis quę olim de9 tradidit in duab9 tabulis. Quis nõ percipit/intelligitq; Orpheũ Mosaicã scientiã attigisse: cuius quoq; nequaq̃ fuit exps Lynus: asseruit enĩ: deũ oĩa creasse: & septima die cũcta pfecisse. Sic Homer9 & Hesiod9: quoꝝ alter septimã diẽ cũcta absoluisse ait: & tenebras umbrasq; Acherõtis absoluisse: alter septimã lucẽ pfulgidã illuxisse. Edixere quoq; i reꝝ exordio Hylẽ quoq; squallidã & cęcã & informẽ: quę deinde a deo fuerit discreta: unde Naso: Mare & terras & q̃d tegit oĩa cœlũ: Vnus erat toto naturæ uultus

in orbe. Quem dixere Chaos: rudis indigestaq; moles. Sed harum diui narum rerum ueritas: ut supra cōmemoraui diutius latuit: mortalesq; omnes ancipites tenuit: ad tempora usq; saluatoris nostri Christi: diui na omnia coelestia mysteria ueritatis luce mortalibus panduit aperu itq;: eosq; coelestium archanorū compotes reddidit: adeo ut nos nisi metipsos deserimus: illecebrisq; dediti ac uoluptatibus: a uirtute defi cimus: cum diuis aeternis numinibus: angelicisq; spiritibus perenni sempiternoq; aeuo fruituri sumus. Hinc Driopes Atheniēsis in qua ca pitale erat de deo nō recte sentire: siue de rebus coelestibus nouos ser mones inducere. Hinc illa uana prisca superstitio. Nam Litius Piso scriptum reliquit Tullium Hostilium regem ex Numae libris: eodem quo ille consueuerat sacrificio: sacrilegū illū Iouē e coelo: ut autuma bant: euocare/conatum: sed quoniam parum rite quędā peregisset ful minis ictu periisse. Ex Aegyptiorum opinione prisci putabāt uirgini bus diuinū spiritum infundi: ut de decem Sybillis diuinus Aurelius: Firmianusq; ex Marci Varronis sentētia cōmemorant. Sic & prisci il li a recta relligione delirantes Phoebades: quae Phoebo sacrae erant: & Menades Mimallones Bacchae Libero patri: Nymphae uirgines Ve stales & aliae numinibus dicatae: quarum alias diuinādi peritas: alias miraculorum compotes: reliquas diuinae sobolis propagatrices falso autumabāt: ut diuus Aurelius & Coelius autores sūt. Sic apud Grecos Melāpos: apud Romanos Martius: & relligiōis opinio/ quāuis impro ba Scipioni suffragata est: ad dignitatē/autoritatēq; cōparādā: cū ante aetatē in Hispaniā procōsul mitteret. Cū duo egregii Impatores breui tpe in eo bello cecidissent: imitat9 Pompiliū: qui figmēto pacto ab Ae geria respōsa recipe autumabat. Sic Scipio Iouis Capitolini tēplū sol9 ascendebat: nec canes oblatrabāt: ut sacerdotes tēpli aeditui/edixere: ut maiestas ipius Scipionis indies inualesceret. Sic Mari9 nō paruā auto ritatē in exercitu ex supstitiōe quadā assecut9 est: ex quadā fatidica in exercitu cōmorāte: quę diuinoℝ cōscia futura posse pdicere ab oib9 cre deret: simulato ac prauo cōsilio ut exercitū Romanūq; populū allice ret: quę etiā libertate donaret: & honore & munerib9 decoraret: Et Ser tori9 uir fortissim9 in exercitu: cerua alba utebat: quę/ut effingebat fu tura oīa sibi pdicere. Hinc Romanoℝ pōtificū disciplina sancitū fue rat: ut neq; oppidū neq; urbs aliqua ante oppugnaret q̄ Romani sacer dotes deum loci euocassent: & illi uouissent relligionis cultum apud

Romanos:ac locum ampliorem/templũ/delubrum/sacellũ/aut aram. Hinc effectum est ut inter Romana pomeria singula℞ prope gentiũ numina propria sacraria habuerint: propriasue ædes: creuitq; deo℞ numerus ad irrisionem usq;. Sed dei illius nomen sub cuius custodia erat urbs Roma: diutius latuit: nequa hostilis euocatio fieri posset: in relligiose existimabant: Romani uero natalem urbis suæ diem celebrauerunt: qui fuerat decimo Kalendas Maias: in quo urbem totam per uias & compita: festa uelabant lauro: maiores cedebant hostias: & non nunq̃ publicum præbebant epulum. Siquidem deum ipsum optimũ maximũ ueneremur: cæteris fabulosis numinibus explosis: pia relligione amplectimur: ipsum optime conciliemus. Nam nostras acciones fœliciores reddere potest. Hinc Cicero disseruit: pietate erga deum sublata: fidem & humanã societatẽ tolli: & iustitiam uirtutum omniũ excellentissimã. Sic & Homerus hanc excelsam uirtutem: in suis ducibus extollit/laudatq;. Et Maro/cum miro carminis præconio Aeneam efferret: sola pietatis laude cæteris ducib9 prętulit: nec quicq̃ magnũ illum agere inducit: nisi propiciatis numinibus: peractisq; rebus sacris. Quippe qui arbitrari uideatur relligionem ac pietatem: omnes uirtutes in se continere: cũ deus ipse summus longissime absit a tyranno℞ magistratu: uerisimillimũ/inquam/est deo opt. max. nihil inuisius esse pestilente principe. Et cũ nulla bellua nocentior sit ipso tyranno: itaq; nihil perniciosius esse mortalibus omnibus: q̃ impium regem. Quis/inquã/uel uitam degere queat superis & hominib9 pariter hostis & execratus. Proinde Octauius ipse: cũ percepisset caput suum crebris cõiurationibus peti: & alia oppressa: Tranquillo autore: protinus alia succederet: negauit esse tãti uiuere: ut omnib9 inuisus: in colu mitatẽ suã tot sanguine ciuiũ tuereť: cũ multos timeat oportet: qui timeť ab oĩbus: & tutus esse nequit: quẽ maxima pars hominũ cupit extinctũ. Proinde imperiũ: qđ uirtute administrať ac beniuolẽtia: nõ solũ quieti9 est: ac iucũdius: ue℞ etiã diuturni9 ac firmi9. Nempe nulla tyrãno℞ potestas tã munita fuit: quæ diu cõstiterit: & quoties reip. status in tyrãnidem degenerauit: toties in exitium ꝑperasse cõpertũ est. Hinc illud Homeri in Achille pręconio fortunatũ exclamauit: Alexander ipse: cũ illius sepulchrum in Sigæo cerneret. Nam heros fuit: animi uirtute: & corporis robore præstantissimus: nõ tyrãnidi nõ impietati: sæuitiæq; deditus. Sed cum ab armis regio more: qui uirtute

illustratur: ociū erat se ac socios suos omnes stadii spaciū excurrendo exercebat. Hinc Cosmographi asserunt locum esse apud Panthicapes: Nomadas/Georgosq; disterminant quē cursu ac illis apellant: in quo ludicrum certamen uictoriæ celebrauit: & cursu longe alios præuertit. Pyratica enim classe Ponticū mare aliquandiu infestauerat: & ubi segniciem pelagi aut reflantes uentos cernebat: nō sinebat socios per ignauiam torpere. Vnde Homerus: Achillem sæpe pedibus uelocibus appellat. Hinc Cato senior nihil agendo homines male discūt agere. Sic Epaminundas Thebanus peragebat: uir omni uirtute pstantissimus: omnesq; artes ac disciplinas calluit: quæ ad summū quēq; imperatorē pertinent: nō tamē ita se exercebat: ut dignitati/ualitudini/ac saluti optime nō consuleret. Quippe Philippus Lysimachi frater: cū nimio cursu contenderet: ut Alexandrū celeri equo uectum assequeretur: spiritu præcluso cecidit: & inter regias manus expirauit. Siquidē & si Canistius cursor Lacedęmonius: uel Philonides magni etiā Alexandri cursor: quos alacres adeo fuisse scribunt: ut alites potius q̄ mortales existimarentur. Nec Ladas segnior his habitus est: quem ita pernicitate pedum: ac corporis leuitate præstitisse aiunt: ut cū per puluerem uel per harenam cursum haberet: nulla pedū uestigia imprimeret. Sic & Polimestor Millesius puer cū capras pasceret: leporem ludicro certamine assecutus fuisse dicit. Tamē pulchrius illud Alexandri magni: qui cæteros coequales celeritate pręstitit: percunctatus si in olympiaco certamine stadioq; certare uellet: respondisse perhibetur/ uelle: siquidem si cum regibus certamen esset: uerum cū priuatis decernere: nō/inquā/ admodum uictoria esset unde deuicto Dario: nō paruam prædę partem in Italiam ad Crotoniadas dono misit: ob gloriam decusq; Phayli eorum pręclari fortissimiq; ciuis ac athletæ. Sic Papirius Cursor in re bellica: & animi uirtute: corporisq; uiribus laude gloria illustris: ob pedū pernicitatem: honoris dictus est cursor. Nam milites in re bellica suæ ætatis superauit. Siquidem Samnitibus iugum ipsis: & de recepta Luceria triumphauit: quibus Samnitibus / Horosio autore / Eutropioq;: Si Romani fidem seruassent: postq; ab his Samnitibus exercitus Romanorum iugo etiā suppositus: aut Romanorum nomē abolitū: aut Samnitū imperio seruiuissent. Cæterum Pelopidas Thebanus: palestra & cursu sūmopere oblectabat: & omni exercitatione: quæ aliqua ex parte militarem usum adiuuare posset. Sic Marius cum septimum

iniret consulatum annũ octuagesimũ agebat: in campo Martio cum adolescẽtibus exercebatur:ad cuius spectaculũ Romani: quasi omnes occurrebãt: nõ tam exerciciũ uisuri:q̃ uires ac robur consulis:cũ iuuenibus cõgredientis. Et Pompeius:ut Plutarchus autor est: copias suas luctando: excurrendo: equitando exercebat: ad postremam usq; eius expeditionem:& praesto aderat praeter aetatem ad omnes maximos labores. Alexander uero magnus triginta milia circiter puerorum delegit: ex uariis mortaliũ genere:ut Arius autor est:Curtiusq;: & pleriq; alii illustres: quorum singulos oculis spectare uoluit: lustrariq;: adhibitisq; praeceptoribus:tum in disciplinis litterarum:tum in omni militari exercitio Macedonico more exerceri:ac uariis armorum usibus consuescere. Hi iam exoluerant:& eximiam uirtutis indolem ostendebant. Hac quidẽ manu:Patritio autore:reliquũ quod erat totius orbis terrarum subiicere quiuisset:tantae clementiae/indulgentiaeq;:ut uicto Dario: ipsius Darii genitrix: audita Alexandri morte: sibi ipsi uiolentas manus attulit. Quippe de Sertorio:Plutarcho autore:qui torosos lacertos: & corpore extitit: & ad robur/celeritatem/laborũq; omniũ tollerantiam idoneus extitit. Sic & Scipio maior:iuuenis admodũ:in castra Cornelii patris: in Hannibalem armis & disciplina militari edoctos:patre uulnere cruentato apud Ticinũ:ut meminit Liuius Plutarchusq;: & ab hostibus circũuentũ:equestri praelio seruauit:ciuica corona donatus est. Proinde Hannibalem ipsm ab Italia in Africã pepulit:ibi eo debellato Charaginensiũ uictor euasit. Sic rursus Alexander decimũ sextum annum agens:Plutarcho/Arioq; autoribus: cũ Philippus pater contra Bizantios ductaret exercitũ: Megarenses spreta Alexandri aetate:eos aperto Marte fundit:moxq; uicit:& capta urbe ciues omnes expulit:& nouos colonos induxit. Inde Macedones adeo admirati sunt: ut Alexandrũ regem: impatorem Philippũ nũcuparint. Hinc Caesar ipse Plutarcho asserente/ingemuisse fert prospecta imagine Magni Alexandri apud Gades:q; ad eam usq; etatẽ nihil praeclarũ ipse pegisset:qua ille magnã orbis terrarum partem subegisset. Sic Graeci quinq; in pugna ludis utebuatur: pugnis/cursu/luctatione/iactu/ saltu: ut Patritius autor est. Quippe ubi in aciem descenditur: ubi uera militia exercetur: & cum hoste cõcurrit: illic puluis: estus/sudor/sitis/clamor militaris: hostiũ incursus:timor/spes/& alia multa adeo animũ pturbãt ac distrahũt:ut uix illi qui a teneris annis talia perpessi sunt: eadem perferre ualeant.

Sicut ut Homerus disseruit Vlysses:Menelaus: Theseus: Pirithous/ etiã longinquas egere militias adeo:ut ad inferos usq̧ descẽdisse fabulæ phibent.Sic Aegyptius rex Ptolomeus:milites assiduę bellicis laboribus exercebat: ne sineret illos p ignauiã ac desidiã tabescere: tacete/ inquiens/& quis regem admiretur: qui ad hanc ætatem: quam nunc nihil memoratu dignũ egerit:nec rebus a se gestis qualis sit ostẽderit. Sed quondã inani meditatione se offert:& Philopomenes ac eoꝝ dux: Emilio autore:per omnẽ ætatẽ suã semp ociũ posus est.Et Pyrrhus ille Epirotaꝝ rex:ut Plutarchus disseruit: & pleriq̧ alii: ꝙ cũ Antigonus etiã rex pcunctaret:quis præstantissimus omniũ ducũ ei esse uideret: respondisse fertur Pyrrhus:si ei ad seniũ usq̧ peruenire cõtigerit: nam imperatorias omnes etiam artes optime calluit.Quippe ut Iulius Pollux Cõmodo Cæsari disseruit:scriptumq̧ reliquit:regias qualitates:illustresq̧ descripsit titulis.Pater/mitis/placidus/lenis/ꝓuidus/ ęquus/ human9/magnanimus/liber/pecuniaꝝ cõtẽptor:haud obnoxi9 affectibus sibi imperans:dominans uoluptatibus:ratione utens:acri iudicio: perspicax/circũspectus/ualens consilio: iustus/sobrius/minimoꝝ curã agens:mortalium negocia curans: stabilis/firmus/infallibilis/ magna cogitãs: autoritate præditus:industrius,confector negocioꝝ:sollicitus pro his quibus impat:prõptus ad beneficentiam: lentus ad uindictã: certus,constans,inflexibilis,propensior ad iustitiam:facilis aditu: comis in congressu:cõmodus,alloqui uolentibus blandus: expositus,curam agens sibi parentũ: imperio amans militiam suoꝝ: qui strennue iustũ bellũ gerat:sed qui bellũ nõ affectet:pacis amans:pacis conciliator:pacis tenax:appositus ad emendandũ populi mores:qui ducẽ agere norit ac principem:qui leges salutares sciat condere:natus ad benemerendũ:diuina specie.Siquidem his caruerit: ut idem Iulius Pollux autor est: his fœdabitur titulis/tyrannus/sæuus/crudelis/efferus/uiolentus occupator alieni/ auidus pecuniaꝝ: & quod uerbum est apud Platonem:pecuniaꝝ cupiens:rapax,& quod disseruit Homerus:populi deuorator/superbus/elatus/difficilis aditu:omnibus incõmodus: ad cõueniendũ:durus ad congressum:incomis ad colloquiũ: male iracundus:irritabilis/terribilis/turbulentus/uoluptatũ seruus:intemperans, immoderatus/incõsideratus/inhumanus/iniustus/incõsult9/iniquus/ impius:mente carẽs:leuis,incõstans,& qui facile decipit:male facilis: immitis:affectibus deditus:incorrigibilis:cõtumeliosus:belloꝝ autor:

grauis/molestus/incohercibilis/intollerabilisq;. Siquidem olim qui bene imperassent: iis apud Aegyptios: Romanosq; diuini decernebantur honores. At in tyrãnos p̃miũ erat ex publico q publicũ hostẽ occidisset. Nã prisci reges nõ ob aliud cõstituebãt: populi assensu: q̃ ob eximiam uirtutem quam heroicam uocauere: ut Homerus tradidit: uelu ti diuinæ proximã: & humanæ maiorem originẽ. Igitur principes sui meminerint oportet: Isocrate differente: illud intelligentes: Sed nec principes quidẽ esse: si eo caruerint: quod primũ principes facit. Nem pe cum multæ sint formæ rerũp. philosophoꝝ omniũ ferme sentẽtia est: Saluberrimã esse monarchiam nimirũ ad dei opt. max. exemplar ut rerũ summa penes unũ sit: uerũ ita: si is ad imaginem item dei sa pientia: probitateq; cæteris omnibus antecellat: & nullius indigens: nihil aliud studeat: q̃ prodesse reip.q; si secus extiterit: pessimus reip. status erit: ut qui cum eo certet qui omniũ optimus est. Siquidem & re giæ aliæ uirtutes sint exercitatio ipsa: ut iam memorauimus: quaꝝ om niũ exercitationũ: ut Patritius disseruit: præcipue habenda est: equitã di ratio: quæ quidem in pace iucunda est: in bello autem utilis ac per necessaria: qui enim indecore equo insidet ridiculus efficitur. In acie ad omnes actiones bellicas inutilis redditur. Quis/inquã/ ineptus hostis ictum sustinere: aut cauere scit: aut hastam dirigere: cubito uel ulna cõ plexam: stringere equũq; flectere: & alia peragere: quæ rei militari con ueniant. Cataphractoq; equo uti: ut apud Persas mos fuerat: ut Mar cellinus & Curtius edixere: Equitibus equisq; tegumenta erant ex fer reis laminis; inter se cõnexis in modum tenuis plumæ. Sic de Cæsare Tranquillus: Plutarchusq; edixere: & Oppius uir eruditus meminit: duobus pluribusue notariis sæpe numero epistolas diuersarum rerum. abunde admodum inter equitandum dictitabat: & equo usus admirã de celeritatis/ferocitatisq;: ut neminem præter eũ sessorem admitteret: humanas etiam ungues habuisse perhibent: ut Plinius autor est: illũ sculptum ante Veneris simulachrum conspexisse. Sic & Alexandri bu cephalus sentire quem ueheret: summittebat genua cum rex uellet as cendere: illumq; dorso sponte sumebat: & post nauatas Indię uictorias ipsius nomine Bucephalam extruxit urbem. Nam in pueritia: ut Plu tarchus inquit cum indomuerat/cum ob ferocitatem ab aliis tractari se nõ sineba. Nam blande illũ per iubam apprehẽsum: reiecta sensim clamide tutus ascendit: habenisq; q̃primũ subegit. Hinc pater Philip

pus caput deinde osculatus:aliud iam tibi par regnum quære: Macedonia enim nõ te capit. Sic Nicomedis regis equus:rege demortuo mᴂrore tabeq; confectus inedia periit. Et Octauii equus:ut Plinius autor est: sepulchrum marmoreũ habuit: & de eo Germanicus Cęsar carmẽ scripsit. Et Symonis Atheniensis uiri clarissimi sepulchra equarũ:non parua impensa constructa / statuit: quibus bis uictor in Olympiacis ludis coronatus fuerat. Hiis Sarmatæ utunt̃ cũ longiora itinera actu ri sint: etiam Plinio differente. Ea equidem forma deligebatur equus ut Maro testis est:illi ardua ceruix:argutumq; caput:breuis aluus:obesaq; terga: Luxuriatq; toris animosum pectus. De quo Columella plu rima scribit: cuius primũ domitorem Bellerophonta fuisse tradunt:de quo Persius & pleriq; poetæ:equi Pegasei caballini fontis musis dica ti fabulam finxere. Et Scythæ Parthiq; Herodoto autore: Iustinoq;: Equoꝝ equitatusq; præstantia gloriantur: seq; mortales omnes: sagittandi iaculandiq; ex equo ratione: atq; usu præstare profitent̃. Hinc Virgili9:Fidentemq; fuga Parthũ:celeriq; sagitta. Sic & Lydis equos uelocissimos esse perhibent. Vnde Pindarus: pedes Lydium currum sequi uidetur cum nec calcaribus neq; flagello indigerent. Et Argiui in equestri militia gloriam habuere. Pœnorũq; equi infreni a Marone dicunt̃. Et Sillius: Numidæ gens inscia freni: Quis inter geminas per ludum mobilis aures: Quadrupedum flectit nõ sedens uirga lupatis. Et Cæsar in equestribus præliis Sueuos extollit:asserit eos in certaminibus sæpe desilire: ac pedibus præliari: equos enim eodem uestigio quo relinquũt permanere. Sic & Patauini equi ostendũt̃. Nam Octauio quingentos equites misere: ut Strabo refert. Sic & Lucẽ̃ses a qb9 Romanus Senatus aliquando militares accepit ordines. Et Asturia Hyspaniæ regio de qua Sillius: His paruus sonipes nec Marti notus at idem:Aut in concusso glomerat uestigia dorso:Aut molli pacata celer trahit esseda collo. Hinc Agrigentini equi ut Pindarus ait:admissariis ab Agrigentinis acceptis:Cappadoces equoꝝ amissam sobolem recuperauere. Sed Romani in equestri militia cunctos mortales supera runt Vegetio autore:Appianoq;: Siquidem parum/differentes/Romanoꝝ paucitas aduersus Galloꝝ multitudinem ualuisset: sic eoꝝ breuitas contra Germanoꝝ proceritatem: ita eoꝝ probitas contra Afroꝝ dolos: Græcorũq; artes:nisi disciplina usu exercitationeq; militari:& uirtute atq; constantia mortales omnes præuertissent. Nam ꝓpriũ regũ

est uirtuti incumbere • Hinc Isocrates regi suo: tibi ipsi nō minus atq; aliis imperato:idq; rege maximo dignū esse ducito:si nulli seruieris uo luptati:sed cupiditatibus tuis magis:q̄ ciuibus domineris: nullā uitæ consuetudinem temere: neq; citra delectū admittas: sed huiuscemodi exercitiis consuesce delectari: e quibus tum ipse profecturus sis: tum aliis melior esse uidearis:quas & mali restare possint:sed uirtutis nomi ne tibi placeas:in qua nihil tibi sit cōmune cū improbis•Honores/inq̄ uerissimos puta:nō qui metu deferunt in propatulo: sed quoties ipsi apud sese animū tuū:magis q̄ fortunam suspiciunt•Siqua re parū ho nesta te continget delectari fac clam id facias• Quoties autem in maxi mis uersaberis negociis:tum populū testem admitte:ne postules ut cæ teri quidem composite uiuant reges aut incomposite: qui magis tuam temperantiā aliis exemplū facito•Gnarus totius ciuitatis mores prin cipis imitari uitam•Hoc argumento cognosces te recte imperare:si eos quibus imperas uidebis tua cura reddi simul & opulentiores & tempe ratiores•Magis euitare ut honestam famā liberis tuis relinquas q̄ in gentes opes•Quippe mortales sunt hæ,illa īmortalis • Et per famā pe cunia parari potest:fama enim nūmis emi nō potest•Ad hæc/pecuniæ contingit & malis: famā nemo parare potest nisi uirtute cæteris ante cellat•Quippe etiā & nandi usum in uirtute militari prisci censebant• Hinc Iulius Cæsar cū ad Alexandriam pugnaret:irruente hostiū mul titudine destitutus: nando ad proximā nauem euasit: Tranquillo au tore:& elata leua:ne libelli quos tenebat perfunderent: paludamentū mordicus trahebat: ne hostis illo potiretur: utq; tutior aliquantulū a missilibus esset•Sic Romani campū Martium elegere iuxta Tyberim ut iuuenes etiā nandi arte exercerentur•Sic Horatius Cocles:Liuio au tore:nandi beneficio:Porsena Thuscoꝝ rege:pro Tarquinio recipien do:dum alii sublíciū reiiciunt pontem: solus Etruscos sustinuit: & in amnem se demisit: tutusq; in urbem euasit•Tunc Scæuola illud præ clarum peregit facinus: ut impositam accensis altaribus manū: exuri pateretur:eaq; fatū perhibent:illustres historici:trecentos in reges con spiratos:illum admiratū:ad pacem Romanis dandam animū appulit acceptisq; obsidibus:ab iniuria destitit•Clœlia uirgo & Sitia obsides: transmisso equo Tyberim Romam peruenere:Senatusq; censuit:eque strem statuam sacra in uia poni•Sed ut Dionisius ex Marci Varronis sententia disseruit: Clœliam a Porsena rege equo donatam fuisse: &

exinde statuam meruisse equestrem. Hinc illud Maronis in Italorum laudib9: Durũ a stirpe genus: natos ad flumina primũ: Deferimus sæuoq; gelu duram9 & undas. Sic Sertorius in Cymbrico bello: Plutarchus memorat: ipso uulnerato equoq; amisso: thoraçaq; indutus: scutũ & arma tenens Rhodanũ fluuiũ rapacissimũ: qui inter Rhetos: Noricosq; fluit: per aduersos fluctus plurimũ nando traiecit: tutus ad suos peruenit: hostium effugiens manus. Et Sillius in Africani superioris gloriam: ipse inter medios uenturæ ingentia laudis: Signa dabat uibrare sudem: trãsmittere saltu: Murales fossas: undosũ frãgere nando: Indutus thoraca uadum spectacula tanta: Ante aciem uirtutis erant: sæpe alite planta Ilia perfossum/& campi per aperta uolantem. Ipse pedes præuertit equum/sæpe arduus idem: Castroꝝ & saxa transmisit & hasta. Sic & Cæsar de Scæuola disseruit: in Britãnico bello: ex eo scopulo quem solus per integrũ diem ab uniuersis Britannis defenderat: nocte se in pelagi profundũ deiecit: & graui scuto onustus: ad Cæsarẽ nando euasit: & ex gregario milite Centurionis gradũ adeptus est: uitisq; honore donatus. Hinc Arius: Curtiusq;: cũ aliquando Alexander maximũ flumen in Indica expeditione cum exercitu iter perageret: & cum nullus militum ipm̃ transire auderet. O me deterrimũ: qui nunc nusq̃ nare didicerim: deinde rapto incumbens clypeo audacter traiecit: Sic exercitus ipse: aut nando aut equitibus herendo: aut sublatis in uerticem sarcinis: hastisq; nitentes pedibus transmisere. Sed sic omnes madidi undiq; ripis aggeribusq; fluminis expositi sunt: ut facile exercitus omnis delendus erat: si pares hostium copiæ illum aduenientem accepissent. Extollit Tranquillus: illum impiũ Cæsarem Domitianũ: ꝙ tanta sagittandi arte ualuerit: ut nõnunq̃ in pueri eminus existentis expansam dextram per singuloꝝ interualla digitoꝝ: sagittas innocue mitteret: nec pueꝝ lederet: nec a destinato signo discederet. Hinc prisci sagittandi usum numinibus illis fictis: ut Apollini: Cupidini: Dianæ tradidere: & etiam Herculi: quem arcu Stymphalidas aues confecisse aiunt: & complures hostes peremisse: & ex illius pharetra Troiana pendere fata fabulat9 est Homerus: Et ab Agamennone: Philoctetes Herculis heres: honore præmiisq; afficitur: ut eius ope ad uictoriam mutuarentur. Sic ille Aethiopum rex: cum Cambyses Persaꝝ rex in eũ transmittere exercitum destinasset: magni uigoris arcum suscepit: tractũq; ad narem usq; nudis brachiis: exploratoribus Cambysis ostẽdit:

& sagittam certo ictu: magnis uiribus excussit: deinde ut illum dono regi suo afferrent/iussit. Illi abeuntes arcum Cambysi obtulerunt: ut Plutarchus cōmemorat: Herodotusq;: quem tentās rex: uix duobus digitis magno quidem conatu traxit: & cum aliis etiam præbuisset: nemo ex tanta multitudine inuentus est: qui illum ulterius trahere quiret. Sic Cambyses ob Aethiopum uires eum sibi magna beniuolentia conciliauit. Sed Plutarchus: deum ipsum maximū optimūq; sibi conciliasset: ut Academici dixere: arbitrantesq;: tunc certe deum ipsum: assequi/conciliareq; ac quęrere: quando ipsum diuinum numen quoquo modo notum: in primis amantes: per eius omnia opera testimoniumq;: tanq̃ uestigia quædam diligenter inuestigamus: & uerius ueneremur. Inuentum atq; huiuscemodi perscrutatio ab omnibus perturbationibus: deinde a nebulis animū purgare censentur. Maiestatem/inquam/illam diuinam uel sapientiam emulari non possumus: semper infirmi/semperq; ambigui & utrum consecuti: sumus semper incerti. Siquidem deum esse potestatem & sapientiam quandam: ita regentem omnia: ut rerum gubernatarum conditionibus & passionibus non sit admixta: sed penitus segregata: ubi sane excelsam esse nihil impediat quo minus assit singulis atq; prouideat. Hac ipsa prouidētia separata usi fuere prisci illi philosophi: ut Socrates ac post illum Thianeus Apollonius: ut Philostrates meminit. Siue magus/ ut inquit diuus Hieronymus: siue phisicus ut Pythagorici tradunt: peregrinatus est ad Persas: Caucasum/ Albanos/Scythas/Massagetes: opulentissima Indiæ regna penetrauit: & ad extremū latissimo Phison amnē peruenit. Ad Bracamannas & Hyarcham in throno sedentem: de natura de moribus ac de cursu syderum & dierum audiret docentem. Inde Helemitas/Babylonios/Chaldeos/Medos/Assyrios/Parthos/Syros/Phœnices/Arabes/Palestinos: reuersus ad Alexandriam: perrexit ad Aethiopiam: ut Gymnosophistas: & famosissimam solis mensam conspiceret in sabulo. Inuenit ille uir ubiq; quod dixerat: & semper proficiens: semper se melior fiebat. Sic Pythagoras Memphiticos uates: & Plato Aegyptum: & Archita Tarentinum. Sic & Liuii contemplationem ex Hyspania: Galliaq;: tanti hominis fama traxit. Et deinde Galieni nomen summi medici quod Roma non euexerat Galienus ipse deduxit. Itaq; Christi ueri dei: uitæq; magistri: iter amplectamur: quam omnes prosecuti sunt: qui tandem eiuscemodi

uitæ officiis: miraculosa quædam opera: quasi iam diuini perpetrauisse feruntur. Horumq; deprecationes tanq̄ diuinorum: deus ille summus exaudit. Nam & uoluntas eorum una cum uoluntate dei cōcurrit. Deus ipse animis sic effectis frequenter: ut instrumentis uel subiectis utič ad miracula peragenda/ppetrandaq;. Deniq;/ut inquit Acadamicus / si ad amicum spectat honestis amici desyderiis obsequi: mens si quidem diuina:cui mentis ipsæ similitudo: partim naturalis: partim nacta amicas peragit legitimis mentium optatis satisfacit: ad cuius probitatem prorsus immensam: excelsamq; spectat cuncta bona latissime: cumulatissimeq; usq; quaq; elargiri: animis mentibusq; illis:ad diuinum illum fulgendissimū: lucidissimūq; bonum: diuino munere: diuinaq; prouidentia: probitate: clementiaq; instigatis: protractis euocatisq;.

¶Finit liber Sextus.

PTIMARVM RERVM ARTIVMq; in
uentores:atq; sculptores cum extitissent: his nō conten
o ti: ut qui nō modo se sibi: uerū aliis quoq; a deo cuncto
mortaliū generi natos arbitrarent: sua inuenta: suorum
quoq; laboꝝ & industriæ fructus: citra omnem inuidiā
satis expolite atq; limate:ad posteritatis utilitatem:litteris & memorię
tradere/destinarūt. Quid enī quęso p̄clarius qd pręstabilius mortalib9
cōtingere poteſt q̄ quæ honeſta natura sunt:ſtudioſe excolere: pagere:
expetereq; ? Quid fructuoſius:quid uitæ conducibilius ? q̄ quæ semel
expetenda:peragendaq; delegeris:hæc ut tibi compares elaborare atq;
anniti. Nempe ut his potitus ad cōmodum uti queas. Quid deniq; li
beralius: quid cōmunius ? q̄ ea in uſum conferre hominū: & quidem
ultro atq; gratuito: qbus adipiſcendis ipſe diu multumq; insudaris:di
ligentiam/ſtudium/operam/exhibueris:uigilias complurimas egeris:
sumptus ingentes feceris: nauigandi:peregrinandi difficultates: ſi ita
neceſſe fuerit / pertuleris. Enīuero īmortale nomen: & pęne diuines
honores: his rationibus pleroſq; mortalium conſecutos accepimus.
Propterea q̄ ſuapte induſtria: fœlicitate quadam ingenii freti: uirtu
tes adamantes: humanitatem & bonas artes amplexantes:tale ſibi ſu
munt negocium: unde clarissimo ipſoꝝ nomini: īmortalis gloria quę
reretur: & bene de aliis promerendi facultas eis ſuppeditari quirent.
Nec inq̄ priſcoꝝ illa ſententia amplectenda:q̄ nō uirtute ſed Nemeſis
numine:quis ad grandia prouehit: quā uirginem uictricem nuncupa
bant:qua qui ex malefactis puniebatur. Vnde uictores Nemeſim in
uocabant. Nam Romani cū perconſerent iuſta mouere arma: cæteræ
nationes liuore odio & maleuolētia:q̄ imperiū tātę urbis:tela in popu
lū Romanū capiebāt. Nemeſis quā pleriq;:uana ſuperſtitiōe exiſtima
uere:eſſe uim fortunę:alii filiā iuſtitię:alii uim quandā eſſe inter cœle
ſtes diſcurrentē:prima reꝝ ſemina quę factoꝝ & fortiū uires tēperaret
atq; emēdaret:reb9 humanis trutinā adhibere: e cœloq; terrena deſpe
ctare:nocētes puniret:bonis p̄mia largiret: eſſeq; uelociſſimā quæ diu
nō pmitteret impios p̄eſſe atq; craſſari. Alata fingebat: & ei9 pedibus
ſupponebat rota:cū citiſſime diſcurrat:ſed tādē ut priſci edixere:multi
tudine ſceleꝝ indignata:oculos iā diu a reb9 hūanis auerterit: & cū ge
nitrice:poetico figmēto aſſeruere:in remotiore pte cœli:ultra terraꝝ re
giōes nō reditura:renaſcētē orbē expectat. Diſſerēteſq; fata uiā iueniēt
aderitq; uocat9 Apollo: Tunc igit aureū illū arboris ardu̧ ramū:car

pe manu: nanq; uolens facilisq; sequetur: cum te fata uocant: ante non uiribus ullis: Vincere nec duro licuit conuellere ferro. Sed uides ne Maronem una cum fato actionisq; nostri arbitrium cõiunxisse: ubi ait: carpe manu: relligionemq; quoq; dominari fato: ut meminit: adecitq; uocatus Apollo. Idem Ptolomeus ipse sapiens adiuuabit opus astrorum: quemadmodum agricolam terræ naturam: Siquidem omne lumen ex alto dependet: uirtutumq; splendorem ex ipso patre luminum dependere: ut summus ille bonorum omnum autor: mortalium probitatem atq; fœlicitatem solus condonat: & confirmatam auget dispositionem. Quippe ut Academicus disseruit: compertum uero habemus: omnes qui prædicendis futuris curiosius inhiant: omniũ infortunatissimos uel fieri: cuius quidem aduersitatis causas: uel manifestas uel ocultas esse putamus. Manifesta profecto causa est: ꝙ infinito ac prorsus in certo futurorum studio: sua semper omnia negligere compelluntur: plerumq; uero imminentis fati uel promissis confisi: uel nimis deterriti: sua quidem sententia necessariis his interea nihil agunt: toti uidelicet ex fato pendentes. Ocultas autem huius rei causas esse arbitratur: ꝙ prouidentia diuina: cui natura/ fatũ/ fortuna/seruiunt: non omnibus omnia: sed sua cuiq; iuste dispensat: quibus ergo & his quidem uolentibus futura concessit. Namq; qui futura audacter anticipant: quæ cœlestis ille pater: in sua posuit potestate sibi ipsis: qđ dei ipsius est: insolẽter usurpãt. His ergo de9 ipe indignat9: eos tãq̃ gigãtes illos sup̃bia elatos: & fulminat. Q̃ndoq; dẽ ad sola p̃sentiũ lõge deficiam9: nec dũ ad futura quoq; sufficiam9: Q̃d diuin9 p̃cepit Paulus: memoria mẽteq; semp tenẽdũ nolite sapere plusq̃ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatẽ. Hæc inq̃ illa est Sup̃bia: quę ut Augustin9 meminit: est peruerse celsitudinis appetit9 uel ꝓprie excellẽtie amor: ut Hugoni placuit & Isidoro: nã ꝓprie est inordinat9 appetitus excellẽtie cui debet̃ honor & reuerẽtia. De qua Tibull9: At q nec diuis nec hoĩes cõponere equũ est: Et Naso: Dũ petit infirmis nimiũ sublimia pennis. Icarus icareas noĩe fecit aquas. Odim9 in modicos expto credite faust9. Sępe tacẽt odii semina uult9 habet: Et Satyrus: Maxima quæq; domus seruis est plena superbis. Therentius quia paululũ uobis accessit pecuniæ sublati sunt animi profecto: hoc est omnibus nobis ut res dant sese ita magni & humiles sumus & Sophocles: Se uirum oportet & si corpus natura fortitus sit magnum existimare

posse cadere etiam ac paruo incōmodo: & Cleobolus: Ne superbus sis nunq̄ minorem ne despicias: Et Periander: noli te extollere ob famam Et Phocilides: Ne sis superbus sapientia: neq; fortitudine: neq; diuitiis unus deus est/sapiens/potens/ & beatus: Et Pallades / Melius est fortunam præmentem tollerare quam diuitum superbiam. Et Maro Tanta ne uos generis tenuit fiducia uestri: Non ea uis animo nec tanta superbia uictis. Hinc Comicus: Non decet superbum hominem esse seruum secundas fortunas decens superbie: Nullus euitat penam quando fortunatus est maxime ne superbias. Vnde Homerus Suis superbiis forte aliquando animā perdet: non quidem honestum superbe gloriari. Nempe uirtus ipsa propria principium est: solaq; illos illustrat: ut Plato meminit: inquit enim: ut poetæ finxere in Pallade una cum potentia pariter sapientia conspiraret. Necnon in Cæsare magnanimitas cum clementia: Sicut in Scipione grauitas cum comitate / concurreret: in quo & præterea floreret & iustitia Mynois: Aristidis: Diuina illa Christiana relligio: non Numæ: sub quo pax illa Octauii rediret: qui deniq; pacis studia rebus bellicis anteponerent: templa fundarent: publica gymnasia litterarum peragerent: quos populi nō tam metuant q̄ ament & obseruent atq; mirentur. Huiuscemodi inquam est optimi principis species: a Platone quondam expostulata: a populis ipsis exoptata: ut uirtutū radiis inflāmatos populos: ipsum optimū principem: quasi cœleste numen colere ante alios principes atq; uenerari. Deniq; Xenophon: & pleriq; alii: canum uenationisq; exercitiū regib9 ipis pmisere. Hinc Homerus in Vlysse: cū ad Troianū bellū pficisceret Subulco canē reliquit: & cū actis uariis laborib9: & plurib9 errorib9: ac periculis supatis: domū post uigesimū annū rediret: agnitus a cane extitit: & consueta adulatione: solitoq; ambitu exceptus. Sic Masinissa rex: cū se hominibus custodiendū nō crederet: canū custodiæ se permisit: quoꝝ latratu sæpe latentiū hostiū insidias euasit: & uenientes in se aduersarios: longe ante perdidicit cauitq;: & beneficio canū aliqñ uictor extitit. Et ut Patriti9 autor est: canis munere ab iminēte aspidis morsu: hominē quēdā in herba dormiētē: uitæ redditū. Sic Garamantū rex: a canib9 in regiā aulā: quos uenatiōis causa aluerat fuisse rîstitutū: hostib9 patefactis. Sic & Cymbri in Mariāo bello: Plutarcho autore: q postq̄ pro dñis diuti9 pugnassēt: ceci dissentq;: canes inuenti sunt q ab eoꝝ cadauerib9 nusq̄ abigi ualuere.

Sic & Colophonii:ut plerię scribunt:magno studio canes instituebāt & in nocturnis congressibus uictoriam præbebant•Sic & canis ille in Epyro : a latronibus Hero interempto: percussores persecutus est usq in urbem:uno agnito in mortalium cōuentu:laniatu/latratuq; adegit: ut scelus fateretur: indicatisq; sociis scelerū: in eos animaduersum est• Sic Secellius iureconsultus:canis beneficio euasit : cum e rure rediret: seruis remote agentibus:ab inimicis circūuentus• Hinc illa canum fides Gyrone Syracusaꝝ rege : Plinio autore:Hero mortuo: accenso rogo:se flammæ iniecit•Sic & Cimachi regis canis:Durides appellatus : & Iasone Lytio interfecto:per inediam canis ipsius expirare uoluit•Et Romæ cum animaduersum esset familia : cadauerq; custodiret canis: magna populi Romani circūstante corona : & cum ei quidam cibum obiecisset : illum adinteremptos tulit: cadauera in Tyberim proiecta: annatauit canis: dominū sustinere conabatur : admirantibus cunctis: canis spectatā fidem : ut Plinius autor est•Et Molosi Epirotarū gens : qui sub Pyrrho Neophelemeo:Achillis filio: ciusq; posteris diutius extiterunt:canes in uenationibus habuere : quoꝝ tanta fama percrebuit ut excellētes omnes uenatici canes Molossi appellarentur•Sic deinde Sparthani quos Virgilius uelocitate reliquis omnibus præfert• Et Aristoteles edocet in omnibus animalibus fœminas molliores esse maribus præter Vrsas & Pardas:tamen Laconicas canes fœminas prętulit & Orchus Mollossoꝝ rex : ut poetæ effinxere : qui Ardaneo adiutore Proserpinam:quæ in Sicilia iuxta Hypponū oppidum: quam deinde Vibonam Romani appellarunt:uenerat ut flores legeret/rapuit: canē habuere Cerberum nomine : qui Perithoum lacerauit/ animamq; efflasset : nisi ei Hercules præsto affuisset • Vnde Perithous ab Hercule reuocatus ab inferis fabulatur • Sic & Indoꝝ canes fœminas in nemore alligatas: ex tygribus concipiunt : ferocissimosq; canes gignūt • Sic & in Gallia ferocissimi canes oriūť ex lupis: & rex/ut Arius refert Albaniæ canes magne magnitudinis/ferocitatisq; Alexandro dono dedit : qui animalia cuncta spernebant:solos Elephantes Leonesq; magna celeritate expugnabant• Siquidem Marone autore:uenationis disciplina in Italia uiguit : uenatu inuigilant pueri : syluasq; fatigāt: Flectere ludus equos:& spicula tēdere cornu•Sic Mitridates qui quadraginta & sex annis cū Romāis:uaria fortuna bellū gessit:puer admodū patre amisso in syluis latuit : uenationū tollerantia edoctus : ut animi

etiam uirtute omnes ætatis suæ reges anteiuerit: Plutharcho autore Appianoq;: & dignitate ac maiestate imperii priscos quoq; adæquauerit. Et Alexander etiam uenationis studiosus extitit: quasi laborꝝ Herculis emulus: ut pleriq; scriptores referunt. Et Plinius ad Cornelium Tacitum scribens: mirum est/inquiens/ut animus a cogitatione motuq; corporis excitet': iam undiq; sylue & solitudo: ipsumq; illud silentium: quod uenationi datur: magna uenationis cogitamenta sunt: proinde cum uenabere: licebit autore me ut panariũ laguncula; sic etiã pugillares feras: experieris enim Dianam non montibus magis q̃ Mineruam inerrare. Sic & Polipidas Thebanus exul arcem Cadmęam occupauit: ut uenator cum sociis iam uergente sole ad occasum Thebas ingressus: a nemine agnitus. Sic Viriatus Hispaniaꝝ dux ex pastore factus: militarem disciplinam ex sola uenatione didicit: cum nulla generis a maiorum cõmendatione clarus esset: uninersum Hispaniæ exercitum: illustri gloria contra Romanos diutius duxit. Hinc Darii sepulchrum Persaꝝ regis: ut Onesicrat9 disseruit: ut Strabo refert amicus amicis fui: eques & sagittator optimus: uenatores omnes superaui: & quæcunq; facere uolui facere potui. Et Pompeius quoq; ut Numidiam uictor peragraret: uenationibus leonum & elephantoꝝ Pluthar cho autore: aliquot diebus operam nauauit: ne a Romanis armis feræ ac belluæ immunes ac feriate essent. Sic Scæuola: Publii Scæuolæ filius: cum edilis esset: primus Romano populo leonũ pugnam spectandam dedit: quod quidem nõ minus q̃ paterna dignitas ei suffragata est ad populi gratiam promerendam. Sic Pompeius a Militensi spectaculo mutuatus: cum thęatrum consecraret a se constructũ: uenationẽ exhibuit: in qua Plutarchus memorat: quingenti leones lacerati sunt: & nõnulli q̃ maximi elephantes. Quod prius Gaius Sylla peregerat: etiam Plutarcho asserente: nam centum iubatos leones exhibuerat. Hinc Lysimachi regis laus: nam cũ præclaro facinore leonis a se uicti gloriaretur: Demetrii regis oratoribus cicatrices a leone sibi peractas ostenderet. Rex noster inquientes sæpe Laminæ belluæ morsus in collo gestat. Nã Lamiã impudicã psaltriã pdite adamabat: quiq; etiã melius cõgressu nõ minus gloriabat': Plutarcho differente: qui si in singulari certamine Amozonũ reginam peremisset: aut Lernę belluam strauisset. Et Africanus: incẽsa Carthagine: exẽplo Pauli Aemilii patris ludos: publicos pbuit: ac trãsfugas & fugitiuos bestiis obiecit: quo nihil

impius/horrendiusq; excogitari potuit• Vnde Satyricus: Profuit ergo nihil misero ꝙ minus ursos• Fingebat Numidas Albana nudus harcna• Hic Theseus qui Cromiomā porcam: quam Phæam uocabant: manibus ingenti omniū spectantium admiratione peremit• Nam agrum Megarensiū Corynthiorūq; uastabat: ex qua Calydoniū ortum: poetę fabulantur: qui demū a Meleagro Enomai Calydoniæ regis filio interemptus extitit: & poetæ dixere de Phrygia sylua: quam Homerus ferarum matrem nuncupat• Inde Adon puer ille formosissimus: quem dilexit Venus: cecidit apri morsu: cuius ex sanguine: albæ rosæ: puniceæ: ut fabulantur: peractę sunt• Hinc Martialis• Qui niueū quondā percussit Adonem: Venantem Idalio uertice dirus aper • Sic Fabius Maximus: in Cymina sylua populo Romano iter prębuit ante inuisa: Victi enim fuere Volsciniensies Hetruscoꝝ omniū exercitus profligatus• Siquidem Cato exprobrauit in oratione nimiā uoraginē Aprini calle & exquisita gulæ irritamēta• Sic Rullus ille qui in Ciceronis cōsulatu: legem agrariam promulgauit: & primus omniū Romanoꝝ: integros apposuit apros• Hinc Iuuenalis: quanta est gula quæ sibi totos ponit apros animal propter cōuiuia natum• Et Titus in suasione legis Fanniæ: obiecit populo Romano: ꝙ porcum Troianū in cōuiuio apponerent• Nam sicut ex equo Troiano: multi illustri principes prosilierunt: sic ex apposito apro: diuersa animalia egrederent᷑• Græcorū scriptores de ceruis edixere: ꝙ ab Alexandro cum torquibus aureis: nōnulli post regis obitum cum nominibus inscripti longo interuallo capti• Siquidem ut Cicero disseruit: ceruæ paulo ante partum herbula quadam quæ sessilis dicit᷑: se purgare• Et Plinius: ceruos dytamū herbam extrahendis sagittis ostendisse • Et Cicero Capros in Creta cum essent confixe uenenatis sagittis: herbam querere: quæ Dictamus dicitur• Vnde Virgilius: Dictamū genitrix Cretæa carpit ab Ida: nō illa feris incognita capris Germina cum tergo uolucres hesere sagittæ• Sic ancipitiū uenatio priscis incognita• Blondo in Italia illustrata autore: Et si Plinius in Thracia: in harundinetis ac syluis cū hominibus societatem contrahere accipitres aues excitare & superuolantes deprimere: captasq; aues aucupes cū illis partiri• Vnde Martialis: Predo fuit uolucrū famulus nunc accipit idem/decipit: & captus nō sibi meret aues• Hinc Aegyptii & Aethiopes: Diodoro autore: pro litteris imaginibus ac simulachris quibusdam utebantur: ut cum imperarent: ut

quicpiam celeritet regeretur: accipitrem pingebant: ob eius pernici/tatem: & sedecim genera esse Plinius refert: sic apud Seston Aquila edocta: a puella/aues puellæ a se in uenatione captas: dono dabat: at cum mortua puella efferretur: gemebunda substitit Aquila: postremo in accensum rogum se iniecit: & simul cum puella cõflagrauit: ut Plinius autor est. Hanc solam alitem a fulmine intactam inuiolatamq; extitisse. Ideo Iouis satellitem & fulminis ministram eam esse poetæ fabulantur. De qua Claudianus: Consulit ardentes radios & luce magistra: Natorũ uires ingeniumq; probat: Degenerem profugo torsit qui lumine uisum: unguibus hunc sæuis ira paterna premit. Quippe diuus Aurelius has uenationes improbat: passimq; prohibet eas fieri: an putatis: inquiens/illũ ieiunare fratres primo diluculo: nõ ad ecclesiam uigilat: nõ beatoꝝ martyrum sancta loca perquirit: sed surgens: congregat seruulos: disponit retia: canes producit: saltus sylusq; perlustrat: Seruos/inq̃/secũ protrahit: fortasse magis ad ecclesiam festinantes: uoluptatibus suis peccata cumulat aliena: nesciẽs rerũ se futurũ tãto suo delicto q̃ de perditione seruoꝝ. Et idem alibi: qui uenatoribus donant quare donant dicant mihi quare dant uenatoribus: hoc in illo amant in quo nequissimus est: hoc in illo pascunt: hoc in illo uestiũt: ipsam nequitiam publicant spectaculis hominũ. Qui donant meretricibus: quare donant: nunquid nõ & ipsa hominibus donant: nõ tantũ naturam ibi attendunt operis ei: sed nequitiam operis humani. Agriculturam etiam regibus Xenophon pernecessariã fore disseruit: Quippe ut Liuii Moderati extat sententia: deniq;/inquiens/animum sibi quisq; formatorem/præceptoremq; uirtutis e cætu sapientiũ accersat. Sola res rustica quæ sine dubitatione proxima & quasi consanguinea sapientiæ est. Nempe sine ludicris artibus: atq; etiam sine causidicis olim satis fœlices fuerunt: futuræq; sunt resp. at sine agricultoribus: nec consistere mortales: nec ali posse manifestum est. Siquidẽ est genus amplificandi/retinendiq; parsimoniã: quod omni crimine caret. Nam cum cætera diuersa & quasi repugnantia dissident a iustitia: nisi æquius existimamus cepisse prædã ex militia: quę nobis nihil sine sanguine & cladibus alienis affert. An bellum perosis maris & negociationis alea sit optabilior: ut rupto naturæ fœdere: terrestre animal sono uentoꝝ: & maris obiectus iræ: se fluctibus audeat credere: sempq; ritu uolucrum longinqui littoris peregrinus ignotum pererret orbem. An

Fœneratio probabilior sit etiã his quibus succurrere uidetur. Sic itaq; Cyrus Persarum rex a Xenophonte extollitur: ut Lysander Lacedemonius illustris:q; agrum scita dimensione paribusq; ordinibus diligenter conseruisset. Et cũ Lacon ille arborum proceritatem admiraretur: tunc rex ait:istarum arborum multæ mea manu satæ sunt: exclamasse tunc Lysandrum:Xenophon dicit: dixisseq;: recte quidem Cyre beatum te omnes esse opinantur:amplissimæ enim fortunæ tuæ: uirtutem etiam cõiunctam habes. Hæc musa Attica adeo Ciceroni placuit; ut multa ex eius libris in usum suũ transtulerit:& rem familiarem in latinũ eloquium cõuerterit:tametsi tẽporibus nostris:nusq̃ appareat: & cum libris eius de rep. de gloria/de consolatione:pluribusq; aliis interiit: qui omnes nobis desyderium reliquerũt. Multi alii reges/agris/pomeriis/hortisq; delectati sunt:ut Adon:ut Alcynous Corcyræ rex:quorum rustici labores perpetuo musarum preconio celebrantur. Semiramis:uel alius quispiam Assyriorum regum: incerta enim historia est: propter scriptorum uarietatem:agros intra urbis mœnia:& hortos pensiles: iuxta domesticos parietes excogitauit:tanta amenitate:tantaq; iucunditate: ut admirati scriptores rerum eiusmodi opus iucunditate inter mundi spectacula collocauerint. Et ueteres poetæ Veneri:uoluptatis deæ: hortos dicatos: consecratosq; esse uoluisse. Quod etiam Plautus disseruit; nihilq; ipsi prius ãmirati fuerunt:q̃ Hesperidum hortos:in quibus recẽsendis: & Epicurus Athenis:ut Laertio placuit:hortos instituit:& hortorum magister honoris gratia cognominatus est. Et ut Cicero disseruit; par est eos qui generi humano:res utilissimas querere & propensas; exploratasq; memoriæ traderæ:cũ cupienm cũcta tentare. Quippe ut Moderatus autor est:Nam Latiæ musæ: non solos aditis suis Actium & Virgiliũ receperunt:sed eorum & proximis:& procul sacras concessere sedes. Non Brutũ aut Cœliũ:Pollionemue:cũ Messalla & Caluo:deterruere ab eloquentiæ studio:fulmina illa Ciceronis. Nam neq; ipse Cicero territus cesserat: tonanti Demostheni: Platoniq;: nec parens eloquentiæ ille Mœonius: uastissimis fluminib9 facundiæ suæ posteritatis studia restrinxerat. An ne minoris quidẽ famæ opifices:per tot iam secula uidemus laborem suũ destituisse:qui Prothogenẽ:Appelleq; cũ Parrhasio mirati sunt:nec pulchritudine Iouis:Mineruæq; Phidiacæ:sequẽtis ætatis attonitus piguit experiri Vriacim:Lysippũ:Praxitelem:Policletum: quid afficere; aut quousq; progredi possent. Sed in omni genere

ſcientiæ & ſummis/admiratio: ueneratioq;: inferioribusq; merita laus contigit. Accedit huc q̄ ille quē nos perfectū eſſe uolumus agricolam: ſiquidem artis conſumatę ſit:& uniuerſa rerū natura ſagacitatē Democriti:uel Pythagoræ fuerit conſecutus:& in motibus aſtrorum uentorūq; Montonis prouidētiā uel Eudoxi:& in pecoris cultu doctrinā Chyronis ac Melapodis:& in agrorum ſoliq; monitione Tripolemi: aut Ariſtęi prudentiam: multum tamen profecerit ſi uſu Tremelios Soronosq; & Stollones æquauerit:poteſt enim nec ſubtiliſſima:nec rurſus: quod aiūt: pingui Minerua res agreſtis miniſtrari. Voluere q de regno ſcripſere in regū exercitatione:pilæ luſum: ut Mecenates cōmemorat:qui omnes regias uirtutes calluit:nō modo rei bellicæ gloria claruit:& ſapientia:cōſilioq; excelluit:uerū in ſtudiis omniū bonarum diſciplinarum emicuit:& ingenia temporum ſuorum adeo fouit:ut muſarum parens iure optimo appellari poſſit. Hinc Maro:Flaccus:qui & Græcos etiam aut æquare aut ſuperare cōmemorāt ſcriptores. Et de pila Horatius: luſum it Mecœnas:dormitū ego Virgiliusq;:Nanq; pila limpis inimicū ludere crudis. Et Cicero de Scæuola Publio iureconſulto/refert: pila luſiſſe: cū a forenſi labore feſſus eſſet. Et Lycon Troadenſis philoſophus:aliquādo feſſus ſtudiis ſapientiæ confugiebat:tāq̄ ad placidā aurā: poſt difficilē æſtum atq; calorem: ut deinde eſſet ad ſtudia reditus. Vnde Ariſtoteles laudat Anachriſis ſcitam ſententiā:qui dicere ſolebat:nō turpe eſſe aliquando modeſtis luſionibus oblectari: ut alacrior ad philoſophiam eſſet redit9. Et Cicero liberi hominis eſſe/inquit/aliquādo nihil agere. Et Scipio cū Lælio: Valeri9 refert:ſe repuereſcere: cū relicta rep. ad Caietam conculas legeret & umbilicos. Sic Cæſar pila luſit aliquādo: & ſingulis colluſoribus:Tranquillo autore: centena ſextertia numerari iuſſit:uni Cecilio quinquaginta tantū:tū ille num una manu ludo:nō duabus: tum ridens Cæſar numerū æquari iuſſit. Et Alexāder:ut Curtius autor eſt Plutarchusq;:q̄ cū pila luderet & Serapion etiā cui nūq̄ nihil donauerat:nihilq; expoſtulaſſet: tantū Serapion ad alios: nō ad regem pilam emittebat:Alexāder ait:cur ad alios pilam trāſmittas:ad me autem nequaquā? at ille nō petis inquit:Tunc Alexander arriſit: & cōfeſtim munera q̄ maxima ei afferri iuſſit. Et Antonius Cęſar diſſerebat. Helio autore:tunc gratioria ſunt regum munera cū ultro condonātur: cū expetita fere pręcio coempta uideant. Sed Dionifius ille Syracuſanus:ad ſæuitiam natus:etiam inter ludendum:puſionem quem

unice adamabat interemit: cuius facti adeo eũ penituit: ut uix a se ipso manus abstinuerit: ut historici scriptũ reliquere. Octauius Augustus ut Trãquillus autor est: postq̃ potitus est rerũ ciuiles uirtutes satis modeste seruauit. Hac tamẽ nota aspersus est: q alex indulgeret: nec id unq̃ expiasse: Vnde in bello Siliensi: uulgato epigrãmate incessabat: postq̃ bis classe uictus naues perdidit aliquãdo ut uincat ludit assidue aleam. Litterasq; ad filiã dedit: Suetonio autore: in quibus eã certiorẽ reddebat: se plurimã pecuniã uicisse. Et cũ pueris nucib9 ludebat etiã senex: quos facie & uernacula garrulitate amabiles conquirebat: cum quibus in balneo cum lauaretur disserebat risu: tum se cũ suis pisciculis natare. Et Nero Cæsar: ut Tranquillus meminit: inter alia probra & scelera: & imanitates eius: hoc etiam scelere notatur: q quadricenis sextertiis in punctum aleam luserit. Et præclara illa lex apud Aegyptios aleator omnibus accusare uolentibus obnoxius esto. Nam cũ suspecti sint omnibus mortalibus aleatores: quãq; pro omni ad singula quæq; flagitia. Hinc Ouidius: Ludus enim genuit strepitũ: certamen & iram: Ira turces inimicitias & funebra bella. Vnde Paulus illustris iure consultus: ex senatus cõsulti sentẽtia: ita disseruit: Senatus consultũ uetuit in pecuniã ludere: præterq̃ sicut certet hasta: uel pilo iaciẽdo: uel currẽdo: saliendo: luctãdo: & pugnãdo: qd uirtutis causa fiat: & qd in cõuiuio uescendi gratia ponit: in eã rem familia pmittit. Et Martialis iureconsultus: qbus rebus: ex lege Titia & Publia & Cornelia: etiã sponsionem facere licet: sed ex aliis ubi pro uirtute certamen nõ fit: nõ licet. Nam proprium regum est: bene agere: & male audire. Hinc Agesilaus Lacedæmonioꝝ rex: ut Plutarchus refert: q assidue in propatulo: & mortaliũ oculis uersabat: putans suspectam uitã esse: & maledictis probrisq; obnoxiam: eam quæ in tenebris ageret. Turpitudo enim lucẽ ac testẽ fugit: honestas autẽ lumen atq; arbitros diligit. Etsi calculoꝝ ludũ a Diomede inuentũ: ad tediũ Troianę obsidionis euitãdum: Vnde Ouidius: Siue latrocinii sub imagine calculus ibit. Fac pereat uitreo miles ab hoste tuus. Et Martialis: gemma uis ludere uincor Hinc Pompei de Pyratis regibusq; Asia: Ponto: ut Plutarchus autor est: alueum lusorium transtulit cum calculis: tesserisq; ex duabus gemmis oblatũ: latitudinis tres pedes: longitudine quattuor pedes: & etiã gemmei erant calculi: diuerso inter se discreti colore. Sed pclari9 Theogiũ Aristoteles dixisse meminit: quondã uirtutis exercitatio cũ probis

uiris cõuersari: & omnia quę ad regiã maiestatẽ cõspectant/ cõspicere. Sic Antonius Cęsar: ut Herodian9 & pleriq; scripsere: qui etiã a studiis sapiãtiæ laude meruit: sẽp de se uera audire affectauit. Proinde e suis nõnullos passim per urbẽ exponebat: qui uulgi rumores intelligerent & ex illoꝝ relatis plerũq; actiones suas in melius cõmutabat. Et Apelles ille pictor egregius: perfecta enim opera sua: pro forib9 sup pergula quadam proponebat: latebatq; clanculũ: ut uitia quæ notarent emendaret. Sutor quispiam in crepitis cuiusdã humanæ imaginis ausam de se reprehendit: tũ pictor clam erratũ emendauit: postridie idem Sutor crus cauillari cepit: Apelles tũc leuiter indignatus eũ monuit: ne ultra crepitas iudicaret. Hinc illud Isocratis: rex si regionis suę idoneos indigenas nõ habeat: toto orbe terraꝝ perquisitos: omni studio: omni largitione: ac liberalitate cõducet. Quippe nulla harmonia gratior: utilorq; q̃ illa consuetudo: quæ cũ optimis/probisq; uiris: disciplinisq; habet: ut Comicus ait: hi de reb9 diuinis pie/ sancteq; disserẽt: superstitionis: & aniles formidines euellent: uerũ dei cultum: ueramq; relligionem suadebunt: naturæ archana: ut Patritius disseruit: rerũq; rationem edocebunt: ciuili sapientia imbuent: nihil incognitũ aut obscurũ esse permittent: eloquentia: consilioq; adiuuabunt: efficientq;: ut neminẽ decipiant: & a nemine decipiant. Inde Plutarchus de Agesilao: regiæ dignitati: nõ astutiam: sed bonitatis ac probitatis excellentiam cõuenire. Putauere etiam illustres autores: perutilem admodũ peregrinationem regibus esse. Vnde Homerus: Dic mihi musa uirũ captæ post tẽpora Troiæ: Qui mores hominũ multorum uidit & urbes. Sic Nestor & Menelaus: ꝙ alter Lapithis uersatus fuerit: ut Homerus refert: alter exultat: ꝙ Cyprũ/Phœnitiam/Aegyptumq; adiuerit: Thebas quoq; conspexerit: quas centum clauderent portæ: & singula quæ ducentos haberet custodes: equis instructos. Sic & Medea quoq; cũ arcẽ Corinthi cõscẽdisset: de longa peregrinatiõe se extollebat. Et Virgili9 de Aeneæ peregrinatiõe: quot regiones: quot littora: ac portus/insulasq; euasisse: ac superasse Aeneã suũ/memorat/priusq̃ effugientẽ Italiã capesse re posset: & incunabula Romani impii: ex profuga peregrinatiõe sua statueret. Sic Cambyses rex Persaꝝ: ut Xenophon autor est: ut cum in Mœroem usq; pagrasset: conspecta insulæ pulchritudine: pulcherrimã urbẽ ibi cõdidit. Et Ptolome9 priscus Aegypti rex: ut autor est Diodorus: Aethiopiã primus ingressus: ante Græcos oẽs: & ut Plutarchus:

Ariusq; referunt: & Laertius: Archelaum scripsisse: Alexandrum se gloriari solitum: plura se oculis lustrasse: quę ne alii quidem reges nūq̄ animo attingere ualuissent. Sic & Seosostris rex: Herodoto autore: Scythiam & uniuersam indiam peragrauit / colonias / colūnasq; atq; obeliscos erexit. Romaniq; orbis uictores: ut Marcellus primus: ex Syracusana præda: imagines / simulachra: ac signa quæq; præstantissima Romam euexit. Unde in Marci Scauri ædilitate: tria signoꝝ milia fuisse producta scribitur. Et ut Plutarchus edocuit: Mumius deuicta Achaia: & Lucullus: multa etiam euexere. Sic Fabius maximus capto Tarento: æneam Herculis imaginem: Lysippi opus sustulit: & in Capitolio consecrauit. Erant quippe statuæ quibus posset illustrium memoria contineri. Hinc Plinius: simulachrum ex ære factum Cereris primum constat ex peculio Spurii Cassii: quem regnum affectantem: pater ipsius interemerat: mox a diis ad homines statuæ transierunt. Sic Pharnaces / Appio autore: argenteam statuam: quā magnus Pompeius in triumphis transtulit: ut Plinius etiam refert: & Valeri9 Marcum Attilium equestrem statuā auercā patri suo posuisse. Et Gorgias Leontinus: Delphis in templo sibi posuit. Et Octauius: ut Suetonius refert: q in signandis epistolis: magni etiam Alexandri diu usus est. Sic Macrini illi Cæsares: Iulio autore: Alexandri imagine usi. Et ut Diodorus autor est: Aethiopes simulachroꝝ usum primū inuenisse: & ab eis deinde Aegyptios accepisse. Eusebius uero ex Plutarchi sententia: simulachroꝝ fictionem antiquissimam esse comprobat: & ita Iosephus comprobare uidetur. Hinc Lactantius: non dico / inquit / omnino esse mentitos poetas: sed primū omnium simulachrum hominis Prometheum formasse: de pingui & molli luto: ab eoq; natam esse primo artem statuariam: & simulachra fingendi. Siquem uana superstitio ea uidetur mortalium hominū: neq; illorum simulachra fingere. Hinc Ioseph9 Mosem oīno simulachrū fieri ꝓhibuisse. Hinc illa Hierosolimitana seditio: in Caium Cæserem: q simulachrum eius in templo erigere nō permisere. Aegisippo etiam autore. Hinc Clemens ait Romanoꝝ morem fuisse: ex instituto Numæ: annis centū atq; sexaginta ab urbe condita: nullā imiginē neq; fictam neq; pictā esse cōspectā. Idem Plutarchus disseruit: & Herodotus autor est: Straboq; q Persæ idem peragūt. Macrobius uero disseruit: Epicarmus / inquit / Herculem occiso Gerione: cū uictor per Italiā armēta duxisset pontē qui nūc

Sublicius dicitur ad tempus instructũ hominũ simulachra pro nume ro socioꝶ: quos casu peregrinationis amiserat: in fluuiũ demisisse: ut aqua secunda in mare deuecta pro corporibus defunctoꝶ: ueluti pa-triis sedibus redderentur: & inde usum talia simulachra fingẽdi inter sacra mansisse: uel hunc morem ab Pelasgis fluxisse: ut idem ait: & Dio nisius meminit. Sed Christiana illa pia relligio: ut historia Eusebii re-fert: in memoriam pioꝶ uirorum: & qui bene meriti de deo opt. max. fuere simulachra in tantæ uirtutis memoriã permittit. Multa enĩ pro-digia tum cõtra Iulianũ Cæsarem: Hebreosq; & alios qui pientissimis uiris nõ sinebant apparuere trãquille degere. Sed unde digressi sum9 reuertamur. Nã & Cicero disseruit: nõnullos fœlicitatẽ ponere: in nihil agendo: unde Claudianus Fœlix qui patriis æuũ trãsegit in agris. Ipsa domus puerũ quem uidet ipsa senem. Qui baculo nitens in qua repta uit harena: Vnius numerat secula longa casæ. Cum cæteris qui sunt & Horatius: beat9 ille qui procul negociis: ut prisca gens mortaliũ: pater na rura bobus exercet suis: solutus omni fœnore. Sed Herodotus re-fert. Osyris Aegyptiorum regis sepulchri inscriptio: Osyris rex sum Saturni antiquior filius: qui nullum orbis locũ reliqui: ad quẽ non pentrauerim: docente ea omnia: quæ pro humani generis cõmodi tate reperi. Hinc Polybius/& Possidoni9: Straboq; & alii scriptores: ex Romanoꝶ peregrinatione summa diligentia: uerbiq; doctrina omnia complexi sint: quæ ad mortalium utilitatem spectant: adeo ut operi consumato nihil desit. Hinc Dio. summe gloriatur ꝙ annis pluribus cum patria exularet extorris atq; errabundus orbem peragraret: plu-ra se didicisse refert. Siquidem ut Diodorus disseruit: ex aliorum er-ratis uitam suam instituere: & non quid alii egerint: sed quid acturi fuerint: nobis adimitandum proponere. Vnde Propertius: cogor & tabula pictos ediscere mundos. Hinc Cyri illa strages: Herodoto au tore: Iustinoq;: Athomaris Scytharum regina: ob locorum ignoran-tiam turpiter interempto: cum ducentis Persarum millibus: adeo ut ne nuncius quidem tantæ cladis euaserit. Et ut Strabo inquit: eum uenatorem optime uenationem instruere: qui plane norit: quan ta & qualis sit sylua: in qua uenatur: & eum imperatorem optime ca stra disponere: insidias addere: præsidia locare: iter dirigere: & hostẽ circumuenire: qui regionem: ac omnia loca intelligit: & diuerticula cuncta. Sic Agamennonis exercitum turpiter asserit: ex Homeri

ſententia rettuliſſe pedem: qui cum Miſiam per ignorantiam: ueluti agrum Troianum popularetur. Sic Craſſi cruenta ſtrages a Parthis: Romanis inflicta: quæ Polybio autore/Plutarchoq; ex regionis inſcitia emanauit. Sic illa Leonidę gloria in Perſas in Termopilarũ anguſtiis: ut Herodotus autor eſt/Iuſtinusq;. Sic itaq; diſciplinarũ uirtus: poſt humanitatem / affabilitatemq; circa mortales regibus conuenit. Tale inquam rex ipſe probus negocium ſumat: ut clariſſimo ſuo nomini immortalis gloria quæratur: & bene de aliis promerendi facultas ſibi ſuppeditari quiret. His inquam congratulandum eſt quo nõ ad faſtigium ingens: ſplendor natalium rapuit: non ad ſuperbiam amplitudo/magnitudoq; regni traxit ac imperii: non deniq; fortunæ & opes: & id genus perniciosæ illecebre: ad uoluptates & luſum pellicere potuere. Quandoquidem pleroſq; huc excæcatos ferri atq; principes quottidie cernere licet: ſed uirtus: ſed probitas: ſed doctrina: & uitæ optima ratio: ad humanitatem/comitatem/fœlicitatem præclare inſtituit & ppulchre ornauit. Siquidem uirtus una res eſt omnium ad quam nati præcipue ſumus: quæ non temeritate & caſu: non cæcis affectibus: non effreni obſequio appetitus comparari poteſt: Sed ratione: uoluntate: conſilioq; expetita: & delecta diligentia: deinceps ſtudio: aſſidua opera: actionibus perficitur noſtris: nec alieno impulſu: neceſſitateue ulla adhibita: ut Sagundini eſt ſententia: ſed uoluntate libera: ductu & iudicio noſtro finem aſſequitur. Hæc inquam recte ſemel poſſeſſa & parta: actis iam alte radicibus: ipſa ſui cuſtos uigilantiſſimus eſt: ipſa ſe ſuis tuetur artibus: & ſe ſuis armis propugnat: & ab omni iniuria fortiter uindicat: egritudinem ab animis amolitur: culpa uacat: ſecuritate gaudet: ſe ipſa demum contenta uiuit & uiget: nunq̃ interitura: nusq̃ offenſura: nullibi detrimentum paſſura: ſuis etenim ipſa uiribus innixa: nullis machinamentis fortunæ dimouetur loco: nullis probitatis tormentis labefactatur: nullis deniq; inuidiæ morſibus læditur. Quippe illa eſt quæ gloria mortales extollit/ac illuſtrat. Hinc monumenta ſcriptorum in eorum laudes emanant in perennem & immortalemq; memoriam. Vnde Lucius Victriuius maiores cum ſapienter: tum etiam utiliter inſtituerunt per commentariorum relationes cogitata tradere poſteris: uti ea nõ interirẽt: ſed ſingulis etatibus creſcẽtia uoluminib9 edita grada-

tim peruenirent uetustatibus ad summã doctrinarũ subtilitatem. Itaq; nõ mediocres sed infinite sunt his agende gratiæ quod nõ inuidiose silentes prætermiserunt: sed omniũ generũ sensus conscriptionibus memoriæ tradendos curauerũt. Nanq; si nõ ita fecissent: nõ potuissemus scire quæ res in Troia fuissent gestæ. Nec quid Thales: Democritus: Anaxagoras: Xenophanes: reliquiq; phisici sensissent de rerũ natura. Quasq; Socrates/Plato/Aristoteles/Zenon/Epicur9: aliiq; philosophi agende hominibus uitæ terminationes finiuissent: seu Cresus/Alexander/Darius: cæteriq; reges: quas res aut quibus rationibus gessissent: fuissent note: nisi maiore præceptorũ comparationibus omniũ memoriæ ad posteritatem cõmentariis extulissent. Itaq; quemadmodum his gratiæ sunt agendæ: sic econtra qui eorũ scripta furantes: pro suis prędicant: sunt uituperandi: quiq; nõ ppriis cogitationibus nitunt scriptorũ: sed inuidis moribus aliena uiolantes gloriant: nõ modo sunt reprehendẽdi: sed etiã quia impio more uixerũt pęna cõdẽnandi. Nec tñ hæ res nõ uindicate curiosius ab antiquis esse memorant: Quorũ exitus iudiciorũ qui fuerint nõ est alienũ quẽadmodũ sint nobis traditi explicare reges Attalici magnis philologię dulcedinibus inducti: cũ egregiã Bibliothecã pergami ad cõmunẽ delectationẽ instituissent. Tũc item Ptolomeus infinito zelo: cupiditatisq; incitatus studio: nõ minorib9 industriis ad eũdẽ modũ cõtenderet Alexãdriæ cõparare. Cũ aũt sũma diligẽtia pfecisset: nõ putauit id satis esse: nisi ppagationib9 in seminã do curaret agendã. Itaq; musis & Apollini ludos dedicauit: & quẽadmodũ Athletarũ sic cõmuniũ scriptorũ uictorib9 pmia & honores cõstituit. His ita institutis cũ ludis adessent iudices litterati qui ea pbarẽt quę erãt legẽda: Rex cũ iã ex ciuitate sex habuisset lectos: nec tã cito se ptimũ idoneũ ìueniret: retulit ad eos q supra bibliothecã fuerãt: & quęsiuit si quẽ nouissent ad id expditũ: Tũc ei dixerũt quendã Aristophanẽ qui sũmo studio sũmaq; diligẽtia quotidie oẽs libros ex ordine plęgeret. Itaq; in cõuentu ludorũ cũ secrete sedes iudicib9 essent distribute cũ cæteris Aristophanes citatus quẽadmodũ fuerat ei locus designat9 sedit. Primo poetarũ ordine ad certationẽ inducto cũ recitarẽt scripta: populus cũctus significãdo monebat iudices qd pbaret: itaq; cũ a singulis sentẽtię sũt rogate sex una dixerũt: & quẽ maxime aĩaduerterũt multitudini placuisse ei primũ pręmiũ in sequẽti secundũ tribuerunt Aristophanes uero cũ ab eo sententia rogaret: cum primũ renunciari

iussit:qui minime populo placuisset. Cũ autẽ rex & uniuersi uehementer indignarentur: Surrexit & rogando impetrauit ut paterentur se dicere. Itaq; silentio facto docuit unũ ex his eũ esse poetam cæteros aliena recitauisse. Oportere autẽ iudicantes: nõ furta sed scripta probare: Admirãte populo & rege dubitante fretus memoriæ certis armariis infinita uolumina eduxit:& ea cũ recitatis conferendo coegit ipsos furatos de se confiteri: Itaq; rex iussit cũ his agi furti:condẽnatosq; cũ ignominia dimisit. Aristophanem uero amplissimis muneribus ornauit: & supra bibliothecam constituit. In sequẽtibus annis a Macedonia Zoilus qui adoptauit cognomen: ut Homeromastrix uocitaretur Alexandriam uenit: suaq; scripta contra Iliadem & Odisseam comparata regi recitauit. Ptolomeus uero cũ animaduertisset poetarũ parentem Philologieq; omnis ducem absẽtẽ uexari & cuius a cũctis gentibus susciperentur scripta:ab eo uituperari:indignatus nullum dedit ei responsum: Zoilus autem cũ diutius in regno fuisset:inopia pressus: summisit ad regem postulans ut aliquid sibi tribueretur: Rex uero respondisse dicitur Homerũ qui ante annos mille decessisset æuo perpetuo multa milia hominũ pascere: ita debere qui meliori ingenio se profiteretur: nõ modo unũ:sed etiam plures alere posse: & ad summũ mors eiusue parricidii damnati uarie memoratur. Alii cum scripserunt a Philadelpho etiam in crucem fixum. Nõnulli autem ei lapides esse coniectos. Alii Smyrne uiuũ in Pyram esse cõiectum. quorũ utrum ei acciderit merenti digna constitit pena. Nõ enim aliter uidetur promereri: qui citat eos:quorũ responsum quid senserint scribentes nõ potest coram iudicari. Ego uero Cæsar neq; alienis iudicibus mutatis interposito nomine meo id profero corpus neq; ullius cogitata uituperans institui ex eo me approbare: sed omnibus scriptoribus infinitas gratias ago: quod egregiis ingeniorũ solertiis ex æuo collocatis abundantes aliis alio genere copias præpararunt: Vnde nos uti fontibus haurientes aquã & ad propria proposita traducentes facundiores & expeditiores habemus ad scribendũ facultates: talibusq; cõfidentes auctoribus audemus institutiones nouas comparare. Igitur tales ingressus eorũ qui ad propositi mei rationes animaduerti pparatos inde sumendo progredi cœpi.

¶Finis Septimi libri.

m AXIMVM QVIDEM EST MVNVS quod deus ipse optimus:æternus:omniũ exordiũ finisq; dux ac rector & parens:qui mortalibus ipsis rationẽ præbet:eosq; quadam pficiens similitudine: diuino suo munere donoq; sicut ipse est perfectione naturæ: proprioq; fulgore: orbis iste uisibilis in mente ipsius:ab æuo præfixus d'emũ per actus uno principio ad superioris orbis instar moderetur atq; regatur. Sũmũ ipm pontificem qui Christi regis sũmi:moderatur imperiũ: sic post ipm Romanoꝝ rex ac Impertor:orbis etiam moderatur habenas. Siquidẽ rex ipse: cui sceptra moraliũ/ueneranadaq; iura deus indulsit: ut ait Homerus:fortunam quidem a deo petendam esse: a se autẽ ipso sapientiam sumendam: ut Ciceroni placuit:excogitare cõuenit se maximã inter mortales omniũ fortunam nactum esse: proinde ea omnia præstare debere: quæ sui muneris sũt:omniq; studio niti: ut uirtutẽ plenamq; sapientiã assequatur:ut dignitate a deo accepta: sanctissime ac iustissime fungatur. Est enim sapientia diuinaꝝ humanarũq; scientia:quæ cognitionem contemplatur causaꝝ cuiuscũq; rei. Ex qua qdẽ fit: ut Patritio placuit: ut diuina imitet. Humana autem omnia inferiora uirtute omnium esse ducat. Nempe ut Socrates asserebat uirtutem & ueritatẽ idẽ esse. Hinc Epimenidis poetæ in Cretenses: qui eos mendaces nuncupat. Mentiebantur enim ut alios fallerent. Sic Irus Ithacensis apud Homerum mendacia præmeditabatur. Sed Pomponius Atticus magnam ueritatis gloriam nactus extitit:adeo ut eius comites nõ sine seueritate essent: neq; grauitas sine facilitate. Sic & Cornelius Nepos ex innata ueritate ut nemini suspectus esset. Proinde Ciceronis & Salustii amicitia usus est: quãuis illi mutuis simultatib9 certarent. Hinc Isocrates reges monet: ut uirtutem ante omnia colãt: ut cuncti percipiant ignorato potius regi q̃ alteri iurato fidem adhibẽdam esse. Ignaui quidem hominis est mentiri: & eius qui uel alios decipere uult:uel qui opinionẽ magis sequit̃ q̃ ueritatẽ. Vnde Herodot9 disseruit:q; turpissimũ fuit apud Persas mẽtiri. Et Aemilian9 poeta:ueritatẽ tpis & memorię filiã esse dicit. Sic & uultu etiã ostẽdit̃:quasi tacit9 mẽtis sermo:ut inqt Cicero:& Aristoteles:& hoc ex mẽdatio mẽdaces lucrari:ut ipsis deinde ueꝝ dicẽtib9 nõ credat̃. Hinc Sertori9 illa ficta etiã relligiõis mẽdacia:ut Plutarchus:& Laerti9 autores sunt. Chilo ille unus e septẽ sepiẽtib9: qui pro amici salute piuria cõtraxit: hos

deus ipse in barathrum deducit. Hinc Naso: Voluit Ixion & se sequiturque fugitque. Rotæ naturam ait Aeschillus poeta: simplicem esse oportet: ueritatisque gloriæ studiosum & iustum: & qui bonus esse: quam uideri malit: & qui nõ assentatoribus aures præbet: qui magis regnũ euertũt quam hostes: ut Curtio placuit. Et ut Democritus inquit: manare a timore nullam beniuolentiam præse ferens adulatio. Vnde Agesilaus rex: nõ secus aspernandos/insectandosque esse differebat: ut Plutarchus meminit: quam propriæ uitæ insidiatores. Et Cato hos semper odio summo prosecutus est. Hinc Isocrates nullam principibus pestem adulatore perniciosiorem esse: monetque ut illis optemperet: qui eum monere audent: & placide obiurgare. Hinc Antigonus rex: Laertio autore: ita Zenoni stoico litteras dedit. Ego fortunæ ac gloriæ magnitudine uitam tuam me anteire existimo. Disciplinæ uero sapientia: & perfecta quadam foelicitate longe præstantiore proinde ut ad me uenias oro: ut tuo cõsilio uti ualeam: ut quo me discipulũ habeas. Nam qui regem edocet: uniuersum etiam populum instituit. Hinc Alexander Mammeæ Romanorum Cæsar: ut Herodianus disseruit: & plerique alii: usque adeo fertur inuisos habuisse adulatores omnes: ut siquis salutasset abiectius aut adulantius: inflexissetque caput: protinus eum cõuitio submoueret hominẽ: quod si dignitas aut magistratus quẽpiam a cõuitio uindicasset: hunc uultus austeritate obiurgabat. Sic Alexandro Magno adulatus est Apelles: ut Plutarchus meminit: pingens eum fulmen manu torquentem. Et ut Tranquillus memorat: Octauius Apollinis effigie gaudebat: eodem pertinent immanes colossi: quos olim imperatoribus erigebãt: supra modum humanæ magnitudinis. Sed ut Arius/Plutarchus: Herodotusque docent: principes illos imitandos: qui iustitia: continentia: uirtute illustrati fuere: ut Alexandrum in cognoscendis causis: alteram aurem manu opposita claudentẽ: ut illam alteri præberet. Aut Dariũ malum Punicum tenentem: aut Scipionem sponsam iuueni intactã: restituentem: auro quod offerebatur spreto. Sic Socrates: iuuenẽ illũ redarguit adulantem: mendax/inquiens/est hic adolescens: & artificioso sermone mentitur: ut Laertius cõmemorat. Hinc Dioplucensis multo peius adulatores peccare censet: quam falsos testes: quandoquidem illi blandite collaudant corrumpunt: hi autem iudicem tantũmodo decipiunt: nõ autem corrumpunt. Vnde Herodotus: Timagoram adulatorem Darii: ab Atheniensibus morte mulctatum: ne unius ciuis mol-

lissimis blanditiis & Persica corruptione:totam ciuitatẽ inficeret. Plutarchus contra Athenienses disseruit: ꝙ eoꝝ lege adulatores capitali supplicio afficiebãtur: nam in Demetriũ regem ita scripsere. Quodcunq; rex Demetrius iubet: id apud deũ sanctũ & apud mortales iustum esto. Hinc maior ille Africanus: ut Plutarchus autor est: ꝙ cum Hyspani regem eum nucupassent: dixit/maximũ sibi nomen imperatoris esse: quo se milites sui appellarent: regiũ nomen quod apud alias gentes summũ esset: Romanis intollerabile uideri. Non sic Vitellius: ut Trãquillus disseruit: pater Vitelli Cæsaris qui Barbarico more Cæsarẽ adorauit: quod Cæsar iniquo animo tulit. Sic rursus Marcus Antonius: ut Tranquillus meminit/Plutarchusq;: cũ aliquando Lupercalia exerceret: coronam lauream Cæsari imponere uoluit: eam abnegauit: & Ioui referendam: illum regem non autẽ se coronandũ esse ostendit. Sic Tyberius Cæsar: ut Suetonius cõmemorat: cũ a quopiam dominus nũcuparetur: eũ monuit: ne amplius dominũ ipm̃ appellaret. Non sic Sardanapalus: ut Dionisius Syracusanus: ut Iustinus & Herodotus cõmemorant. Nam Dionisius per iniuriam ac uiolentiam pleraq; agens: omnia sibi licere arbitrabatur. Alter qui in grege scortoꝝ latitans per desidiam ac turpitudinem se regem esse obliuiscebatᷣ. Siquidem clementiæ rex inniti debet. Hinc Plancus apud Ciceronem: crudelitas quidem error est: magis q̃ culpa: sæpe enim homines temere credendo in grauem incidunt culpam. Difficile tamen factu est: mortalem reperire: qui grauitatem/seueritatẽq; uitæ cũ facilitate ac comitate seruare quiret. Siquidem siquis utrunq; assequeretur: hunc diceremus: ut philosophi edixere: diuinam illam harmoniam adeptum esse: qua deum mundi molem gubernare putamus: cuius uis ac maiestas artẽ ac ratione fulcitur. Nec illud Sophocleũ incurrant: subita persuasio præuia est ad scelus. Sic ille sæuus Nero: ut Suetonius meminit: dira sæuitate: tãtũ delatoribus detulit: ut falsa etiam quæ deferebantur pro liquidis ac compertis reciperet: & mox grauissime/sæuissimeq; ulcisceretur. Hinc illud Domitiani Cæsaris: ut Tranquillus memorat: miseram esse principum conditionem: quibus de cõiuratione cõperta non crederetur nisi occisis. Et de Caligula Cæsare meminit: se ideo delatoribus aures nõ adhibere: quod nihil unq̃ admisisset: cur cuiq̃ inuisus esse posset. Sed Laertius: Solonis uocẽ extollit: qui dicere solebat: in maximis rebus administrãdis difficillimũ factu esse oĩbus placere

M

posse. Sic ut Tranquillus disseruit de Vitellio Cæsare: cuius animum tanta torpedo irrepserat: ut si principem cũ esse cęteri nõ meminissent ipse plane oblitus fuisset. Hinc illa Tragici sententia: melius est semel ruere q̃ semper pendere. Hinc Domitianus: Tranquillo autore: qui delatores uanos nõ coherecet: ultro eos ad nequitiam impellit. Vnde Isocrates: delatores & calũniatores comprimendos esse censuit: ut eam in se ipsos ultionem formidarent: quam in alios innocentes meditarent̃. Hinc Apelles ille pictor egregius: ob tabulam illã depictam: Luciano autore: in carcerem a calũniatoribus coniectus extitit. Nam uir quidã in solio sedebat: auriculis erectis: quales Midam regem habuisse cõmemorant: & alia ibi depicta. Nam aderat quędã mulier mœsta admodũ obsitaq; pannis: ruboreq; perfusa: cũ applicuisset post se matronã grauem ac seueram ueritatem se esse ostendens: quæ calũniatoꝝ calũnias uanas fuisse ostendit. Virtutis maximũ principiũ ueritatem diligenter tueri: Pindarus sicuti inquit: Hinc illud adagiũ: mendacem memorem esse oportet. Hinc Lucius Vitruuius nobili græcoꝝ & ampla ciuitate Ephesi lex uetusta dicit̃ a maiorib9 dura cõditione sed iure esse nõ iniquo constituta. Nam architectus cũ publicum opus curandum recipit pollicetur quanto sumptui adsit futurum tradita estimatione magistratui bona eius obligantur donec opus sit perfectum: Absoluto autem cum ad dictum impensa respondet decretis & honoribus ornatur. Item si non amplius quam quarta in opere consumitur ad estimationem est adiicienda de publico præstatur: neq; ulla pena tenetur: cũ uero amplius quã quarta in ope cõsumit̃ ex eius bonis ad perficiendũ pecunia exigit̃. Vtinã dii imortales fecissent q̃d ea lex etiã populo Romano nõ modo publicis: sed etiã priuatis edificiis esset constituta. Nãq; nõ sine pena grassarent̃ imperiti: sed qui sũma doctrinaꝝ subtilitate essẽt prudẽtes sine dubitatiõe ꝓfiterent̃ disciplinas. Et Plutarchus de Demetrio: cęcus ingẽs criminãdi cupiditate anim9: dũ oia suspecta efficere uult: aliud ex alio cõfũdit: & ut Diogenes disseruit: ciuib9 placere studeat rex: ut Bias aiebat: sed id grauiter/seuereq; agat: ne nimia q̃dã indulgẽtia ac facilitate mollis/lenis/atq; incõstãs esse uideat̃. Sic illos plectẽdos qui clãculũ magistratus probris ac cõuitiis incessunt: ut eos inuisos populo reddãt. Hi cõprimẽdi: ut inq̃t Patriti9/ne coꝝ uenena alioꝝ aĩos inficiãt: ut occasionẽ nacti in magistrat9 sæuire audeant: uel saltẽ cõspiciendũ: an nocere si uellẽt nequeãt. Vt illud Augusti ad

Tyberiū:ut T tranquillus memorat:nō indagari oportet queq̄:qui de me male loquat̄:satis est si hoc habemus:ꝙ nobis nocere nō possit. Et de Tyberio:in libera ciuitate liberā mentē ac linguā esse oportere. Et de Nero ne etiam Trāquillus:& de Vespasiano disseruit:ꝙ in se dicta æquo animo pertulere. Vnde Demetriū:Cindicum in itinere obuium neq̄ assurgere neq̄ se salutare dignantē/oblatrantēq̄:satis habuit canē appellare. Et de Tito Cæsare meminit:cū duo patritii generis iuuenes cōuictos in affectione imperii:monuit ut desisterent:eos edocens:imperia nō nisi diuino fato dari. Sic de Iulio Cęsare memorat:in Caluū poetam:ꝙ post famosa epigrāmata in eū cōiecta:& in Memiū: qui acerrimas in Cæsarē scripserat orationes:alterū ab exilio ultro reuocauit: alteri in petitione consulatus suffragator extitit: monens eos ne perseuerarent. Vnde illud Ciceronis: sapientis quidē uiri officiū esse: nequid stulte contra principes ac potentes dicat aut faciat. Extollit̄ Darius:ut Curtius meminit/Plutarchusq̄: ꝙ cū miles in Alexandrū maledictis obstreperet: ego/inquit/te nutrio ut pugnes nō aūt ut Alexandrū cōuiciis incessas. Vnde Laerti9 de Zenone:ꝙ cū criminaret̄: ꝙ in se maledicta grauiori animo ferret: ait/si maledicta æquo animo tulero: ne laudes q̄dē censeā. Et Plutarchus de Phocione:cū ꝑcepisset Demosthenem:in Alexandrū regē grauiter maledictis inuehi. Noli/inquit/ demens sæuū leonē stimulare:& iuuenē:quem gloria & impandi cupido incendit:in patriā prouocare:ne incendiū maximū:in hāc opulentissimā urbem:tua temeritate confles: Quis enī o ciues audire potest eum: qui per imprudentiā se & alios perditū ire pergit. Hinc Plutarchus de Pericle uiro clarissimo:& diuus etiā Basilius: nam cū quidā Periclē in foro:probris oīb9 incessaret: is aūt spreuit & toto fere die sustinuit:proinde uespi iam discedentē ac maledicendo fessum:uocato famulo cū lumine prosecutus est. Rursus quidē Euclidi Megarēsi: animo cōcitat9 mortē se iurauit illatuꝝ:ille uero contra:se patienter laturū iurauit:placatūq̄:& ei quāuis infesto se cōciliatuꝝ iri. Quā ob rē Basilius inquit: ualde quidē ad nos excitandos refert: ut talia uiroꝝ iram cohibentiū nostram subeant memoriam:neq̄ enī tragœdię omnino dicenti:ira manus inimicitias armabit:uerū irasci nullo modo tutius esset:quod si fieri nequit:ratione aūt saltem ira moderanda:nec longius efferre ꝑmittēda. Hinc Laertius:de Socrate:& diuus etiā Basilius: qui/cū quispiam Socratis faciē cecidisset:hic aūt minime cōmotus furentē debaccari &

iram ingurgitariq́:ex quo cũ totũ ex plagis tumidũ ac contusum red/ didit:ubi uero ille edendo destitit: nihil aliud Socrates peregisse perhi betur:q̃ fronti propriæ inscripsisse:talis egit: ueluti statuæ cuidam au/ toris nomẽ:& eo modo ultus extitit: quæ omnia profecto nostris con/ gruentia uidentur: ac magnopere imitanda censerem : Nam Socratis hoc germanũ est illi diuino præcepto:ꝙ maxillam uerberanti alteram præbere iubet. Illud uero Periclis uel Euclitis simile: illi ꝙ persequen/ tes sustinere:ac mansuete illoꝶ iras tollerare: & inimicis etiã bona præ cari:neu execrari deceat: & talibus instructus/munitusq́ exẽplis : hoc arduũ præceptũ documentũq́ patientiæ obseruare posse : nõ omnino diffidat. Hinc diuus ille Cecilius:patet/inquit/patiẽtia uirtus & uber tas eius ac largitas de unius quidem nominis fonte proficiscitur : sed exundantibus uenis per multa gloriaꝶ itinera diffunditur : nec prius perficere quicq̃ nequit in mortaliũ actionibus: ad gloriam ipsam / lau/ demq́ perficiendã: nisi finis suscipiat robur. Patientia inq̃ est quæ deo mortales seruat & cõmendat:ipsa illa inquam est quę linguam frenat: temperat iram:mẽtis gubernatrix:pacisq́ custos extitit:disciplinæ mi/ nistra:libidinis impetũ frangit:timoris uitia comprimit: simultatis ex tinguit incendiũ:& diuitũ potentiam cohercet:refouetq́ inopiã : tuet̃ in uirginibus pudicitiam: mulierũq́ castitatem amplectitur. Illa inq̃ in prosperis humanitatem edocet:in aduersis fortitudinem: contra in/ iurias ac contumelias mites:edocet delinquẽtibus cito ignoscere: si ipse delinquas:diu & multum rogare:humani generis hostis arma expug/ nat : hostiũq́ perfidiam tollerat: tormenta/exilia/martyriaq́ perficit. Ipsa est inquã illa quæ incrementa spei similiter prouehit: ipsa morta/ lium dirigit actus: ut appræhensa diuinam Christi relligionem: dum per eius tollerantiam gradimur : ipsa inquam efficit ut perseueremus dei opt.max.filii : dum patris patientiam imitamur. Et si prisci a ue/ ra relligione deuiantes patientiæ documẽta obseruare. Hinc Cleantis in philosophum maledicta Athenienses grauiter ulciscebantur: Clean tes indulgendũ ei exclamabat: asserens iniquum omnino esse Hercu/ lem : Liberumq́ patrem a poetis illudi:nec aliqua iracundia permoue ri:se autẽ leui maledicto indignari:qua quidẽ uoce cõplexus est furor. Et Sysitheus poeta pœne redditus optime:Magnesii Daphitam gram maticum cõciuem suum cruci affixerunt: in Thorace monte urbi fini timo : ꝙ uersibus suis reges meledictis ac probris lacesseret : & præci/

pue Lysimachum quem uehementer formidabant: ne eiusmodi iniu/ria percitus: iram in eos euomeret: quæ quidem res multis aliis exemplo extitit: ut & famosis uersibus abstinerent: & linguæ petulantiam coherecerent. Transiuit siquidem in prouerbium: quo quidem dicebatur Caue a Thorace. Hinc Demosthenis in Philippum scripta causam præbuerunt: ut summus ille orator ad supplicium posceretur. Et illa Ciceronis in Antonium: exitio autori suo fuerunt. Sapienter igitur Prothagoras dicere solebat: potentium iram ac tumentem indignationem nõ esse irritandam. Nocent etiam calũniatores plurimum optimis ac doctissimis uiris: quorum uitam carpunt: bene dicta deprauant: & honesta laudis præmia auferunt: ac posteritatis memoriam nõnunq̃ dãnant. Sic Neuius poeta a Romanis in carcerem coniectus ob in proceres ac principes urbis maledicta: Arelũ & Leontẽ fabulam edidit: suam petulantiam fassus est: & probra omnia quibus multos læserat:deleuit ac deuouit cecinit. Sic Diotinus stoicus in Epicuro:Laertio autore:qnquaginta turpes ac impudicas epistolas:falso noĩe:quasi ab Epicuro editas ostẽdit. Siquidẽ ut Isocratis est sententia:ciuitates pęne oẽs principũ suoꝝ uitã emulanť: & uti ex unius ciuis uirtute fœlicitas ad eum solum manat: qui cum uirtute degit: sic rursus ex principis exẽplo fœlicitas in cõplures diffundiť. Maxima inq̃ pars ciuiliũ institutionũ:ut Patritio placuit:in principũ morib9 cerniť. Nã sicuti lex ciuitatis est forma:sic princeps uitæ exemplar esse perhibeť. Nam plerũq; & uitiosa exempla:in bonũ deflecti:ut Cai Cæsaris industriã: & animi sublimitatẽ:quã ille male ꝑstitit ambitione probris impendet patriæ cõmodis: clementiã quã ille simulauit ad parandã/ fulciendãq; tyrãnidem. Pius ex animo adhibebit ad cõciliandã ciuiũ suoꝝ beniuolentiam. Quin exempla improba nõnunq̃ magis accendũt ad uirtutẽ q̃ optima. Quem enĩ nõ auocet ab auaritia Titi Vespasiani uectigal e lotio collectum & fœdissimo facto per edictũ: lucri bonus est odor ex re qualibet:nam ex urina uectigal exigebat: ut Tranquillus. Et exeranda Neronis uox:ut Suetonius disseruit: qua solet mandare magistratus:scis mihi sit opus:& cura nequis quid habeat. Quis satis laudarit Macedonũ Philippi regis ciuilem prudentiam:qui libeꝝ iussit esse eũ: a quo clã submonitus est: ꝙ pallio subducto in genũ parũ decore cõsederet:ut Plutarchus meminit. Hinc Cęsares illi Romanoꝝ principes Theodosius & Arcadius & Honori9/edixere:siqs modestę nescius

& pudoris ignarus: improbo petulantiq; maledicto nomina nostra cre diderit lacessenda: ac temulentia turbulator: obtrectator tempoȝ nroȝ fuerit: cū pœnę uolum9 subiugari: neq; duȝ aliqd neq; asperū sustine re: quoniā si ex leuitate id processit contēnendū est: si ab iniuria remit tendū. Vnde integris oib9 & ad nostrā scientiā referant: ut ex psonis hominū dicta pensemus: & utrū ptermitti an exquiri debeāt pcensea mus. Vnde modestinus iurecōsultus: hoc tñ crimē/inquiēs/ a iudicib9 nō in occōne ob principalis maiestatis uel uenerationem habendū est: sed in ueritate rei iudicate. Nā & psona spectāda est an potuerit facere an aūt qd fecerit: & an cogitauerit: & an sane mētis fuerit: nec lubricū linguæ ad pœnā facile trahendū est: quāq; enī temerarii digni pœna sint: tñ ut insanis illis parcēdū est. Siquidē animi affectiones: qui reip. præsunt expellere exquirūt: quid enim inquā libido ipsa appetitus ue hemens: & cōtra rationē excitatus: uel cupiditas quædā effrenata: quæ ubicūq; dominat: ut Xenophon in Socrate disseruit: adeo uirtutes oēs perimit: ut nullum locum: nullūue præsidium: sanctissime etiam in nocentiæ esse permittat: ut Crassus orator ille dissertissimus dixit: & improbos probat: probos autē improbat. Sapienter Diogenes Cyni cus dicere solebat: cupiditatem arcem esse omniū maloȝ. Cupiditati subiectæ sunt species/indigentia/ira/iracudia/excandescentia/ odium/ desyderiū: & amor eiusmodi libido siue cupiditas: de nomine enī hoc loco nō laboro: utrunq; tñ probat: dicendi ac sentiendi summus orator Marcus Tullius: coherenda est: anteq̄ passim diffundatur: & animū ex parte inuadat. Effrenatus siquidem cupiditate animus: nō facile uirtu tis ac rationis habenis regit: aduersat enim honesti: ac salutares mo nitus: ut ait Plato: & uelut infrenis equus: calcibus/morsibusq; insul tat: & sessorem excutit atq; exturbat. Vt illius Ciceronis affectus: & se nioris Catonis: atq; Euxithei: qui Aristothei: Plutarchus meminit: fa miliaris fuit: hi enim mordebant sæpe dictis: incipientes/atq; remordē tes ueniam simul & gratiam ipa occasio præbebat. Vt Demostheni: qui cum iis: qui ut fur male audierat lucubrationes nocturnas scri psisset: paulo petulantius irrideret: respondit excipiens: scio me ti bi molestum esse: qui noctu lucernam accendam. Idem ad Demea dem exclamantem Demosthenes me corrigere uult: nempe sus Mi neruam. At ista/inquit/Minerua priori anno in adulterio deprensa est Et Plutarchus: illud Seneti ad ciues suos: exprobrabant ei q Impera

tor exercitus ab hostibus esset uersus in fugam: at uobiscum / inquit/ lepidissima capita aufugi. Siquidem indigentia: prima cupiditatis species esse perhibetur: & per hanc Plato/auiditatem/ auaritiamq; intelligit. Hinc Stoici:ut Laertius disseruit: magnam indigentiam nasci non ex inopia magna: sed ex magna copia: multis enim eget: qui multa possidet. Proinde minus habendum est: ut minus desit. Cato: ut Plutarchus meminit: se multis egere fatebatur: sed tamen cupere nihil affirmabat. Asserebat enī: siquid est quo utor: si nō est: ego sum cui per me ipm̄ uti liceat. Hinc idem Cato disseruit: lusus & auaritia duæ pestes sunt: quæ oīa magna euertunt imperia. Hinc ille Achæus rex Lydiæ: Herodoto autore: Nam cū imponeret crebra ac grauia tributa populo: nocturno tpe tessera inter se data: subito omniū cōcursu: illū cū omni familia trucidarūt: & regia incensa: eius cadauer unco tractū: in Pactolū flumen demerserūt: ut auriferas aquas semp potaret. Sic & Marcus Crassus: Plutarcho autore ac Appiano: a Parthis eo deuicto: capite exciso: ut aurum imbiberet: qui aurū sitisset exprobrabāt. Sic & Mitridates: Aquilo duce capto: aurū in os infudit: ut Appianus disseruit. Hinc Iugurtha in Romanos: ut Crispus meminit: remp. Romanam uenalem esse dixit: & mature perituram: si parem emptorem repererit. Hinc Gnei Pompei patris auaritiæ: ut Plutarchus meminit a Rhetis interemptus extitit. Siquidem ut Seuerinus edocuit: improbus effectus est: si quantas rapidis/inquiēs/ratibus incitus pontus uersat harenas: At quot stelliferis edita noctibus cœlo sydera fulgent: tantas fundat opes: nec retrahat manū: pleno copia cornu: Humanum miseras haud ideo genus cesset flere quærelas. At qui nec opes in explatam restringere auaritiam quærunt sæuior ignibus Aethnę: feruens amor ardet habendi. Auaritiæ nihil satis est: quamuis fluente diues auri gurgite: non expleturas cogat auarus opes: oneretq; baccis colla rubri littoris: ruraq; centeno scindat opima boue. Nam cura mordax deserit superstitem: nouerca est adunca tenacitas. Hinc Gnetus Demosthenes / inquiens / Athenis eum qui necessaria funeribus uenditabat damnauit: cum probasset eum magnum lucrum optasse: quod contingere ei sine multorum morte non posse. Et idem alibi: Auaritia est uehementissima humani generis pestis: cupiditati nihil satis est: & parum quicquid desyderio: q̄ non ex inopia sed uitio nascit̄: nō finis erit cupiditatis sed gradus. Hinc Satyricus

Sed q diuitias & per tormenta coactas:Cum furor haud dubius:cum sit manifesta frenesis: ut locuplex moriaris interea pleno cum turget sacculus ore: sed quæ reuerentia legũ: quis metus aut pudor est unq̃ properantis auari•Hinc Crispus:pecuniæ imperiiq; libido sunt quasi materies omniũ maloꝝ•Namq; auaritia fidem:probitatẽ/cæterasq; bonas artes euertit• Sane auaritia quasi uenenis malis imbuta: corpus animũq; effœminat:semper infinita: insatiabilis est: neq; copia neq; inopia minuit• Cum mortalium natura auida sit imperii: & præceps ad explendam animi cupiditatem• Nam animus æger auaritia facile cõuertitur:auriq; magnitudo a probo & honesto in prauũ abstrahit•Vnde Policlides: Diuitiis ne parce: non licet recordare quia mortalis es: non licet in inferno diuitias habere & pecunias afferre• Vnde Horatius: Ego uectigalia magna diuitiasq; habeo: tribus amplas regibus: ergo qui non est melius quod insumere possis cur eget indignus quis qui te diuite auare: templa ruũt antiqua deũ cur improbe caræ: Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo: Vni nimirum recte tibi semper erunt res• Et alibi idem: qui nũmos aurumq; recondit nescius uti: cõpositis metuens: quæ uel contingere sacrum: nimirũ insanis paucis uideatur eo q maxima pars hominum morbo iactatur eodem• Siquidem genus est omnium libidinum cupiditas: eius autem generis sine dubio pars est auaritia• Magno inquam malo est mortalibus auaritia Iccirco q eos magnis & nõnullis periculis afflictanť: propter immensam auri auiditatem• Nam duæ res sunt quæ mortalem ipsum ad turpe compendium allicere queunt: inopia atq; auaritia• Hinc Lucius Non habuit tantam rem philosophus quantam Lælius: Nec Lælius quantam Scipio: nec Scipio quantam Crassus diues: at enĩ nec Crassus diues quantam uolebat• Ita cum omnes superaret a suamet auaritia superatus est: omnibusq; potius diues uisus est q̃ sibi• Vnde Propertius: ergo sollicitæ tu causa pecunia uitæ es: per te immaturum mortis adimus iter: Tu uitiis hominum crudelia pabula præstas: Semina curarum de capite orta tuo• At nunc desertis cessant sacraria lucis: Aurum omnes uicta nunc pietate colunt: Auro pulsa fides: auro uenalia iura: Aurum lex sequitur: mox sine lege pudor• Nulli inquam: ut Stoico placuit: nos uitio naturæ conciliat: illa integros ac liberos genuit:nihil qd auaritiã nostrã irritaret posuit in apto: pedibus aurum & argentum subiecit calcandũ ac præmendum dedit•

Illa uultus nostros erexit in cœlum: siquidem/nō melius in fundis & in fœnore:q̄ ipso hominis estimatur animo: ut Academici dixere: qui si est auaritia egenus:& ad omne lucrū inexplebilis:nec montibus auri satiatur:sed semper aliquid ante parta ut auget mēdicabit. Quæ quidem uera est confessio paupertatis. Siquidem ut Curtio placuit: difficile est eo quod offert occasio: quippe sordent prima quæq; cū maiora sperantur. Hinc Tragicus/Audax nimiū qui freta primus: rate tamen fragili perfidia rupit: terrasq; suas post terga uidens animam leuibus credidit auris: dubioq; secans æquora cursu: Potuit tenui fidere lignum: inter uitæ mortisq; uias: nimiū gracili limite ducto. Hinc præclare Cicero: cupiditates enim sunt insaciabiles: quæ non modo singulos homines: sed uniuersas familias euertunt: totam etiam labefactant sæpe rem publicam: & ex cupiditate odia: dissidia/discordiæ/seditiones/bella nascuntur. Nec hæ se foris iactant: nec tantum in alios cæco impetu incurrunt: sed intus etiam in animis inclusæ: inter se dissident: atq; discordant: ex quo uitam amarissimam necesse est effici: ut amputata circumcisaq; inanitate omni & errore: naturæ finib9 contentus sine egritudine uiuere possit & sine metu. Quis inquā Scopam irriserit? qui ideo se fœlicem beatumq; haberi dicebat: q̄ plurima possideret: quæ nec sibi nec suis usui unq̄ essent. Nec complures illas scænicas clamydes: quas Lucullus neglectas habebat: illum beatiorem effecisse censeo: si habendi cupiditate & ambitione semper ardebat. Ignorata dominis suis bona: furibus atq; expilatoribus potius prosunt/q̄ eis. Optime Epicurus: Naturæ opes definitas parabolasq; esse disseruit: cum diuitiæ inaniū opinionum infinite sint: & nunq̄ parari possint. Vnde Aristotelica sententia: quæ in his mediocritatē probandam censet: Et Plutarchus in Sylla disseruit: q̄ cum glorianti se iactantius in Senatu Syllæ: quidam Senator ait: quo nā modo uir bonus esse potes: qui nihil a patre acceperis: tot diuitiis atq; opibus tā patuo tempore affluis? Et ex contrario Epicarmus comicus: nō beneficus & liberalis es: sed prodigalitatis morbo laboras. Sed ut dixi: auaritia expellenda est quæ nunq̄ expletur: neq; satiatur cupiditatis sitis: neq; solum ea quæ habent libidinem augendi cruciantur sed amittendi metum. Sed ut placuit Ciceroni: habere enim questui remp. non modo turpe est & sceleratum & nefarium: nam natura non admittit: ut alioq; spoliis nostras ædes repleam9: copias opesq; augeamus: cū om

nibus cōueniat: qui ſecundū naturam uolunt uiuere: nuſq̄ admittāt ut alienū appetant. Hinc illud Horatii: Nullus argento color eſt auaris: Abdito terris inimice lamnæ: Criſpe Saluſti: niſi tēperato: Splendeat uſu. Latius regnes auidum domando: Spiritum: q̄ ſi Lybiam remotis: Gadibus iungas: & uterq; Pœnus: Seruiat uni: Creſcit indulgens ſibi dirus idrops: Nec ſitim pellit niſi cauſa morbi: Fugerit uenis & aquoſus albo: Corpore langor. Quare ſicut auaritia omnibus inuiſa eſt: ita & nimia profuſio ac prodigalitas: Vnde Tranquillus de Cæſare: priuato profuſionis uitio dabatur: q; nimiis impēſis eſſet: q; q; anteq̄ ullum iniſſet magiſtratum: trecentoꝝ talentoꝝ æs alienum contraxiſſet. Vnde cum in Iberiam prætor accederet: trecentis/inquiens/ſibi talentis opus eſſe: ut nihil haberet: hoc eſt ut æs alienum perſolueret. At poſtq̄ rerum potitus eſt profuſio ipſa nomen uirtutis accepit: & benignitas: gratitudo ac magnificentia nuncupata eſt. Hinc præclare Alexander: ut Plutarchus autor eſt: cum in amicos regias fere omnes opes abſumſiſſet: quid tibi Rex ſuper eſt/inquit/Perdicas? cui Alexander: ſpes ait: tum Perdicas: hæc nobis cōmilitonibus tuis etiam tecum cōmunis erit. Hinc Martialis: Extra fortunam eſt quicquid donat͛ amicis: Quas dederis ſolas ſemp habebis opes. Sic & Nycias ille Atheniēſis: clarus quidem: ut Plutarchus autor eſt: uariis ſumptib9 ad uoluptatem exquiſitis: ſe gratum populo reddebat. Et Ammianus: Iuliani Cæſaris ſententiam memorat: ſe liberum pectus ab omni metu habere: nec pudere imperatorē qui cuncta bona in animi cultu ponit honeſtatā paupertatē ꝓfiteri. Scipio uero cū accepiſſet liberalitatē ac magnificentiā ſuā: a Cenſorino illo Catone: in ſenatu exprobrari: pecuniæ rationem a queſtoribus repoſcendā eſſe: ab imperatoribus autem rei bellicæ rationem. Hinc diuus Baſilius: quid adhuc diuitiis nobis opus: uoluntatem corpori inſitam ſpernētibus: ego uero nō cenſeo niſi ut eſt in Draconis fabula: uoluptatem quandam ferat theſauris defoſſis inuigilare: qui enī ad hæc deſpiciēda probe inſtitutus fuerit: præter neceſſariū uſum: nihilomnino curabit: etiam ſi id Lydia ſit harena: & formicaꝝ aurū ferentiū opus tāto magis inhoneſtū putabit: quāto minus indigebit. Ipſe nempe uſus ad naturę neceſſaria: nō ad uoluptatē ac libidinē definit͛: q uero extra fines illi9 egredit͛: ſimilis erit his: qui ad prærupta curribus feruntur: nequaquam curſus ad ulteriora ſiſtere ualentes: ſed quo magis plura poſſident: eo magis concupiſcentiæ

siti accenduntur: & ut ait Solon: diuitiarum nullus est modus hominibus: qua de re praeclare Theognis disseruit: nō amo diuitias: nō opto magna: sed adsint parua: modo uiuam laetus & absq; malis. Et Laertius de Solone: diuitias habendas esse dicebat: non tamen per iniurias quaesitas: sed honesta aliqua ratione partas: male enim parta: ut ait Cicero male dilabuntur. Sic Demadis diuitiae turpiter nactae: q̄primū eas per luxuriam profudit. Extollitur Publicola Valerius: Liuio autore: cui pietas in patriam publicolae cognomentum dedit: qui non modo in comparandis diuitiis: ab omni iniuria abfuit: sed quicquid humanis usibus ex opulentiis superesset: id omne benefice/benigneq; tenuioribus erogandū esse censebat. Hinc diuus Basilius: ego uero/inquiēs/ Diogenem magnopere admirare ac laudare soleo: rerum humanarum contemptorem: qui se rege Alexandro ditiorem paruo contentus ostendit: cū ille procul dubio ad eius statum sustinendū pluribus indigeret. Nobis autem si nō Pythiae Misii assint talenta: & iugera: tot terrę pascua: ac greges innumerabiles: quiescere nō licet. Existimo itē aeque & absentes spernere diuitias & praesentes possessas minimū amare oportere. Ex quo illud Socratis recte memorat: qui diuitē hominē: ob opes ualde superbientem: non prius admirari dixit: q̄ his utentē uideret & experiret. Phydias quidē & Policletus: quorum alter Eliensibus Iouem: alter uero Iunonem Argiuis fecerūt: si auro & ebore statuarum tumidi facti: & alienis opibus honestati: artem spreuissent: ex qua aurū eis dulcius: & honoratius euenit: nos autem si humanam uirtutem nō sufficere: & externis opus esse facultatibus ad uiuendum existimabimus: minoris indecoris agere putabimur. Sic Thebanus Pelopidas extollitur: his amicis suis opem semper afferebat adeo ut sibi diuitias: nō se diuitiis inseruire ostenderet. Itaq; mortales rerum hanc affluentiam simul cum uoluptatibus: quae per sensum oriuntur/ abiiciant. Hinc praeclare Plutarchus: Hyppomancus Aliptes: quibusdam laude efferentibus: praelongum quempiam: ac p̄longis manibus hominē: tanq̄ ad pugillum certamen idoneum: sane/inquit/si suspensa in alto corona foret detrahēgda. Idem licebit dicere: in hos: qui pulchra praedia qui amplas aedes: qui pecuniae uim stupent: atq; in his rebus foelicitatem sitam esse ducunt. Sane siquidem uenalis esset emenda foelicitas: quanq̄ permultos uideas qui malint esse diuites: simulq; miseri: q̄ dato argento parare foelicitatem. At non emitur nūmis animus liber

omni molestia: suaq; contentus sorte: nec magnanimitas neq; tranquil
litas neq; libertas. Diuitem esse nō est diuitiis contendere: nec immodi
cas opes possidere: sed nō egere superuacaneis. A quibus igitur malis li
berant diuitiæ: si ne hoc ipm quidem adimūt malum: sui cupiditatem
cum potus sedat sitim: cibus famen faciet: ceterum argenti cupidinem
nō extinguit argentū: nec aurum auri: neq; si plura possideas: coherceť
plura possidendi cupiditas. Quippe qui corporis morbo tenetur: is pro
tinus in lectulū se conicit: atq; interim dū curatur: quietem agit: ꝙ si
paulū exeat: sese cōmoueatq; corpus: exagitante æstu: assidentiū aliqs
blande dicens: mane miser quietus ministratis tuis cohibet hominem
atq; compescit. At contra: qui animi morbo laborat: tum maxime sunt
in negocio: minimeq; quiescunt. Nam ut agas aliquid: ut inquit Plu-
tarchus: ab animi impetu proficisciť. At impetus uehemētia a morbo
nascitur. Itaq; nō sinit animū esse quietū: adeo ut cū maxime opus sit
homini tollerantia silentio: atq; secessu: tunc maxime pertrahāt illum
submoueant operiantq; ire: Cōtentiones/cupiditates/ipsa inq̄ auaritia:
maloꝝ omniū radix: fomesq; seditionū: atq; mortaliū incendiū: amo-
res/dolores: cogātq; multa tum facere nepharia: tum loqui: nequaquā
accomoda tempori. Itaq; quēadmodū periculosior est tempestas: quæ
uetat in portū appellere: q̄ ea quæ cohibet ad nauigandū. Itidem quæ
in animo accidunt tempestates grauiores erunt: quæ nō sinunt homi-
nem contrahi: neq; rationem perturbatam consistere: sed nullo guber-
natore: nullis fulturis in perturbatione: atq; errore pernitioso cursu ꝑ-
cul auecta: preceps in metuendū aliquod incidit naufragium: suamq;
ipsius uitam illisa cōminuit. Proinde his quoq; de causis grauius est
animo q̄ corpore ægrotare: propterea ꝙ hi tantū patiantur: illi nō solū
patiantur uerū etiam male peragant. Itaq;/ut inquit Basilius/tantum
hic sciographiam uirtutis quandā ex externis ueterū doctrinis descri-
psimus: ex quibus plura quæ ad rem agunt: uelut ex multis riuis mag
ni fluminis surgit incrementū decerpsimus: paruū enim supra paruū
imponere ex Hesiodi sententia nō magis & argenti augumentū: q̄ ad
quācunq; scientiam agere credendū. Hinc illud Biantis saluberrimū
monitū: qui ad Aegyptios eunti filio: ac percunctanti quid ei maxime
gratū faceret: uiaticū: inquit: senectutis possidendæ uirtutem uidelicet
uiaticum appellans: ac breui definitione describens: ut humanæ uitæ
utilitatem suppeditantem definit. Vnde Basilius ego autē: & si Titoni

fenectam: & Arcantonii ac Mathusalem illius: qui mille annos trigin/ta minus uixisse dicit. Deniq; si tempus omne ab initio quod ceperũt homines compotes fane: ut pueri sententiam ridebo: si longa ac mini/me senescentia secula nobis promisse respicimus: quorũ nec finem est ullum mente deprendere non magis q̃ mortem animæ morti subiice/re. Iccirco ad ea nobis possidenda uiatico est opus: ac omnẽ lapidem secundũ adagium promouere: unde nobis aliqua cõmoditas ad hoc consequendum prouentura sit. Turpe quidem præsens proiicere tem pus: ac sero postea reuocare quod præteriit. Quandoquidem lapsæ uirtutis remedium: quorsum inquam studiosorũ cõuentus: quorsum tot libri compacti: ut ne defunctorum nomina ignota sint: & uirtu/tis gloria mortalibus pandeat: illustrium gesta: quæ obliterationem ac ocium/obliuionemq; ne patiantur. Siquidem ut Plutarchus disse/ruit: in Epicurum: ꝙ si uelut e cõuiuio lumen sic e uita tollis cogni/tionem: quo nesciantur omnia ex uoluntate ad uoluntatem facere ne/mo sciat te uixisse nempe. Sed si quis in naturalibus deum laudat: eiusq; iustitiam ac prouidentiam: in mortalibus autem legis benigni/tatem & rerum administrationem: in administratione uero honestũ non utilitatem: cur debeat huius latere uita? an ne quem erudiat? ne quem ad uirtutis imitationem excitet? ne cui sit exemplo ad hone statem. Si Themistocles ignotus fuisset Atheniensibus: Græcia non expulisset Xersem Persarum regem. Si Romanis Camillus: urbs ipsa Romana huad constaret: imperiiq; magnitudo nomenq; oblitũ esset. Si Dioni. Plato nõ fuisset: urbs illa celeberrima Syracusis a sæuo illo tyranno libertati restituta. Verũenimuero: quemadmodum lumen in causa est: ut non solum aliis conspicui simus: uerum etiam utiles: ita notitia non gloriam modo: uerum exercitationem parit uirtutis. Epaminundas igitur ad quadragesimũ usq; annũ ignotus: nihil pro/fuit Thebanis: deinde præfectus rebus gerendis: imperium nactus: remp. extinctam restituit: Græciam seruitute liberauit: uirtutem in gloria uelut in luce suo tempore non ociosam præstans: Refulget enĩ cũ res & usus postularit: ubi uelut æs generosum tempore perspicuũ redditum declarauit: nõ secus atq; domũ uelut: ut inquit Sophocles: quin etiam hominis ingenium ceu cariem & senium in ocio contrahit propter obscuritatem: at mutua quies uitaq; sedentaria: in ocio semo ta non corporibus modo: uerum etiam animis marcorem conciliat:

non secus atq; aquæ latentes: propterea q͏̃ umbræ sunt opacæ torpe-ant: neq; profluant putrescunt. Itidem eorum qui in ocio degunt ui-tam: siquid habeant usui futurum: tamen quæ non promanat ad ali-as nullo inde bibente corrumpitur & consenescit uis illa natiua. Cæte rum is timor adsit qui homines animosiores efficiat: qui cum fortitu-dine & uirtute bene compositi: cur in causa sit: ut cum prudentia: uirtute: animi robore: industria: utiliter omnia conficiatur: Et ut Platoni placuit: timoris species duas esse differuit. Altera qua id quod timemus tanq̃ perniciosum quodam effugimus: altera qua in id quod opponitur uehementius concitamur. Imbecillis quidem est & animi consternati: ita in rebus arduis exterreri: ac considere animo ut agere quicq̃ uel audere non liceat. Vir inquam cui robur illud/uisq; ac for-titudo inest in eo ostenditur q͏̃ non nisi ea quæ difficillima: ac magna aggreditur facinora: cum timeat horrescatq; ne maiora interdum/dif-ficilioraq; fiant: sese illis opponit. Formidemus inquam: hostes cum assequi uictoriam audeamus: timeamus bellum cum pacem/restitu-tamq; remp. esse uelimus. O q̃ illustris: q̃ fulgidus: q̃ bonus ille ipse timor: qui mortales ad quicq̃ præclarum excitat: q̃ praua q̃ deniq; de testanda: quæ ita segnes mortalium segnitia: quæ ita segnes illos ac desides: ut de eminenti discrimine mortales illi non cogitent: iminen tia pericula non præcaueant: non circumspectent: incautiq; ruunt in præceps.

¶Finis libri Octaui.

EGIA IPSA MAIESTAS A DEO ipso maximo sua diuina prouidentia præordinata: atq; ingẽtibus ornata muneribus: ad nil aliud tam fulgenti syde re exornata cernitur: nisi mortalibus præesse:& prodesse: proinde condonatur a deo ipso: qui pie imperant:potestas/maiestasq; ac sapientia. Potestas ut superbos/elatosq; opprimat debellatq; rebelles: & tueatur ac defendat humiles ac eiectos: Sapientia ac prudentia: ut dirigat regatq;: pia solertiq; ac diligenti sollicitudine subiectos: nec alio quolibet regalis/imperialisq; maiestatis munere digniorem existimandum sapientia ac prudentia illustratũ q̃ regem ip̃m: nec alium quemlibet tam excellenti dono: ut in condonãdo ita in accipiendo æque dignum: ut probus rex atq; imperator: qui diuinæ Christianæ relligioni præest:ad quẽ populi Christiani principem cuncta scire & prædicare: quæ deo placeant necesse esse notissimũ est. Neq; enim quenq̃ magis decet uel meliora nosse uel plura q̃ Imperatorem: cuius doctrina illustresq; mores omnibus prodesse debent subiectis. Nec inquam quisquam alius: ita ubi: de iustitia: fortitudine: honestate: moderatione: continentia: liberalitate: animi magnitudine: amicitia: officio: itemq; de rep. de re militari cæterisq; uirtutibus se exornare debet: q̃ princeps ipse. Siquidem Homerus ille ubi mortalium animantiũ genera contẽplatus esset horũq; uitæ rationẽ & statum inter se contulisset: in hãc uocẽ erupit: Omniũ quæ in terris spirarent ac serperent: nihil esse calamitosius homine: principatũ haud sane fœlicem homini tribuens: ut in malorũ expensione primas partes teneat ac calleat. Hinc Plutarchus: at nos/ inquiens/ hominem tanq̃ uincentem calamitatem: iamq; animantiũ omniũ pronunciatum miserrimũ ip̃m cũ se ipso conferimus ut propriis malis secum ipse certet: cum in corpus atq; animã parcientes:quod quidem negocii nequaquã fuerit inutile: sed uehementer ad rem pertinens. Nimirũ ut intelligamus utrũ per animũ an per ipsos miserius uiuamus: hinc iracundia: & si multi fortitudinis nomen imponant amorẽ: amicitiæ nomine palleant. Inuidiã æmulationis: timiditatẽ diligentiæ: qua res in tuto collocentur. Hinc Cicero disseruit:nam dissensio est ira acerbior pernitiosa reip. humanam societatem dirimit:principũ aures perturbat:discordia ac seditiõibus cũcta inficit. Hinc Xenophon & Plato disseruere:q; dissensio & cõtentio illa: per quã uetustissimi poetæ: cuncta dissolui

ac interimi putauere. Hinc illud Crispi: concordia prauae res crescunt: discordia autem maximae dilabuntur. Unde Pithagoras monebat: ne quid unq̃ per iram agerent. Sic Archita Tarentinus: in uillicum deli quentem disseruit: punirem nũc te nisi iratus essem. Nõ sic Eurilecus philosophus: qui sumpto ueru carnibus semiassis: cocum in forũ usq; per iram persecutus extitit. Siquidem immodica ira: ut Stoico placuit: gignit insaniam: exardescit affectus ex amore qui ex odio nascitur: nõ uiuimus minus inter seria q̃ inter lusus & iocos: nec interest: ex q̃ mag na causa irascatur: sed in qualem perueniat animus: sic ignis non re fert qui magnus: sed quid incendat. Ingentis irae exitus furor est. Hinc Tragicus: cum superat ira sanguine nescit tegi iratus nihil nisi criminis loquit̃: sed regi frenis neq̃d & ira ardens hostis & uictori cõ missa nocte: quicquid indignum aut ferum cuiq̃ uideri potuit: hoc fecit dolor tenebrae per quas irritat furor: Siquidem mixtus dolori fundit stimulos timor: quocunq; me ira: quo dolor quo pes feret: hinc ire pergam: nam ira quae tegitur nocet. Sed ut Seneca disseruit: ad probum uirum cito iracundia interiit: breue amans est ipsa iracun dia memoria: fulmen est ubi cum potestate inhabitat iracundia: gra uissima est optimi uiri iracundia: grauis tamen poena est: quem post facti poenitet. Sic Alexander ille Clythum peremit: paternae mili tiae ac suae fidissimum ac fortissimum comitem: adeo facti ipsum poe nituit: ut uix a se ipso manus abstinuerit. Sic & Periander Corinthi us ira accensus: uxorem Myssam pregnantem interemit: & cum pel licum liuore peractum esse percepisset: rursus ira excanduit: & eas omnes igne cremari iussit. Lycophronem filium eiulantem prae ma tris interitu in Corcyram usq; relegauit. Sic Lysander ille Lacedae monius: morum acerbitate grauem exercuit tyrannidem: de quo & Actheocles: bene actum cum Graecia esset: si duos Lysandros non protulisset. Siquidem & si Peripatetici: ut Cicero autor est: multis uerbis iracundiam laudent: cotem fortitudinis esse dicunt: multoq; in hostem & in improbum ciuem: uehementiores iratorum impetus esse: leuis autem iracundia eorum: qui ita cogitant. Praelium rectũ est: hoc fieri conuenit dimicare pro legibus: pro libertate: pro patria: haec nullam habent uim nisi ira excanduit fortitudo. Nec uero & bel latoribus solum disputant: imperia seueriora esse putant: nulla sine aliqua acerbitate iracundia: oratorem deniq; non modo accusantem:

ſed ne defendentem quidem probant ſine aculeis iracundiæ: quæ ſi etiam non ſit: tamen uerbis atq; motu ſimulandi arbitrantur: ut auditoris iram oratoris incendat actio. Virumq; uideri negant qui iraſci nequit. Siquidem oratorem iraſci minime decet: ſimulare non dedecet: an tibi iraſci tum uidemus: cum quid in cauſis: acrius & uehementius dicimus. Et alibi idem Cicero/ omnis autem & animaduerſio & caſtigatio contumelia uacare debet: Cauendum eſt etiam: ne maior pœna q̃ culpa ſit: & ne iiſdem cauſis alii plectantur: alii ne appellentur quidem. Prohibenda eſt autẽ ira in puniendo: nuſq̃ enim iratus qui acceſſerit ad pœnam mediocritatem tenebit: quæ eſt inter nimium & parum. Nam ab iratis: ſi perſpicua pax: & beniuolentia petitur: non modo ea inuenitur: ſed augetur atq; inflammatur odiũ. Sic Claudius Cæſar: ut Tranquillus refert: cum ſibi conſcius eſſet ſe perire & iracundiæ impetu ſæpe peccare: utranq; excuſauit edicto/ pollicitusq; eſt alteram perbreuem & innoxiam futuram: alteram uero non iniuſtam. Vnde Naſo: Quo quis eſt maior magis eſt placabilis iræ: Et faciles motus mens generoſa capit. Sic & Cicero: Quintũ fratrem monuit: ut iram comprimeret. At Propertius: Fortiter & ferrum ſæuos patiemur & ignes: Sit modo libertas quæ uelit ira loqui. Et Satyricus: Quotiens facit ira nocentes: hunc feſſum & rabie iecur incendente feruntur: Præcipites ut ſaxa iugis abrupta: pene iræ frena modum. Et Homerus: Procul hinc procul ira recedat: quæ turbat ſapientem hominem. Et Claudianus Theodoſio Cæſari: Si duceris ira: ſeruitii patiere iugum: tollerabis iniquas: Interius leges. Sic cũ Sophocles: Aeſchylo poetæ prælatus eſſet: in Siciliam iter arripiens ibi ira ac dolore motus interiit. Sic & Calcanti auguri ex Troiano bello redeunti: cum a Mopſo etiam augure: iuxta locum Clarii Apollinis: in certamine deuictus: ita excanduit: ut quãprimum mortem obierit. Et Antimachus poeta: cum Niceratus ab Lyſandro rege in carmine ſibi prælatus eſſet: niſi Platonis autoritas affuiſſet: qui gratia magis q̃ rite corona alteri condonatam diſſeruiſſet: etiam ira mœroreq; confectus eſſet. Siquidem deorum ſpretis monitis excandeſcunt: & humana conſilia caſtigantur: ubi ira poteſtateq; cœleſtibusq; præferunt. Vnde Xenophon: ira atq; indignatio non præſtant conturbato animo qui tutiſſimus ſit conſultandi locum. Nempe expers conſilii furor: dolorem uirtutem putat: ut Horoſio pla-

cuit: quantamcunq; meditatur: ita tamen promittit audacia. Nam considerationem furor adimit. Et Homerus: dei autem fugiamus iram molesta autem est dei ira. Consideremus quomodo ipsum iratum placantes mitigemus: donis splendidis: uerbisq; blandis. Et idem: tu uero magnam iram contine: in pectoribus humanitas enim melior. Et Menander: homo existens disce iræ imperare: ledit uirũ animus in iram cadens: uiues uitam optimam se iræ imperaueris. Ira autem multa facere cogit mala. Nam nullus cum ira tuto deliberat: & semper oportet dominos fugere iratos. Nam cogit eos ira ad execrabiles ultiones: & ad fraternas acies/alternaq; bella prophanis: decertata odiis: ut cecinit Statius. Et ad tragicas illas nõnunq̃ dapes: a quibus solem aufugisse ac aciem auertisse fabulantur. Hinc illud Ouidianum: Candida pax homines: trux decet ira feras: Ora tument ira: nigrescunt sanguine uenæ: Lumina gorgoneo leuius angue micant. Dum furor in cursu est / currenti cede furori: Difficiles aditus impetus omnis habet: Quælibet iratis ipse dat arma dolor. Sed quid prædicere pœnam attinet ingentes parturit ira minas. Sed nunq̃ dederis spaciosum tempus in iras: Sæpe simultates ira ipsa morata peregit. Sane inquam quaslibet debiles ac infirmas adiuuat ira manus. Vnde Maro: rimanti telum ira facit: furor arma ministrat: ipseq; & ira mentem præcipitant. Illud Phocilidis præclarum: ne sis promptus ad manum sed frena agrestem iram: sæpe enim cum percusseris inuitus cædem patrasti. Ira animum subiens insaniam perniciosam gignit. Hinc Chilo unus ex septem Græciæ sapientibus: ut Diogenes autor est: duas/odii & amoris affectiones intra modum cohercuit: ait enim: hactenus ames uelim tanq̃ aliquando osurus: & hanc itidem tenus oderis tanq̃ fortasse deinceps amaturus. Siquidem amorem ipsum maximum affectum esse: Plato disseruit: unde inter quattuor species diuini furoris: ut poetæ eum effinxere cõmemorat: quam Praxiteles matrem statuariæ sculpturæ ante celaturam esse dixit: & nunq̃ tamen aliquid egit anteq̃ finxerit amoris beneficio fuisse inuentam: asserunt enim Deputadem Sycionium figulum primum eam Corinthii uenisse filiæ opera: sponsi amore flagrantis. Nam umbram ex amantis facie ad lucernam in pariete lineis circumscripsisse: supto ex igne extincto carbone. Proinde Veneri sacrata diutius in templo mansit. Sic & pleriq; mulieres: ut prisci poetæ edixe

re: quæ uirorum desiderium pictis imaginibus ammonitæ facilius eorum reditum expectauere: ut Laodomiam: Prothesilai uxorem ferunt. Sed ut poetæ effinxerunt: nam Martii furoris odiisq; plenas esse: si non sublimis Vraniæ: Calliopeq; concentibus mirifice temperantur: non Martis ardent: sed Veneris igne: non odio feruent sed charitate. In qua re fabulantur Martem a Venere molliri atq; deprimi. Verũ quoq; id theologicũ: diuinũ illũ amorẽ tanq̃ cœlestib9 supiorem seu furorem: ut poetæ fingunt: huad quaq; parere desyderiis sed imperare. Cum uero diuinę species quattuor sint: ut Platoni placet: amor/uaticinium/mysteriũ/poesis: atq; amor Veneri: uaticiniũ Apollini: mysterium Dionisio: poesis musis/attribuatur. Amor ipse diuinus omniũ præstantissimus duabus de causis iudicatur: altera quidẽ q; furores cæteri: absq; amoris instinctu: ad eam ipam rem circa quam furore animus concitat̃: neq; comparant̃ unq̃ neq; seruantur: altera uero: q; amor cũ amantem transferat in amatum: quotiens ad superiora dirigitur: mentem cũ deo proprius q̃ furores alii copulat. Nõ equidem ille Demosthenis amor in Laydem excitatus: ad ipius formam & dimidiũ talentum: non emo tanti pœnitere: sed uenustatem illam pudicitiamq;: nam gratissimũ naturæ munus existit: Et si Tragicus edixerit: raris forma uiris secula prospice: impunita fuit: & fabulæ Bellerophontis & Hyppoliti: manifestis exemplis rem indicant. Siquidẽ ut diuo Ambrosio placuit: hoc habet impatiens amor: ut quem desyderat semper inuenire cupit: secreta ignorans. Siquidem iudicio & ratione totiens caret: nescit modũ: nec aliud cogitare: q̃ quod amat potest: q̃ qd̃ diligit: nec cõsilio temperatur: nec pudore frenatur: nec ratione subiici tur. Hinc Tragicus: quod ratio possit uincit: & regnat furor: potensq; tota mente dominatur deus. Hic uolucer omni regnat in terra potens: uolitatq; cœlo pariter & terris grauis: precibus haud uinci potest: amore didicimus uinci feros. Siquidem perditissima oratio est amorẽ perdere: pudorem fugere: diligere formã: negligere famã: ut Ciceroni placuit: & Lucio: Sane flãma sæui amoris: paruo quidem primo uapore delectat: sed fomento cõsuetudinis exestuans imodicis ardorib9 totos exurit homines. Siquidem ut Euripides disseruit: mortalibus amores q̃ magnũ malũ: amoris nimii cum accesserint: nõ bonam famam neq; uirtutem attulerunt. Inde comicus: in amore hæc omnia insunt uitia: iniuriæ/suspitiones/inimicitiæ/induciæ/bellũ/pax/rursũ incerta. Hæc

si postules ratione certa facere nihilo plus agas: q̃ si des operã: ut cũ ratione insanias. Hinc Naso: Quod iuuat exiguum est: plus est quod lædit amantes: Proponant animo multa ferenda suo. Quod lepores in Atho: quot apes pascuntur in Hybla: Cerula quot bacchas Palladis arbor habet: Littore quot conchæ: tot sunt in amore dolores: Quæ patimur multo spicula felle madent. Sed poetæ edixere: huic insano furori medicinam adhibendam. Nam asserunt: Leuchatem editam in præruptam petram: in Leucadia erat: in qua Apollinis fanũ cernebatur: illic etiam præcipitem saltum esse: qui ad sedandos mores plurimũ ualeret: ex quo Cephalum primũ saltasse: Fatoralæ: Digoneti filiæ amore impatienter ardere. Vnde Lesbia præruptam transitu nacta petram: Cupidinis œstro a summo præceps ruit. Hinc Plato: animũ eius qui in amore tenet̃: in suo corpore mori: in alieno aũt uiuere. Sic Lutius Catilina scelere notior: q̃ uirtute: adeo amore Aureliæ insaniuit: ut filium quem ex alia uxore susceperat/ necarit / cum illa eius nuptias filio uiuo recusaret. Sic & Publius Clodius: tam insani fuit furoris: ut tres suas sorores stuprauerit: nec addubitauerit muliebri ueste: ubi sacra deæ bonæ peragabantur: in Cæsaris ædes: cuius uxorem Popiam impatienter adamabat/introire. Sic & Diodes Pisistrati filius: ex amoris furore uitam & imperium amisit. Et Ladoicę/Mitridatis regis soror & cõiunx: tam impie in amore exarsit: & longa militia uiro: quasi illũ festis epulis: letoq; cõuiuio acciperet: uenenum miscuerit: A quo ex consuetudine noti antidoti uix euasit: ut Appianus autor est. Sic & uxor Ariati regis Cappadociæ: eo mortuo: e sex liberis quinq; necauit: ne adulter: quem perdite adamabat prohiberetur: uno in infantia seruato: quo alito concursu populi matricida interempta est. Et Semiramis regina tanti nominis: uirtuteq; ac reb9 gestis: reges omnes Assyrios/peruertit: quos præstantiores cernebat: eos aliquãdiu in deliciis habens/necabat. Sic & Posanias rex: ab Argilio adulescente proditus: cuius insano amore tenebatur: amisit uitam: & nactæ laudis gloriam obumbrauit. Sic Lucius Vitellius ex insano libertinæ amore: furore correptus: ludibrio habitus est. Et Galba Cęsar qui semper in obsoletos exarsit: ita ut derisui omnibus esset. Et Alcibiades exul ab Agidæ Lacedæmonioꝝ rege exceptus est: in cuius uxorẽ exarsit: filiũq; suscepit Leotichidẽ proinde gloriaret̃: q̃ cũ Atheniẽsis esset filiũ succepisset: qui aliquando apud Lacedæmonios regnaturus

esset. Sic & Philippus Macedo: cum Larissa saltatrice: ex qua Aridæum genuit: qui post Alexandrum aliquãdiu regnauit: & cum Attali sorore repudiata: Olympia Alexandri matre: & Alexander Prosanen: modicis natam natalibus in uxorem duxit: cum tot opulentissimas regum filias ei ultro oblatas/respuisset. Fuerat enim Oxiortis in Bactriana in inexpugnabili illa petra: quam proditione Alexander inuasit. Sic Demetrii furor in Lamiam qui regum omnium intemperatissimus iudicatus est. Et Cleomenes Lacedæmoniorum rex: qui ingruentibus maximis bellis/periculisq;: exercitu deserto: magnis itineribus Spartam contendit: ut uxoré cuius desyderio deperibat amplecteretur. Siquidem prisci poetæ/Iunoni/quam deam matrimonii fabulabantur: cum sacra facerent; hostiæ fel adimebant: & iuxta aram infodiebant: ostendentes cõiugium amoris ac suauitatis plenum esse debere: & a bili stomacho/ira/iracundia/ac cõmuni amaritudine uacare. Est enim fel iracundiæ sedes: ut spectatores naturæ edocẽt: & Plinius etiam affirmat. Sic Antigonus rex cũ percepisset Demetriũ filiũ ægrotare a medico percepit ob scortũ: amore languescere: filiũ adiit: interrogauitq; ipm: quo nam pacto se haberet: meliusculus/inquiens/quãdo quidem paulo ante febris discessisset: hinc molliter arridens rex: uerum inquit/ais o fili: ego eam ante hostium cubili inueni. Sic Seleuci Syriæ regis: in filium Anthiochum: qui nouercæ amore flagrabat: medico consilio a se repudiata: ut filii languorem extingueret ei in uxorem tradidit. Sic Seruiliæ amor a Cæsare Catoni causam simultatis præbuit. Et Stesylia odii fomes inter Aristidem & Themistoclem: uiros clarissimos: uirtute ac rebus gestis celebres/extitit. Et Semiramis in proprium filium uesano amore exarsit: a quo interempta creditur: a qua urbs opulẽtissima Babylon condita extitit: quæ proinde defecit coma non composita: & cum altera pars ciuium adhuc soluta esset: ea sic sumptis armis exercituq; magna celeritate urbem in ditionem accepit: & cum multa humana ac diuina munera reginæ persoluissent: statuam ei in medio foro: eodem habitu quo uenerat/erexerunt: ut tantæ uirtutis ac celeritatis gloria perpetuis monumentis celebraretur. Sic Pœni uirtutis gloriam ob Campanas delicias amisere: & Hannibal qui scientia rei militaris: rebus gestis: & omniũ militarium uirtutũ: exteros omnes duces/præcelluit. In Salapia Apuliæ oppido puellæ cuiusdã amore captus elanguit. Et Alex-

ander Persepolim pulcherrimã atq; opulentissimã urbem : cum thay/ dis blanditiis illectus/incendit. Amauit etiam Alexander deuicto Da rio : Barsinen captiuam:ex qua deinde susceptũ filium Herculem uo cauit : minuit etiam aliqua ex parte uictoriæ suæ gloriam ; quam con secutus fuerat : cum montes Dedalos superauerat. Nam Cleophitis reginæ regnum inuaserat: quod nemo ducum aut Imperatorũ usq; ad heroum tempora : ante eum attigerat : sed cum illa muliebri astu se dedisset : amoris illecebris concubituq; ab Alexandro regnum rede/ mit : blanditiis id assecuta est : quod nullis uiribus aut armis unq̃ as/ sequi potuisset : filiumq; ab eo genitum Alexandrum uocauit: qui de/ inde imperium Indorum tenuit : ea tamen turpem adeo infamiæ notam subiuit : ut quam diu uixerit : semper regia pellex non regina uulgo diceretur. Nec indissimili exemplo fuit Thalestris Amazonũ regina : quæ cum ad Alexandrum in Hircaniam perrexisset : indissi/ mulate ait : nullam aliam ob rem illuc accessisse : nisi ut cum rege fu/ turam sobolem cõmunicaret ; dignam se existimaret : quæ Alexandro filios pareret. Sed amor ille magis amplectendus est : qui patriæ in/ columitatem respicit. Hinc diuus Aurelius : ex Catonis sententia: no luit existimare : inquiens : maiores nostros armis remp. magnam ex parua fecisse : si ita esset multo pulchriorem nos haberemus. Quippe sociorum atq; ciuium : præterea armorum & equorum maior copia nobis q̃ illis : sed alia sunt: quæ illos magnos fecerunt : quæ nobis nul la sunt : domi industria : foris iustum imperium : animus in consulen do liber:neq; delicto neq; libidini obnoxius. Pro his nos habem9 luxu riã & auaritiã publice:egestatẽ priuatim:opulentiã laudam9: diuitias: sequimur inertiã : inter bonos & malos nullũ discrimen: omniũ uirtu tũ pręmia ambitio possidet. Et idẽ ex Ennii poetę sentẽtia:morib9 anti quis restat Romana; uirisq;. Versum hũc/inquiens/uel breuitate uel ueritate:tanq̃ ex oraculo quodã effatũ esse mihi uidetur:nam neq; uiri nisi morata ciuitas fuisset:neq; ciuitas nisi hi uiri prefuissent: aut fun/ dare aut tam diu tenere potuissent:tantã & tam longe lateq; imperan/ tem remp. cum non censeam eam fœlicem stantibus mœnibus & ru/ entibus moribus. Nostra ætas cum rem publicam ; ut Ciceroni pla/ cuit:sicut picturã accepisset egregiam euanescente uetustate:nõ modo eam coloribus isdem quibus fuerat renouare neglexit : sed id qui/ dem curauit:quid enim manet ex antiquis moribus : quibus ille dixit

temp⁹ stare Romanã:quos ita obliuione obsoletos uidemus:ut nõ mo do colantur sed ignorentur. Hinc Plutarchus: Pandarectus nõ electus in numero trecentoꝝ:qui quidem in urbe cæteris dignitate præstabat hilaris/subridensq; abibat: gaudere se; siquidem trecentos urbes haberet sese meliores. Hinc Seneca: non is solus rei publicæ præest; qui tuetur res: & de pace: belloq; censet: sed qui iuuentutem exhortatur: qui in bonorum præceptorum inopia: uirtutem instituit: qui ad pecuniam luxuriam ruentes retrahit: & si moratur in priuato publicũ tamen negocium agit. Nam præferre patriam liberis regẽ decet:quippe neq; enĩ nobis solum diuites esse cupimus: sed liberis/ propinquis/ amicis/maximeq; reip. Singuloꝝ enim facultates & copiæ diuitiæ sũt ciuitatis. Siquidẽ ut Ciceroni placuit:oẽs leges ad cõmodũ reip. referre oportet:& eas ex utilitate cõmuni:nõ ex scriptione quæ in litteris interpræetari:ea enim uirtute & sapientia maiores nostri fuerunt: ut in legibus scribendis nihil sibi aliud nisi salutem & utilitatẽ rep. præponere. Vnde Horati⁹:Dulce & decoꝝ est pro patria mori. Et Naso:Nescio qua natale solum dulcedine cunctos: Detinet: immemores nec sinit esse sui. Et Homerus: non illi indecens pugnanti pro patria mori. Sed Vlysses cupidus saltem fumum cum egredientem uiderit a sua terra mori:cupide depascitur:neq; utiq; ego mea terra possum dulcius aliud uidere. Sic & hominũ amor in auxiliando ad inuicem. Hinc Seneca: nihil caritas carius existimamus q̃ beneficium: quod q̃ diu petimus nihil uilius; quã cum accepimus unum bene positum beneficium multoꝝ amissoꝝ damna restaurat. Deum ipsum sequamur ducem: quantum humana imbecillitas patitur: demus beneficia non feneremur. Nam si propter utilitatem darentur beneficia: deus ipse tot munera:quod sine intermissione diebus ac noctibus fundit:non daret. Hinc Seneca: clementiæ esto cultor: sæuitiæ detestator: cunctis esto benignus: nemini blandus: paucis familiaris: omnibus æquus: ad iram tardus: ad misericordiam pronus: in aduersis firmus: in prosperis cautus & humilis. Siquidem deum diligit: si illum in hoc imitabitur: ut uelit omnibus prodesse: nulli nocere. Nempe ut Naso disseruit. Regia crede mihi res est succurrere lapsis. Conuenit: & tanto quantus es ipse uiro: Mitius est lapso digitum supponere mento: Mergere q̃ liquidis ora natantis aquis. Hinc Maro: Non ignara malis miseris succurrere disco. Et Cicero:

Fructus ingenii & uirtutis: omnisq; præstantia maxime capitur: tum in proximũ quenq̃ confertur. Nam cur misereare potius: q̃ feras opem si id facere possis. Et Periander: in sui ipsius amorem te ipm ne negligas: in speculum cũ inspicias: contemplare: & siquidem pulcher appares: digna te fac: si uero deformis faciei: defectum illustra probitatibus. Sed præcipue dei amor amplectendus est: Vnde Pittachus: ante omnia cole numen. Siquidem thesaurus indeficiens est diuinus amor quem qui habet diues est: quo quicunq; caret pauper est. Nã unguentum suaue & optimũ est: ut inquit Basilius: amor summi boni: quo pestes mentis sanantur: & cordis oculi illuminantur. Nam qui malit ueram amplecti dilectionem Christum ipm discat: suaui amore diligere. Quia summus ille deus amor est. Hinc Plato: non hesitauit hoc esse philosophari scilicet deũ amare. Inde Aurelius: qui diligit deum: non potest nõ contendere præcipientem ut nõ diligat proximũ: & qui sancte ac spiritualiter diligit proximũ: quid in eo diligit nisi deum. Ipse inquã ueræ pudicitiæ subministrat iter: ipe ad id quod perdifficile Pythagoricũ præceptũ ostendit: ad uirtutem arduam ac perdifficilem: ad libidinem procliuem ac facilem semitam. Virtutis amorem deus ipse ostendit: Et id quod Maro disseruit: Sed reuocare gradũ superasq; euadere ad auras: Hic labor hoc opus ẽ. Laudat inq̃ Lelius q nullo usq̃ obrutus Veneris amore. Et Marcellinus de Iuliano Cęsare: ita castitate enituit: ut post amissam cõiugem: nihil unq̃ Veneris admiserit. Hinc illud Platonis: ex tragico: dii meliora/inquit/ libenter enim ab amore tanq̃ a crudeli & importuno domino effugi. Et si Cato ille censorinus: in senio mulierculam adamauerit: & Solonis clientis sui abiecti plebei filiã in uxorem duxit: ex qua Cato Vticensis ortus: concepit. Sic Pisistratus Atheniensiũ tyrannus: ut uxore mortua ex qua tris filios habuit: rustici filiam in uxorem duxit: alios se procreare filios differens. Et Lycurgus ille legum lator: amatores formæ execrat: sic qui nõ execrauerit/excluseritq;. Thei Anacreontis Lyrici poetę amores: qui Battilli duritiam carminibus fleuit: & a Vulcano patheram poposcit: in qua nõ coelestis currus: aut sydera celata essent: sed Bacchus: Cupido & Battillus: quos tam impie/scelestę/turpiter deos pariter arbitraret. Quis inquam illos Graios exaudire quiuit: qui Pyndatum foeliciter obisse contendunt: q in gremio amati a se pueri nonagenarius expiraucrit: quasi suauissimo somno cõsumptus. Et Xenophontis ardor asse-

rentis: si iussu Iouis necessariū esset: ut oculis sic captus essem: uel ut solum Clineam amatū conspexissem: solius Clineae aspectu: ab omniū rerū forma fraudari contenderem. Sed Socratis continentia ab Alcibiade omniū formosissimo/abstinuerit. Et Scipio nō sine nota prisci ipm edixere: q argumenta fabulaꝶ suaꝶ foedis amoribus inquinauit: ut Donatus autor est/Seruiusq. Nec Aristippi sententiam amplectendā qui disseruit: se Laydam habere: nec a Layda se haberi. Quo exemplo Cicero se tuetur: cū in eo cōuiuio coenasset: in quo Cytheris notae famę ac pudicitiae mulier accubuisset. Sic Troiae incendiū: & Priameiae domus excidiū: quo nihil miserabilius ab Homero/poetisq deploratur. Et Persae ipsi seueri criminū ultores: ideo capitali poena in adulteros animaduertebant: quippe q ducerent illos sanctam ac naturalem con nubii amicitiam perimere. An Zeusis pictoris temeritas amplectenda sit: cū assereret: nō turpe fuisse Graecos ac Troianos: diuturnū bellū & durissimos labores pertulisse pro Helena cuius species coelestis deas aequaret. Sed pulchre Cicero: atq si considerare uolumus: quę sit in natura hominis excellentia & dignitas: intelligemus q̄ sit turpe defluere luxuria: & delicate ac molliter uiuere: q̄ honestū parce: continenter/seuere/ac sobrie. Nam luxuria: cū omni aetati sit turpis: tum maxime senibus foedissima est. Proinde libidinosa intemperansq adolescentia: & effoetum corpus tradit senectuti. Immo uiros triumphales uictores gentium luxuria uincit. Proinde Horatius: Desine matronas sectarier unde laboris: plus haurire mali est q̄ ex re decerpere fructus. Et Propertius: Certa quidem tantis causa est manifesta ruinis. Luxuriae nimiū libera facta uia est. Siquidem Cypron insulam opulentissimam Veneri dicatam esse poetae fabulātur: asseruntq deam poetico figmento e mari illic emersisse: & Paphias mulieres: prae maxima decoris ac pulchritudinis specie ei comites faciūt. Sed cū Pygmalion Ciliciū rex: uir sane uirtute & animi praestantia excellens: ac etiam rebus gestis nō obscurus: cū modeste regnaret: mulierūq lasciuiam: quae omnibus potestatem sui corporis permittebant: neuti cohibere ualeret: ex candido ebore muliebrem imaginem uenustate praecellentem clarissimi artificis manibus: clam sibi fieri curauit. Itaq Pygmalion ex sola contemplatione honestos amores meditabatur: contentus simulachri specie nc lasciuiis illis mulieribus compelleretur congredi: uel sexum foemineū odiisse uideret. Vndae Numae Pompilii cōmentū: qui cū celibem

uitam agere instituisset: & ab re uxoria abhorreret: finxit se diuinum habere meruisse cõnubiũ. Sic Alexandri magni in Darii filias captiuas admirabili forma & decore:ut fama est:nec etiam aspicere dignat9 est. Turpe esse existimans uictores quas ipsi superassent gentibus succumbere. Siquidem/ut Valerio placuit:blandum est malum luxuriã: quam accusare aliquanto facilius est q̃ uitare. Hinc Campana luxuria perq̃ utilis ciuitati nostræ fuit: inuictum enim armis Hannibalẽ: illecebris suis complexa:uincendũ Romano militi tribuit. Hinc Claudianus: Luxuria est præ dulce malum:quæ dedita semper:Corporis arbitriis hebetat caligine sensus. Et Naso: Nec minus erucas tutũ est uitare salaces; Et quicquid Veneri corpora nostra parat. Vtilius sumes acuentes lumina rutas: Et quicquid Veneri corpora nostra negat. Siquidem sæuus criminũ stimulus libido est: quæ nusq̃ quempiam trãquillum patitur effectum: nocte feruet: die anhelat. Siquidem uitiũ libidinis: ut Chrysogono placuit: facile ex ocio oritur. Hinc diffinitio amoris hæc est:animi oscitãtis passio. Proinde poetæ: Ocia si tollas periere Cupidinis arcus: Contemptæq; iacent & sine luce faces. Et Tragicus: Vincit sanctos dira libido per orbem: Maximum est exortum malum/luxuria pestis blanda. Hinc desyderii affectus amoris speciẽ: Stoici/edixere: Vnde Cicero desyderium asserit esse cupiditatem eius uidendi qui nõdum adsit. Vnde Homeri/Nasonisq; poemata de Penelope: toties renouata: retextaq; tela: spaciosam ut falleret noctem: & procorum improbitatem a se amoliretur. Sic & Sapho: concita cũ absentis Phaonis desyderium ulterius ferre nequiret: ex prærupto scopulo misit se præcipitem: nec cupidineis pennis sustinere potuit. Et Comicus: decreui tãtisper me minus iniuriæ meo gnato facere: dum fiam miser. Qua præ desyderio nõ liceret ei uoluptate ulla frui: Sed labore atq; erumna desyderium suum leniret. Hinc illud Romanoꝝ exemplum: nam cũ clade Cannensi: duæ matres/inter alios filioꝝ: cedem pcepissent/flerentq;: Sed cum illi insperato adessent: immoderata lætitia filios amplexantes: uitæ spiritum emisere: & quod desyderiũ peragere nequiuit gaudium effecit. Sic illud Horatii: in Maronem: Quis desyderio tã cari capitis: præcipe lugubres cãtus Melpomone. Et Atticus ad Ciceronem: dixeram/inquiens/principio de rep. ut sileremus: nam si isto modo uolumus desyderare: non modo quærendi: sed ne lugendi finem quidem reperiemus. Sic Cicero de Homero disseruit:

ꝙ cæcus fuerat: ut idem met cecinit:in hymno ad Apollinem: Nec ulla pars Græciæ esset: quæ eum alere quiret: sed eo uita functo carior & desyderio factus est. Tunc urbes complures: ac populi illustres de illius origine decernunt. Colophonii ciuem suum illum esse dicunt: Chii suum iudicant: Salaminii repetunt: Smyrnei tanq̄ deo: eidem delubrum intra mœnia dedicant: Argiui: Itacenses/& Athenienses: ut suum sibi deposcunt. Rapsodias eius diligenter perquisitas consuunt quas canente autore despexerant: mẹrentq; ingenium illud tunc defecisse: cum illas conderet. Hicq; etiam instaurari si fieri posset uehemẽter exoptant. Sic Apelles ille alteram Venerem superaturus: illā quā Chois fecerat: & cum operis partem peregisset: morte præuentus: nulli artifices inuenti: ut Apellis excogitationem: operi succederent: manus illius desyderabant: quæ dum deam depingerent perierant. Sic Tyndarides: Nycomacho imperfecta Medæa: Tymomacho: & Venus Apelli: Nam cõmendationem maximā allicit: & desyderium plurimū auget cum cogitamus illos tunc defecisse cum opera illa perficerent: nec inuenire posse: ut inquit Patritius: qui amplius ea ad ꝑscripta lineamenta sufficerent consumere atq; perficere. Sic & lætitiæ affectus hunc sequitur: quæ opinione boni animū perturbat: ut Stoici edixere: Nam Gellius ait: Lætitiam esse exultationem quandā animi: gaudio se offerentis: ex euentu rerū expetitarum: & hanc alienā esse: ut Cicero uoluit: a sapiente: quem decet gaudere non autem lætari: quando gaudere sit animo placide/constanterq; moueri cum ratione: Lætari autem sine ratione & intemperanter. Addit etiā gestū lætitiæ Cicero: ut lenitatis affectum magis exprimat. Sic ex Chilonis Lacedœmonii exemplo cernitur: qui Pisis obiit: amplexatus filium: qui Olympiaco certamine coronatus fuerat/defunctus: ut Laertio placuit: ex immodica lætitia: & senii imbecillitate: & ut Crator Solensis: Et sextꝰ Empiricus edixere: Diogene autore: primus actionū nostrarū locus uirtuti esse dandus: secūdus bonæ ualitudini: tertius honeste uoluntati: quartus autem diuitiis: ut bona corporis retinere ualeamus. Voluptatem enim moloꝝ omnium pabulum esse: ut Plato disseruit: Optimā siquidem indolem perimit: uirtutem animi corporisq; eneruat: ingeniū hebefacit: consilium eripit: & honesta omnia obscuriora reddit. Sic Persaꝝ deliciæ Alexandri uirtutes eneruarunt. Et Asiaticæ diuiciæ Romanoꝝ constantiam: insignemq; conti

nentiam/deleuere. Et Campanæ uoluptate: longe magis Hannibali: q̃ niuiæ alpes: & hostium exercitus: & ciuium suoꝝ simultates obfuerũt. Huic comes est maleuolentia: qua imbuti fuere Diogenes Cynicus: Pyrrho philosophus: Heraclitus phisicus: Timon Atheniensis: qui in odium uniuersi generis humani cernuntur flagrasse. Siquidem cõspiciuntur in talibus quadam naturæ prauitate: ut duri semper: torui/inflexibiles/inexorabiles: esse uideantur: nusq̃ alieno bono gaudẽt: atq; male omnibus esse cupiunt: neminem æquo animo ferunt: & potius eoꝝ quos ignorant: si usq̃ fuerint laudes audiunt: q̃ eoꝝ a quibus plurimis beneficiis assidue afficiuntur. Sic Martius Coriolanus Romanoꝝ dux: ut Plutarchus meminit; nullo mansuetudinis studio: nulla facilitate: in mortalium consuetudine uersabatur. Et Phocion Atheniensis: nihil in omni uita popularis gratiæ peregit: & semper plebi ad uersatus extitit. Et Lucius Crassus: quẽ semel in omni uita eius risisse: Cicero memorat. Et Catonem Cicero obiurgat: asserens ciuem unum repugnare his rebus: quas uniuersus populus statuisset: iniquũ esse. Et Halicarnasseus meminit: insani quidẽ hominis est pertinaciter insistere populo: & ultro se periculis obiectare. Hic Polybius & pleriq; alii Catonem & Scipionem obiurgant: qꝫ post Pharsalicam uictoriam: Cæsari cedere noluerint: qꝫq; reparato bello; tot uiros in Lybia & Hyspania perdiderint: sine spe aliqua recuperandæ reip. cũ multo satius fuisset: illos ad meliora tempora obseruare. Proinde Africanus extollitur: qꝫ emulis ultro cedere maluit: & exiliũ subire: q̃ pertinacia & colluctatione remp. labefactare. Inde Caius Caligula inexorabilis/ durusq; extitit: ut Tranquillus autor est: in genus mortalium omne crassabatur. Eam Plato improbat: & comitem esse solitudinis arbitratur. Mortalium enim societatem comiter iucundeq; esse colendam: & non semper contra multitudinem esse obluctandum. Vnde Laertius: Biantis sententiam refert: qua regi pręcepit: ut omnibus ciuibus placere studeret: idq; multũ gratiæ parere ait. Et Plutarchus de Antigone: dicere solitum meminit: beniuolentiã sibi uideri optimũ regni fundamentũ: uerissimũq; rerum præsidium. Sic Chilo: ut Laertius memorat: Rex/ inquiens/cum quibus uersatur: non tantum eũ sæuitia metuant for midentue: q̃ seueritatem obseruent: exemplo Sertorii: qui facilem: qui placidum in rebus gerendis: arte & industria se exhibebat: affectum animi pro tempore simulans atq; dissimulãs. Nempe sæpe cũ milito-

nibus edicere solebat: ut Plutarchus autor est: studiosam sedulitatem omnia uincere: & oportunitatem optimum esse auxilium eorum qui illam sumere queunt. Qui autem intempestiue agunt: uel occasionē amittunt: raro uoti compotes esse queunt. Vt Alexander ille magnus: ut Curtius ille meminit: fari gestiebat: quandoquidem se fortunæ omnino permittant: quo nihil amentius deliriusq; fieri possit: ut Marius ille illustris Imperator: & septies Consul: ac rei militaris peritissimus disserebat: ut Plutarchus Cheronensis cōmemorat. Quandoquidem ut Ethruscus academicus perorauit. Duo præcipue ab ipso rerum initio mēdaces ppetui sunt. Malus uidelicet dēmō prim9 ille rebellis a ueritate: rursus hūana psperitas falsa qdē fœlicitas ac uere fœlicitatis impedimētū: sed mēdacia demonis haud facile redarguere possum9: Terrena uero psperitas totiēs hūano generi aptissime mētita iā fuisse conuincit quot in uniuerso tpis cursu ab initio mūdi ad nos usq; momēta fluxerūt: Momēta uero eiusmodi apud philosophos inumerabilia esse cēsent: Adde qd in quolibet pūcto tpis simulato risu pestiferis illecebris ueneficiis lenociniis pollicitationib9 falsis inumeros passim hoīes decipit: ut merito dici possit eiusmodi psperitatis mendacia infinite iā plura uideri: q̄ pūcta tpis infinita. Qd uero eiusmodi ē haud quaq̄ mēdax ulterius sed ipm poti9 mēdaciū atq; id qdē aptissimū est nūcupādū. Credam9 ergo temere credam9 adhuc facile ut solem9 ipi ut ita dixerim falsitati: ut uerissime miseri simus qui fidē adhuc fęlicitati falsissime: Tū imprudēter habemus fœlicitati inq̄ miseris infinite iā pluries q̄ infinite fallēti. Quis nā adeo cęcus est: quin clarissime tandē pspicere debeat infęlicē hāc mortaliū fęlicitatē tūc reuera infirmissimā esse qn̄ tāq̄ firmissimā sese nobis ostēdat. Nempe haud pri9 a nobis fœlicitas nūcupat q̄ sūmū sui cursū attigerit. Vez in eo ipo momēto in quo sūma uidet & qm̄ apparet sūma ideo & fęlicitas: iudicat repēte i cōtrariū absq; mora relabit. Adeo ut qd a nobis fęlicitas noiat sit poti9 qdam infœlicitatis exordiū. Atq; re uera fel intimo gustui nobis euadat qd primo aspectu mel similitudine quadā coloris apparuit: Queret forsasse qspiā quā ob causā potissimū ita uel natura cōparatū sit: uel sorte datū quattuor hui9 rei pcipue apud philosophos causę numerant diuina/cœlestis/naturalis/hūana/principio: diuina prouidētia statuit: terrenā psperitatē: icirco uolatilē & fugacissimā esse ne tenere diutius nos procul a diuina beatitudine posset cū ne momētū qdē a nobis unū ipa tenere possit: Atq; etiā ut morbis frequētib9 cogeremur: cęlestis medici

frequentius recordari: Meminisse preterea nos in regione: tã inquieta nõ esse tãq̃ in patria cõstitutos: sed quasi quodã exilio relegatos: Fatalis deinde lex syderũ sic a diuina ꝓuidẽtia tẽpat̃ ut in ꝑpetuo cęlestiũ cur su q̃tis oĩs ex parte cũ primũ planete ad sũmũ uel altitudinis uel dire ctionis ꝑuenerint retrocedãt. Præterea a sextili aspectu uel trino qui sa lutares esse cẽsent̃ in quadratũ uel oppositũ qui habẽt̃ noxii uelocissi me ꝑlabant̃. Post hæc aũt naturali quodã ordine ita quattuor elemẽta sub cęlestib9 disponũt̃: imo poti9 sphera℞ uolatu ꝑpetuo ipa quoq̧ ita cõtinue rapiũt̃: ut cũ calor aut frigus uel siccitas uel humiditas ad sũ mũ usq̧ gradũ nature sue ꝓpriũ intẽdũt̃: tũc neq̧ ꝓgredi ꝑmittat ulte ri9 finita natura neq̧ manere uel parũper sinat ibidem ꝑpetue cõditio motionis. Igit̃ q̃n qualitates hmõi maxime uidẽt̃ intendi: tũc subito re mittũt̃. Quãq̃dẽ scelerẽ uicissitudinẽ quattuor nro℞ corpo℞ humores cõplexiõesq̧ sequũt̃. Hinc ut est apud Hypocratẽ sũma corpis ualitu do fallacissima iudicat̃. Nempe apud naturã ascẽsum ipm descẽdẽs fer me cõtinuo seq̃t̃: & quę uelociter floruerũt uelociter & arescũt. Postre mo uberior uane ꝓsperitatis afflatus uanos mortaliũ aĩos inflat tumi dosq̧ reddit atq̧ ęgros. Hinc igit̃ uelut ęgroti delirãtesq̧ sui tã ipo℞ ob liuiscũt̃ sortẽq̧ suã altiorẽ q̃ hũanã rati: oĩa sibi licere nihil iminere pe riculi putãt. Qd ferme Alexãdro regi dicit̃ cõtigisse: Ergo in se ipis solu tiori licẽtia incõtinẽtes euadũt: cętra res suas admodũ negligẽtes. Erga hoĩes supbi/iniurii/cõtumeliosi: cęteri uero cõtra illos odio & inuidia perciti: & insidias machinãt̃ & prelia parãt. Quã ob rẽ facillime multis de causis quas intelligere q̃libet facile põt ꝓsperitas nr̃a turbat̃. Atq̧ ꝑinde ut iactus ĩ altũ lapis q̃n altissime ascẽdisse uidet̃: tũc subito sine ullo tp̃is interuallo descẽdit: ita fortuna quẽ ad sũma euexit fastigia re rũ statim sine mora uel iubet cũ uelut e mõte spõte descẽdere uel ipa ꝑ cipitat. Sane & grãdiorib9 casus grauior & altiorib9 ruina ꝓfundior iminet: Sæpissime post blãdas aures zephyrosq̧ suaues repẽte stridens aquilonẽ ꝓcella uelũ aduersa ferit/fluctusq̧ ad sydera tollit. Qua ꝓpter Philippus rex Macedonũ qua die & in ludis olympiacis simul & in ca stris uictoriã reportauit/ atq̧ primogenitũ suscepit Alexandrũ in tam secũdo uberioris ꝓsperitatis afflatu cõtrariũ uentũ nõ iniuria timens o demon ait tantũ bonũ q̃ minimo malo repente: Pauloq̧ post sagitta quadã altero oculo est exçęcat9. Nos quoq̧ si sapim9 si dolore uolum9 similiter timeam9. Immo uero ut recti9 loquar ne q̃n metuere similiter cõpellamur ne credam9 mẽdatio: ne speremm9 in uẽto: neq̧ fugatia uo

lantiaq; sequamur:neq; inimica nobis & noxia diligam9. Sed credam9 ueritati qnq; qui mēdatio tā facile tā diu credidim9: Credam9 inq̄ ueritati diuine quę nō mētit̄ unq̄: quę nō fallit quę quottidie multis nos admonet modis: ne unq̄ fortunę insidię cōfidam9: neq; eā quę cęca est tāq̄ nostre ducē uitę sequamur: Immo uero cūctis uirib9 nobis ab infinito bono tributis seruatisq;: Ipm quoq; infinitū sectemur bonū. Qn̄ qdē nō modo nusq̄ fugit cū imensa potētia impleat uniuersū: sed etiā occurrit sequētib9 obuiū imensa benignitate naturę: atq; id qd̄ magis est pcurrit etiā secuturis dum & facit oia naturali quodā instinctu oia semp allicit ut sequāt̄; Et qua uirtute nos ipm sequi iubet: quia sapientia nihil frustra iubet eadē quoq; ducit eūtes/pseuerātesq; pducit: Principiū uectos dux semita terminus idem.

¶Finis Noni libri.

PRISCI ILLI QVORVM AVTORItas maiestasq; cū prudentia ac sapiētia ad posteros usq; prouecta est: memoriæ pdidere Atlantem uirū illustrem: regēq; potētissimū: late quondā terris imperitasse: de cuius magnitudine: cū alia pmulta: tū illū cœlū fluxisse fabulant̄/prędicātq;. Cæterū longo aliqn̄ labore fessum cū deficeret: Herculē Ioue: ut asserūt: ortū: & gloria gestaꝝ reꝝ in euo pclaꝝ/expostulasse: qui tūc pondus sustineret: & robur robustūq; mortaliū munus explicaret. Siquidē rex ipe/princepsq;: cui a diuina prouidētia: optima mēs cōdonat̄: cui maiestas impii tradit̄. Inuicte uirtutis esse principē decet: ut triūphis suæ gloriæ oēs illustrent̄: ut quasi Hercules alter: occasuro orbi deficientis onus subeat: arduūq; munus impleat/nobilitatē/ sapiētia/prudentia: animi uirtute: ipm regat; resq; domi ac militiæ fortiter atq; prudentissime administret. Tūc dei opt. max. præsidio oia prospere ac fœliciter succedāt. Si nō humanis affectibus se inuoluat uoluptati. Primo cuius comites sunt: maliuolētia/delectatio/ambitio/insultatio/oblectatio/iactatio/effusio/& aliæ huiusce pestes: quæ mortaliū mētes obtenebrant. Siquidem angusti animi esse alieno malo lætari: præcipue cū nemo queat fortunā suā in cōsilio habere. Quādoquidē cernimus plerosq; alienis calamitatib9 lętari: & miseris qbusq; illudere: q se-

cundis suis reb9 nimiũ exultãt:ac fœlicitati p̄senti plurimũ aures præ bẽt:& mox uersa fortunę rota:ut ferť:in ingẽtes erũnas incidũt:& qui cæteros irridebant : ipsi ludibrio efficiunť : & in illã Varronis sententiã incidũt. Nescis q̃d uesper serus uehat. Siq̃dẽ & delectatio huic cõiũgiť: hãc Stoici asserũt:uoluptatẽ quãdã esse:suauitate audit9 animũ delinientẽ:a natura mortalib9 cõdonata:ad aĩos p̄mulcẽdos: & ad uitę incõmoda tollerãda:laboresq̃; facili9 subeũdos:quę recte a natura mortalib9tributa nisi deprauceť. Hinc lasciuiã qs nõ admireť:quę ut poetę opinãť:ut nõ quęrula & garrula uideať: sed docta ad numeꝵ harmonia esse cernať:ut Plini9 autor est:cui benigna omniũ parens natura: oẽs musices modulos: omnẽq; harmoniã: diuinit9 etiã alitib9 aliis tribuisse uideť. Hinc alauda adeo Romanis grata:ut uni legioni nomen cõdonare meruerit: quæ alauda nũcupata extitit : ut Cicero autor est. Sed oblectatio facile mortalẽ ip̄m emollẽ & ignauũ reddit: nisi cohibeatur ratiõis habenis:ut regib9 Scythaꝵ euenisse:Aristoteles cõprobat: eosq; gentili quadã cõsuetudine: quos effœminatos ab omni uirilitate secessisse. Sic & Sardanapalus ille cõpulsus ab Arbacto Mœdoꝵ p̄fecto:ut Herodot9 disseruit/Iustinusq;: ut se & gazas incẽdio deleret : q̃ purpuramentũ inter scortoꝵ greges cõperisset. Sepulchrũq; lr̃is inscri p̄tũ:ut Strabo refert:Cherillo autore:Sardanapalus Anacyndaraxis filius Anchyllã Tharsum:una die cõdidit/ede/bibe/lude/& cũ te mortalẽ noris p̄ñtib9 exple deliciis animũ post mortẽ nulla uoluptas. Nãq; ego sũ puluis q̃ nup tãta tenebã. hæc habeo quę edi: quęq; exaturata libido/hausit:at illa manet:multa & p̄clara relicta. Hic Cicero disseruit: q̃ cũ Aristoteles hęc uerba legisset/ ait:Et q̃d aliud scriptũ esset in bouis sepulchro:hic ea se mortuũ habere gloriať:quæ ne uiuus habuerit nisi quã deglutiebat. Sic & Asiæ pleriq; reges:ut Herodotus inq̃t: uirgines nuptui nõ tradebãť:nisi reges ip̄i primos delibrarẽt flores: quo nihil scelesti9 ; turpiusq; esse queat. Huic insultatio anneciť: quæ/ut Ciceroni placuit/est gestiens quędã lætitia ex alienis malis. Hinc Maro/Homerusq; de Hectore uicto ab Achille:id enĩ uirtuti/gloriæq; cõdonať:sed cũ mœnia circũ cadauer quadrigis raptauit elate:nec regiũ egisse cõspiciť. Sic & Syllana rabies : quę mortuoꝵ ossa : e sepulchris eruta:in Tyberim p̄iecit. Proinde moriẽs:se igni tradi iussit: ne simili incideret ludibrio ; ut Plutarchus meminit. Sed præclarius Cæsar ille : cum caput Pompei afferretur abhorruit : & scelus execratus : oculosq; auertit ; At illam quæ Achillam & Fontinum animaduertit.

Sic Ptolomeus rex Aegypti: cuius iussu Pompeius interierat: Cæsare insequente nauigio demerso interiit. Et ut Plutarchus memorat: Marcelli cadauer: Hannibal splendide ornatum: cremari iussit: in argenteaq; urna: auream coronam: ad filium transmisit. Sic Antonius Bruti corpus: ad Seruiliam matrem: Portiamq; uxorem: purpureo paludamento inuoluto ferri iussit. Et ut etiam Plutarchus disseruit: Agesilaus Lacedæmoniorum rex: peregit: Et ut Curtius pleriq; scriptores cōmemorāt de Alexandro: q; parta uictoria mitissimus in deuictos hostes semper extitit. Hinc cum Darius a suis interemptus: lacrymas emisit: regiaq; ueste ipm ornauit ad matremq; ferri iussit. Siquidem qui uirtute: & re militari gloriam nacti fuerunt: strennui extitere duces: post uictoriam mitissimi extitere. Quippe mortales, illi qui hos animi affectus exclusere: gloriæ roboris: fortitudinis/mansuetudinisq; & clementia laudem addidere: perenneq; nomen/immortalemq; gloriam nacti fuere. Non sic qui iactantiam ipsam amplexi fuere: siquidem gloria sequi debet præclare peracta: quemadmodum tenebræ corpus: ut Patritius inquit: qui præclara facinora sua laudibus effert: non animi uirtute ea egisse uidetur: sed affectatæ gloriæ auiditate. Nam uirtus ipsa sola conscientia recte gestorum contenta est. Et si Cicero scriptum reliquerit: q; nemo unq̄ poeta: neq; orator fuit: qui quemq̄ meliorem q̄ se ipsum arbitraretur. Sic Zeusis: cum atletam depinxisset: opus consumatum scripsit: inuisurum potius aliquem pictorem futurum q̄ imitaturum. Sic Cicero: uidendum esse/inquiens/ne uerecundiores nobis sint præcones gymnicorum ludorum: qui cum cæteris coronas imposuerint uictoribus: eorumq; nomina magna uoce pronunciauerint: cum ipsi ante ludorum missionem etiam corona donentur: alium preconem adhibent: ne sua uoce se ipsos uictores esse prædicant. Inde Plutarchus de Catone: iactante q; longe maiora Catoni populum Romanū: q̄ Catonē populo Romano debere. Et si aliquando perorasset: se ipm laudare non minus turpe esse q̄ deturpare. Vnde illud Ciceronis: perdifficile esse in longa oratione: nō aliquādo aliquid ita dicere: ut sibi ipse orator nō cōueniat. Sic & Didimo uiro præclarissimo/euenit: qui cū historiā cuiusdā illlu deret: ipius oblato libello: qui eam in eandē scripserat sententiam. Sic & Magni Pompei filius: cum in nauali prælio uictor existeret: Neptunni filium se nuncupari uoluit: paludamento purpureo in cæruleū

conuerso. Sic Metelli iactantia in Sertorium: ut Plutarchus commemorat: cui nec rebus gestis conferri posset: q̄ cum aliquantisper superior extitisset: ita excanduit ut Imperatorem se nuncupari permiserit: & serto capite cōuiuia triūphali ueste peregerit: ac trophæa deæ uictoriæ erexerit. Hinc Comicus: Nam strēnuiori deterior si prædicas suas pugnas: de illius ore sunt sordide. Siquidem stultus est qui facta infecta uerbis postulat. Nam neq̃ facundi ostentatio rudi & indocto: neq̃ gloriæ cupido rustico & barbaro: neq̃ inceptio patrociniorum seni congruit: ut Lucio placuit. Nempe nihil est quod magis minuat laudis preconium: q̄ suos assidue iactare successus: & singulis diebus anni uendere diem unum: ut Valerius refert. Nam deforme etiam est de se ipso prædicare falsa præsertim: & cum irrisione audientium: imitari militem gloriosum. Vnde Naso: Heu mihi non tutum est quod ames laudare sodali: cum tibi laudanti credidit ille subit. Quippe qui duces & milites q̄ fortiter a se facta dictitant & nō taceant arrogantiæ metu: ut inquit Macrobius: non ne si ut hæc referant inuitentur mercedem: laboris sibi existimant persolutam remunerationem putantes: inter uolentes narrare quæ fecerant. Adeo autem id genus narrationū quendam habet gloriæ saporem: ut si inuidi uel æmuli forte præsentes sint: tales interrogationes obstrepēdo discutiant: & alias inferendo fabulas prohibeant illa narrari: quæ solent narranti laudem creare. Sic effusio annectitur: quam Stoici dissolutionem / remissionemq̃ uirtutis esse nnncupant. Hæc inquam sumptuosa omnia appetit: delitiis profluit: libidine insultat: nihil ratione metitur: aliena cupit sua profundit: cupiditatibus ardet: pudorem ac pudicitiam respuit: diuina ac humana cōmiscet: nullaq̃ moderationis habena continetur. Hinc Aristophanes poeta in Alcibiadem: leonem in rep. non esse alendum: atq̃ si alatur illius libidini fore seruiendū. Hinc Persius: nō pudet ad morē discincti uiuere macte. Et Homerus uoluit: hac zona compulsum Iouem fuisse in amorem Iunonis sororis: quam deinde in uxorē duxit. Vnde Martialis. Summe Cytheriaco medicamen nectare ceston: Vnxit amotorē baltheus iste Iouem. Et Iuuenalis: Iguinis & capitis quę sunt discrimina noscit. Tales fuisse Verrem & Antoniū ac Catilinam: Cicero cōmemorat. Et Homerus de Elpenore Vlyssis socio: quem cum porcis grunnisse poetæ fabulantur: quem etiam ebrium apud Circem Homerus inducit:

& præcipitem per gradus scalaꝝ prolapsum interiisse. Sic & Apitius cum opes ingentes cōmesisset inopia:egestateq; territus sibi ipsi mortē consciuit. Et Fabius ille Gurges: a deuorato patrimonio ita nuncupatus. Ambitio his annectitur: quam Euripides execratur: ut perniciosissimum numen. Hinc Syllana ambitio: Cynnæ: Cæsaris/Pompei/Marii/Carbonisq;: & q̄plurium aliorum: quorum ambitione ut historici illustres edicunt: multo plures Romanoꝝ ciuium ceciderunt: q̄ in propagatione imperii totius orbis terrarum. Et cum in mar moribus Sylla ipse scribi studuit: uenustus/faustus/fœlix: ut Plutarchus memorat: illa impia proscriptorum tabula: qua octuaginta milia mortalium damnantur/trucidanturq;: Et cum caput Marii iunioris afferretur: illudens ait: remigem prius esse oportuit/q̄ gubernatorem. Hinc illud Catonis: ut cum quartum decimum ageret annum: hæc tam enormia portenta conspiciens: Sarpedonem pedagogum rogauit: ut gladium sibi traderet: ut solus patriam a sæuo dominatu liberaret. Hinc Lucanus: Impatiensq; loci fortuna secundi: Nec quenq̄ iam ferre potest Cæsarue priorem: Pompeiusue parem. Et Cicero: quorsum patriæ salus & dignitas posterior sua dominatione & domesticis cōmodis fuit. Hinc Homerus de Agamennone: ut post tam ingentem uictoriam cum ad proprios penates remeasset: ab adultero per uxorem necaretur. Hinc Cicero: dominatio quæsita ab utroq; est: non id actum: beata & honesta ciuitas ut esset: nec uero urbem ille reliquit: ꝙ eam tueri non posset: nec Italiam ꝙ ea pelleretur. Sed a primo cogitauit: omnis terra: omnia maria mouere: exercitus conficere maximos: genus illud Syllani regni iam pridem appetitur. Vnde Cronelius Tacitus: uetus iam pridem insita mortalibus potentiæ cupido: cum imperii magnitudo adoleuit/erupitq;: Nam rebus modicis æqualitas facile habebatur: sed ubi subacto orbe: & emulis urbibus: regibusq; occisis: securas opes concupiscere uacuum fuit: prima inter patres plebemq; certamina exarsere: modo turbulenti tribuni: modo Consules præualidi: & in urbe ac foro tentamenta ciuilium bellorum: mox e plebe infima Caius Marius: & sæuissimus omnium nobilium Lucius Sylla: uictam armis libertatem in dominationem uerterunt: post quos Gneus Pompeius: occultior non melior: & nunq̄ postea nisi de principatu quæsitū: & ut Plutarchus cōmemorat: ꝙ cū Athenis summa

ambitione Ariſtides:& Themiſtocles contenderent: exclamauit Themiſtocles: niſi me & illum in baratrum proieritis: Athenienſiũ resp. nusq̃ quieſcet. Sed Theophraſtus: iuuenibus qui litteraꝝ ſtudiis incũbent: certamen gloriæ id permittit: ut fomentum & quaſi calcar uirtutis eſſe: putatq; promptiores ſi prudẽter modiceq; laudentur: nimia enim laudatione inutilem eſſe ait. Et ex manifeſta licentia illos ad inſaniam compellere. Sic & metus: ægritudoq;: quæ animũ: ut Stoici uoluere: opinionem alii perturbant: Et ut Patritius diſſeruit: poetas Martem adamantina tunica indutum finxiſſe: ut oſtenderent reges atq; duces: imotæ mentis eſſe oportere. Unde Cicero: plus in metuendo mali eſſe: q̃ ipſo illo quod timet. Et Tranquillus de Octauio: quando tonitrua & fulgura adeo formidabat: ut corona lauri ſemper uteret. & ubiq; pellem marini uituli circũferret. Sic Nicias Athenienſis: quãuis rebus geſtis illuſtris haberet: ut Plutarchus cõmemorat: tamen timoris nota nõ caruit: qui cũ timore percitus minima quæq; caueret: temporis occaſionem quæ gerendoꝝ omniũ domina eſt præterfluere ſinebat. Sic Octauius irriſus ab Antonio: ut Suetonius memorat: in Philippenſi pugna exutus caſtris: uix ab Antoninoꝝ euaſit impetu. Sed Hannibal: ut Probus Aemilius: & pleriq; ſcripſere: ad preuidenda cauendaq; pericula ſemper paratiſſimus habitus: nec minus in ſecũdis aduerſa: q̃ in aduerſis ſecunda meditabatur. Proinde nullo metu perculſus: unq̃ oportunitatem rerum agendaꝝ amiſit. Hac opinione ductus Socrates: ut Laertio placuit: putabat fortitudinem eſſe ſcientiam quandã ſeu peritiam cauendi. Proinde Octauius ipſe: ut Valerius meminit: Octauiũ medici conſulto peregiſſe ut metus ipſe pauliſper euaneſceret: nam Arterius medicus ei per quietem apparuiſſe Mineruam imperaſſeq; ut pugnæ intereſſet: cõtempta aduerſa ualitudine. Sed prius in Philippenſi pugna Octauiũ monitũ inter quietem: ut diem illũ caueret: Sed Antonius probo Octauio dabat: ꝙ nauali ac Siculo bello ne rectis quidem oculis inſtructam aciem unq̃ contueri ualuerit: ſed ſupinũ oculis in cœlum intentis memorat ſtetiſſe: nec ſurrexiſſe q̃ fugatam hoſtium claſſem a Marco Agrippa percepiſſet. Proinde exploſo metu rei bellicæ diſciplinæ Antoniũ qui Cleopatre amoribus delinitus expugnauit: incertum an animi uirtute id egerit an uecordia/ignauiaq; Antonii. Sed Cymbri Celtiberiq; a metu adeo abſunt: ut in acie magis q̃ morbo perituri gaudeãt. Sic Cantabricæ matres proprios fi-

lios necasse ne in Romanorum captiuitatem deuenirent. Sic ut Plutarchus meminit: Spartanæ mulieres: in bellum profecturos filios admonebant aut uictores redirent: aut mortui in acie referrent. Sic Perseus Macedonũ rex: cũ bellũ cum Paulo Aemilio inire statuisset: simulato Herculis sacrificio in urbẽ aufugit: ut Polybius memorat. Siquidem fiducia uictoriæ exordiũ cernitur ac origo. Nam strẽnuos ita peragentes: ignaui eorum exemplo fortiores redduntur. Hinc Alexãder: ut Quintus: & Arius cõmemorant: hostium fortunam audacia: uires autẽ fortitudine & gloriæ studio supare nitebat: proinde crebra oratione asserebat: nihil forti indomitũ esse: & nihil timido munitum. Et ut Plutarchus autor est: q tanta huius magnanimi regis animi magnitudo extitit: ut sola eius uirtus: exercitũ quasi profligatũ ad uictoriam erexerit: & uictores expugnauerit hostes. Nõ sic Pompeius in Pharsalico bello ut Plutarchus autor est: & pleriq historici: ut primũ militum suorum cõuersionem ex puluere conspicatus est: animo collapsus: in tabernaculũ relicta acie penetrauit: nulloq imperatoris officio functus: cũ ingruentes hostes cerneret fugam arripuit. Nõ sic Cæsar: qui nõ hostibus sed ne quidẽ fortunæ succumbebat: ut Tranquillus memorat: multaq facilia ex difficillimis animi magnitudine reddebat: cuius etiã constantia in reb9 aduersis & prope afflictis cernebat. Sic Alexãder: ut Arius disseruit: aliquando illuc puenerat: unde recipi nisi uictor: uel cũ magna exercitus clade nõ posset. Consulebat ei Parmenio: ut noctu cũ hoste congrederetur: at Alexander: latronũ/inquit/ac furũ istuc consiliũ est: quorum uotũ est fallere. Proinde palam & aperto Marte dimicare cũ hoste certũ est: nolo equidẽ tenebras atq insidias gloriæ meæ obesse. Iccirco/malo me fortunæ meæ pœniteat: q uictoriæ pudeat. Iussit corpora curari: postridie/prostrata omniũ hostiũ manu: uictor euasit. Sic & Arthemisia Halicarnassi regina: quæ Xersi auxilio uenerat: & inter fortissimos belli duces acerrime certabat: adeo ut in rege muliebris timor cõspicerent: in regina autẽ uirilis fortitudo. Metui siquidẽ pigritia subest: quã Cicero metũ consequentis laboris esse disseruit. Nam ubi pro labore desidia pro continentia atq æquitate libido & superbia inuadunt: fortuna simul cũ moribus mutat. Siquidem ut Crispus disseruit: ubi socordiæ atq ignauiæ te tradideris nequicq deos implores: irati infestiq sunt. Piger aũt uir uanam spem expectans: indigens uictus mala animo. Siquidẽ nõ eni piger uir implet domũ: neq differẽs:

studium autem sane opus auget: & semper differens uir damnis lucta tur. Inde Hesiodus: huic autem dei indignantur & homines quicūq; piger uiuit; fucis occultantibus similis aculeum: qui apium laborem consumunt pigri. Hinc Cicero: Contemnuntur/inquiens/ hi qui nec sibi nec aliis: in quibus: ut dicitur: nullus labor: nulla industria: nulla cura est. Nam ipsa industria pigritiæ fomitem excludit. Vnde Cicero: Demosthenem/inquit/iniquo animo tulisse: siquan do opificum ante lucana industria uinceretur. Nam Industria in la bore diligentiaq; cuncta perfecisse: nec extemporanea oratione nisi p̄ meditata quicq̄ differebat: Nocturna lucubratione. Hinc Pythias ora tor dicebat: Demostenis argumenta lucernam olere: Potrocinium q; extemporaneæ orationis Demeadis Athenienses sumebant. Hinc il lud Senecæ; nullus mihi per ocium dies exit: partem noctium studiis uendico: non uaco somno: sed succumbo: & oculos uigilia fatigatos cadentesq; in opere detineo. Nam gloriari ocio iners ambitio est: ui tam in odium ocium adducere solet: Nam pigritia est nutrix egesta tis: omneq; beneficii munus huic denegandum. Nam generosos ani mos labor nutrit. Dormio minimū & breuissimo somno utor: satis est mihi uigilare desiisse aliquando non dormisse scio: aliquando su spicor. Hinc Demetrius ille: uitam ociosam: & sine ullis fortunæ oc cursionibus mare mortuum nuncupat: in ocio inconcusso iacere: nō est tranquillitas malitia est: malo ut me fortuna in castris suis: q̄ in delitiis habeat. Hinc Crispus; etenim/inquiens/ignauia nemo ĩmor talis factus est: neq; quisq̄ parens liberis: ut æterni fierent ignauiam optauit: magis ut boni & honesti uitam suam agerent. Nam sum mam lautitiam atq; lasciuiam diuturna quies comparat. Vnde Ma ro: quæ tanta animis ignauia uenit. Et Lucanus: tolle moras semper nocuit differre paratis. Et Naso: cernis ut ignauum corrumpunt ocia corpus: Et uitium capiant ni moueantur aquæ. Nam etiā amor odit inertes: & ignauis præcibus fortuna repugnat: & sicut inertia omnia euertit: & indecora reddit. Vt Pallas apud Homerum Agamenno nem increpat: non oportere uirum cui pupuli sunt curæ tota nocte quiescere. Et Lucanus: turpe duci totam somno consumere noctem. Et ut Tranquillus memorat de Octauio: q̄ Capreas incolebat: splen didissimasq; ædes extruxerat: quibus pro honesto post magnam rerū satietatem: aliquando utebatur. At Tyberius his ædibus abusus ex

titit. Ibidem languit: & cum urbem egrederetur: edicto cauebat: ne quis interpellaret: omnesq; ex itinere obuii arcebāt. Ex ignauia inq̄/ Armeniam a Parthis occupari: Mesiam a Dacis: ac Sarmatis: Galliam a Germanis uastari / permisit. Sic Demetrius Macedonum rex: ignauia oppressus ab Anicula quadam nacta: ipsumq; rogaret: ut se placide audiret: tum rex cōmotior aliquantulum sibi non esse audiendi ocium: respondit: at illa defixis in eum oculis: non igitur reges exclamat si audire piget: q̄ placido eloquio proinde exauditam/dimisit. Siquidem desidiosi non putant fieri quicq̄ posse: quod facere nō possunt: ex infirmitate sua: de uirtute ferunt sententiam: nam hæc atq; imbecilles sumus; dura ac tolleranda credimus tormenta reputantes uitio carere: aut prima luce excitare. Non ista difficilia sunt: sed nos fluidi & enerues sumus: ut Stoico placuit. Hinc Naso: Non sum qui segnia ducam: Ocia mors nobis tempus habetur iners. Cū dedimus somno quas tempus postulat horas: Quo ponā uigilans tempora longa modo. Et Horatius: Nam tua res agitur: paries dum proximus ardet: Et neglecta solent incendia summere uires. Vnde Tibullus At si tardus eris errabis transiet ætas: Quā cito non segnis stat remeatq; dies. Vidi nam iuuenem premeret cum serior ætas: Mœrentem tardos præteriisse dies. Hinc Homerus: Cyclopas inducit qui cessando per inertiam ducunt: Nā agros habent qui omnia p se nullo admoto nascantur aratro: Non fora nō causas non sancta senatus: Iura sed excelsis habitantes montibus/antra. Et puer & magnis de rebus iudicat uxor. Et Herodotus: Lotophagos populos appellat: per ignauiā solum ex loti bacchis uictitant; ex quibus panem & reliqua quæ esui potuiq; sunt necessaria conficiunt: & reliquaꝝ rerum omnium obliuiscuntur: ut Homerus etiam de Vlyssis sociis meminit. Sic & Sabæi: ut Strabo memorat: eoꝝ enim regio fœlicissima habetur: gignit enim thus/ myrrhā/ cynnamomū/balsamū/calamū: ac palmas coloratas ad omnes pœne uitæ usus gratissimas: ad quos quidem ultro mercatores comeant: quo fit ut illi ditissimi sint: ignauia torpeant: omni tamen lauta supellectile affluant. At Nabathei: qui ab eis non multum absunt: inopes sunt: sterilem enim regionem colunt: & tamen solertes atq; industrii sunt: & rei rusticæ omni studio ac diligentia dant operam. Proinde apud eos qui rem familiarem minuit mulctatur: qui uero auget honore afficitur. Hinc Valerius in desides: Homerus

quoq; / inquit / cœlestis uates non alius sensit uehementissimis Achil- lis manibus canoras fides aptando: ut earum militare robur leni pa- cis studio relaxaret • Et Menander: multa mortalibus ocium facit ma la • Et Comicus: quid credebas dormienti tibi confecturos deos • Et Catullus: dulce uiatori lasso in sudore leuamen: Cum grauis exustos æstus hiulcat agros • Et Stoicus: non dedit nobis natura tempus ut aliquid ex eo uacet perdere: nam qui est ubi non desidia sit: & cum ab aliis luditur: tu sancti aliquid honestiq; tractabis • Hinc Ouidius Cernis ut ignauum corrumpunt ocia corpus: Et uitium capiunt ni moueantur aquæ • Nam ocium industriæ maxime contrarium uide- tur: sed fatigatis necessaria quies est: Nam ipsa miserias lenit: nam omnis laborans: ut Aristoteli placuit: quamuis Alexander: ut Quin tus disseruit: omnia facilius q̃ moram perpeti poterat • Cum prodi- tionum consilia per ocium ex oportunitate loci capiuntur • Siquidem inertia nemo illustris efficitur: neq; parentes filiis: ut perennes fie- rent inertiam exoptarunt: sed magis ut probi & honesti uitam dege- rent • Vnde Stoicus: emollit ocium uires sicut rubigo ferrum: immo ta torpet: igne agitata restituitur • Hunc pudor subsequitur: optimus cupiditatum moderator: quem sic Cicero appellat: qui recti honestiq; studio tenetur • Hinc Cato: ut Plutarchus meminit se delectari aie- bat: qui minima quæq; errata metuentes etiam in recte factis erubesce rent: non autem illis quo pallescerent • Vnde Laertius inquit: ꝙ cũ Diogenes Cynicus adolescentem quendam alloqueretur: cerneretq; eum rubore perfusum: confide ait: color enim hic uirtutis est index • Sed Aristoteli placuit; ꝙ quando nimius est animum perturbat: Et sic etiam uerecundia: quæ nisi moderetur: rectas quoq; actiones per- uertit • Hinc accedit terror: & ut Cicero disseruit: est metus concu- tiens: ut pudore rubor: terrorem pallor: & dentium crepitus conse- quatur • Vnde Aristoteles ait: illum proprie fortem dici cui honesta mors nequaq̃ terrori est: & qui ad omnia: quæ illam afferunt sine ter rore adest: & eam in bello gloriosam esse ait: quæ ostendunt trophæa ducibus constituta: & his qui forti animo pro re publica oppetunt • Sic Isocrates ex Solonis instituto: qui legem tulerat: ut qui in bello occubuissent: præmiis/honoribusq; illustrarentur: eorumq; filii pub lice alerentur / instituerenturq; • Fortis siquidem uiri est mortem con- temnere: non autẽ odisse uitam: ut Plutarchus memorat • Qui enim

belluarum more in perniciem non necessariam ruit: is temerarius & audax: non fortis aut magnanimus habendus est. Nempe non perterruit armato exercitu: quo curiam urbem obsederat: nec horribili uultu suo: quo omnibus mortem minabatur: Sylla/Quintum Sceuolam augurem: cum hostem iudicari Marium expostularet: non permittam/inquit/ studio longioris senectutis: ut Mariũ patriæ hostem iudicem: a quo urbs nostra & omnis Italia seruata est. Ea quidem mẽte erat Mutius qua ei ratio & uirtus arctabat: ut nihil in uita nobis præstandum sit præter culpam: qua cum uacamus: nihil esse posse quod nos perterreat: aut quod pertimescendum sit. Iccirco/ut inquit Patritius/humana omnia placide ac moderate ab eo ferenda sunt: qui a culpa alienus est. Virtus quoq; illorum: qui forti animo in bello cõcidunt: magnam laudem/ gloriamq; apud hostes quoq; ipsos habet: ut Isocrates edocuit. Ignauia uero etiam si fortuna sit tamen ignominia nunq̃ carere potest. Hinc illud Hannibalis in Quintum Fabium cum in Casalino/Gallicanoq;/montibus Pœnoꝝ exercitus: a Fabio obsessus: Hannibal oportuno noctis silentio aduci iubet duo millia boũ & cornibus singulorum circumponi sarmentoꝝ fasces/facibusq; incendi/ardentibus: ut Plutarchus memorat: boues ignis flammam ægre ferentes ad nota montium euadunt cursu: quos instructos suo ordine Punicus exercitus: paulatim sequebatur. Fabius quoq; Punicã fraudem metuens: suos intra uallum continuit: Et sic Hannibal incolumis cum omni exercitu euasit: cum Romani nouæ rei facie territi locum deserunt. Hæc quidem res cum illuxisset ludibrio fuit: ne parũ de Fabii illustri gloria obumbrauit. Huic perturbationi proximus est timor: quem dicunt Stoici: motum imminentis mali & appropinquãtis. Sed ut Seneca disseruit: stultum esse ea timere quę uitare nõ possis: atq; conditio illa præferenda est: quæ cõmunis est omnibus. Vnde Cicero ait: mortem esse calcem aliquem: ad quem cum decursum sit: nihil aliud est extimescendum. Sic & Cleobis & Bithonis fratrum qui matris iugum subierunt: & in templum cõuerserunt: sacrificioq; peracto: mater deum ipsum pręcata est pro tanta pietate: ut filiis deꝰ ipse munus præberet: quod mortalibus optimũ esset. Postridie eius diei cum obdormissent in cubiculo: ambo mortui inuenti sunt. Sic de Theseo Euripides / Ciceroq;: futuras mecum meditabar miserias aut mortem acerbam: aut exilii mestam fugam: aut semper aliquam

molem meditabor mali: ut siqua, inuenta irrata casu forēt: ne me im peratum cura laceret repens • Hinc Homerus: appulit Ad Lemnum diuini tecta Tonantis: Et quemcunq; deum Lesbos domus alma re condit: Hi patriam referunt: sed Echynades illi quæ sacra longinqua tenent maria & Lyda contra • Et illis tribus præterea uiris: ut inquit Plutarchus: clarissimū Aeolum: sapientissimū Vlyssem: fortissimū Aiacem: hospitalissimū Alcinoum: insulas incoluisse dicunt: nec timo re obruti: ꝙ longe ab mortalium consuetudine uitam degerent • Et Zeno: cum eam quæ sibi adhuc reliqua esset nauem cum oneribus mari demersam accepisset: Bene/inquit/agis o fortuna quæ nos ad pal lium uitamq; philosophicam compellis • Hinc poeta: tenuem cupres sum/dilige/Cretamq; syluæ prodigam missam face: mihi parum qui dem terræ datum est: unde sine arboribus • at nec luctus sortitus sum nec seditiones: nec imperia principum in ciuilibus negociis: nec pub lici muneris impensas indeprętabiles • Quod alicubi non imperite di cere uidetur Callymachus ne metire cœno percisi sapiētiam Cursenis uel Parrhasii immensa fœlicitate lugendo ut infœlices nos cruciare de bemus ꝙ ducentoꝝ stadiorum insulam: at non quattuor dierū: quan ta est Sicilia habitemus • Nam quid locoꝝ amplitudo ad timorem sub leuandum: & ad uitæ tranquillitatem afferre potest • Non Tantalum in tragœdia dicere audis: bis sex dierū qua uia est Berecynthios agros nunc setpit imus • Hisce dictis me alloquens condisce modico huma na amore sequi • Et ut Ciceroni placuit: tres pestes sunt: quæ omnes homines sollicitant: metus/cupiditas/& ægritudo • Satis enim fuerat dixisse: metum/cupiditatem/quoniam ægritudinem cum utraq; re cō iunctam esse necesse est • Nam timiditas in sapiente esse non debet • Et ut Plautus disseruit: Qui homo timidus erit in rebus dubiis: is nau ta non erit • Quis contentius timiditate tu dies noctesq; cruciaris: ut inquit Cicero: cui non sat est quod est: & ipsum quod habes ne diu turnū sit futurum times • Hinc Pannetius ait: fortis ac prudentis ui ri consilia cogitationesq; semper paratas esse debere cōtra fortunæ im petus: contraq; insidias inimicoꝝ: ut quasi brachia & manus præten dant: nequa res aduersa: aut repentina incursio: nos imparatos inpro tectosq; defendat • Et Cassiodoro placuit: cum audis/inquit/ꝙ domi nus tuus dulcis est: attende quid diligas: cum audis correctus: atten de quid timeas: ut amore & timore dei excitatus: legē eius custodias •

Vnde Cicero: q̄ multos diuini supplicii metus a scelere reuocauit. Vnde diuus Hieronymus: Timor dei hominum differt actionem: sed uoluntatem non aufert: sed auidiores reddit ac crimen: quos aliquando suspendit a crimine: & illud Lucani audendo magnus tegitur timor: multos in summa pericula misit. Venturi timor ipse mali fortissimus ille est: Qui promptus metuenda pati. Et Satyricus: Quid enim ratione timemus: aut cupimus? quid tam dixero pede concipis ut te conatus non poeniteat uotiq; peracti. Sed præclare diuus Gregorius: In uia dei/ inquit/ a timore incipitur ut ad fortitudinem deueniatur. Nam sicuti in itinere humano audatia fortitudinem: ita in dei gressum audacia imbecillitatem parit: & ueluti in huius orbis gressu: itinereq; debilitatem. Sic dei optimi maximi itinere timor fortitudinem gignit. Siquidem spei ratio magis intentos uirtuti mortales efficit: & minus anxios timore imminentium malorum: ut Patritio placuit: tolleretur etiam nobis omnis spes: quæ ex futurorum bonorum opinione pendet: quam quidem Simonides reginam hominum esse putat: & pleriq; philosophi spem dicunt dulcissimã esse omnium passionum. Et si Aristoteles spem uigilantium insomnium esse existimat. Sed ut reor de uano iudicio hominum differuit: de allucinatione quadam. Huic affectui pauor comes est: qui ut Cicero differuit: est subitus metus: quem sequitur stupor. Vnde Virgilius Obstupui steteruntq; comæ: & uox faucibus hæsit: At subitus miseræ calor ossa reliquit. Excussi manibus radii reuolutaq; pensa. Sic & Apelles edocuit: imolanda Iphigenia: tristem enim pinxerat Calcantem: tristiorem Vlyssem: tristissimum Menelaum: Agamennonis caput obuelauit: ut omnes q̄ possent maximum merorem in uirginis morte cogitarent. Sic Crassus: ut Appianus meminit / Plutarchusq;: re male gesta in Parthos: omni spe destitutus: postq̄ filii caput conspexit ab hostibus circumferri: & exercitum omni ex parte turbatum passim trucidari: in abditum / obscurumq; locum se deduxit: donec auaritiæ temeritatis suæ omni feditatis poenas lueret. Sic Brutus: ut Plutarchus memorat: desperatis / afflictisq; rebus cum cerneret Antonii exercitum: uictoria exultantem: solus medio quodam saxo aliquandiu consedit: illud Homeri asserens: sed mea Parca tenax: Latonæq; horruit infans: mortem sibi demum consciuit: id præferens: iustos atq; optimos uiros iniqui perdũt. Subsequit̃ animi

conturbatio : quæ ut Stoicis placet : esse conturbationem : metum/angustiorem animũ facientem : & difficultatem in rebus agendis præstantem • Huius perturbationis duces exercituum uacare debent• Vnde Epicrates disseruit : exercitus quasi animal quodam est homini persimile : cuius caput sit Imperator : acies instructa pectus : ac thorax pedites : manus equites : autem pedes consequens autem erit: ut sicut conturbatio cõmoto capite : reliqua membra nullum officium præstare queunt : sic perturbatio duce omnis fluctuat exercitus: periclitatur ac perit : expositus quoq; fortunæ est : ueluti nauis reflantibus uentis contrariis : Si gubernator ab officio suo cessat : nec clauũ per fluctuũ motum forti animo huc atq; illuc impellit • Magnæ quidem constantiæ est : ut Plutarchus memorat : aduersis non cõmoueri : & animi affectum / subitumq; motũ ex uultu non prodere • Vnde Maro : Spem uultu simulat præmit altum corde dolorem • Et Cicero / itaq; / inquiens / nunq̃ diffitebor multa me ad effectum bonorum consiliorum: & simulasse inuitum : & dissimulasse cum dolore • Sic & Darius: ut Curtius & Arius scripsere : cum bellum aduersus eum gereret Alexander : aduersa enim omnia sibi nunciari semper æquo animo pertulit : & cũ Eunuchus quidam transfuga : uxoris mortem : quam unice dilexerat pandere uellet : & facie ac sermone trepidaret : neq; præ timore mussitare auderet : uultus tuus/inquiens/nescio quid ingentis portẽdit mali : sed caue miseri mortalis auribus parcas : est enim sæpe calamitosis consolationis : solaminisq; non modica portio parsq; : fortunam sortemq; agnoscere suam •:•

¶Finit liber Decimus•

TSI PLERIQVE PLACIDISSIMVM genus uitæ ut quod in re publica administranda uersentur instituisse: in qua maxime perutiles sint: & priuatim etiam se facillimos præbent omnibus. Sed quia orbē ipm noxiis animalibus uacuum: qualem Cretam historici tradunt: inuenire non liceat. Reip. administratio: quæ odiū aut inuidiam: aut contentionem inimicitiarum fœcundissimos effectus non genuerit: ut inquit Plutarchus: hactenus non sit comperta sed si aliud nihil: ipse saltem amicitiæ inimicitiis nos inuoluūt. Quod cū Chilo ille sapiens animaduertisset: ut Diogenes disseruit: qui neminem se inimicum habere dicebat: interrogauit an nec amicum haberet. Cum talem inquam rei publicæ administrationem inueníre non ualemus: conuenire mortalibus: qui in re publica uersantur: animi fortitudinem: tum etiam alia multa: quæ ad ipsius animi magnitudinem pertinent explorata habere: & a fortitudine se expertes reddere. Siquidem: ut Cicero scribit: formidinem esse metum permanentem. Sic Garamantes qui habitant ultra Nasamones: hi omnia formidant: & omnium cōmertium aspectumq; effugiunt: ut Herodotus disseruit: Et cum arma habeant: nec alios lacessere: nec sibi illatā uim propulsare: aut se ipsos defendere audent: & in somnis cōcutiuntur: & præsertim si aliquod scelestе facinus admiserunt: qualem Orestem poetæ inducunt: maternis furiis inter quietem agitabatur. Sic etiam Nero: postq̄ matrem: acerbius corrigentem petulantiam: libidinem/luxuriam/sæuitatem/crudelitatemq;/suam peremit: uerberib9 materna specie: & accensis furiarū facib9 urebat. Sic & Caius Caligula noctu in somnis excitabat: nec ultra tres nocturnas horas quiescebat: & miris quidā imaginibus uersabat: ut Suetonius cōmemorat. Hac opinione ductus Theodorus Bizantius: & pleriq; sensere simulachra & nocturnas apparitiones: sapientibus nusq̄ apparuisse: sed mulierculis & uecordibus atq; ægrotis: qui per imbecillitatem animi: hac corporis assidua formidine quatiuntur: & inanes/uanas/ab omni ueritate alienas opiniones: amentia quadā sibi persuadent: & ea putant cōspicere p allucinationis speciē: quæ nō cōspiciūt: quæ etiā nusq̄ sunt. Sed Vitelli9 Cæsar: ut Suetoni9 autor est: qui cōtentus hortorū umbraculis: obliuiscebat se Impatorē esse: hic aliqñ rettulit: uisū sibi p quietē iuuenē procerū admodū: in cœlū attolli: quasi putaret se post mortem

indigentem futurum: qui tamen unco tractus in Tyberim proiicitur. Vt Cornelius differebat: ipsum dicere solitum: occisum hostem optime olere: optimum odorem hostibus suis præbere. Sic Galbæ deliramenta: ut Plutarchus & pleriq; scripsere: Thusculanam fortunam se conspexisse: minantemq; se erepturam fore quæ dedisset: cum Veneri consecrasset monile: quod antea sibi uouerat: Nam mox ad Curtii lacum ab Ottonis militibus confossus iugulatusq; interiit. Et Tyberius Cæsar conspexerat per quietem: ut Tranquillus meminit: Apollinem miræ artis aduectum ei a Syracusis: quem in Bibliotheca noui templi consecrare destinauerat: non posse se ab eo dedicari. Sic Hannibal: cum Saguntum expugnasset: uisum sibi in somnis a Ioue se in concilium deorum uocari: quo cum uenisset Iouem imperasse: ut bellum Italiæ inferret: ducemq; unum ei e consilio datum: quo in exercitu uteretur: Tum ducem illum præcepisse: ne respiceret: spreto monitu conspexisse: tum uisam belluam uastam: & immanem circumplicatam serpentibus omnia uastantem: percunctatus quid nam illud esset: Italiæ uastitatem respondisse. Sic etiam ut Plutarchus refert: Marius secundum quietem hominem audire crebro dicentem solebat: dura sunt cubilia leonis. Sic & Cassius Parmensis qui Antonii partes secutus fuerat: ipsum inter dormiendum: ab Octauio uictum esse: ut Plutarchus / Tranquillusq; meminit: eo ignauior factus Athenas aufugit: nocturnis etiam insomniis agitabatur: a militibus Octaui capite truncatur. Et Laertius de Theone Stoico meminit: q inter quietem insomniis deambularet. Et de Periclis seruo Atheniensis: quem refert dormientem: per summum etiam tectum ascendere. Cicero asserit ad multa somnia falsa: immo obscura fortasse nobis: sed si sunt falsa quædam: contra uero dicimus quæ quidem multo plura euenirent: si ad quietem non onusti cibo: & uino perturbata & confusa cernimus. At Plato: iubet ad somnum proficisci corporibus affectis: ut nihil sit quod errorem animis perturbationemq; afferat: cum ergo est somno seuocatus animus: ad satietatem & cōmestionem corporis: tum meminit præteritorum: præsentia cernit: futura præuidet. Iacet enim/inquit/corpus dormientis: ut mortui: uiget autem & uiuit animus: quod multo magis faciet post mortem: cum omnino ex corpore cesserit. Homerus uero poetico more asseruit somnium a Ioue esse: omniūq; deorum rex hominumq;

ſuauiſſimus morti proxime ſimilis • Et Menander ſummas mortis præmeditatio eſt : & omnibus ualitudo uitæ & corporis ſalus ; & parua myſteria qui famem male finis domat • Et Comicus : qui dormiūt libenter ſine lucro & cum malo quieſcunt • Et Flaccus : ſomnus agreſtium lenis uirorum nō humiles domos faſtidit : umbroſamq; ripam • Et Naſo : Infœlix tota quicunq; quieſcere nocte : Suſtinet & ſomnos pręmia magna putat • Stulte quid eſt ſomnus gelidæ niſi mortis imago : Longa quieſcendi tempora fata dabunt • Et Maro : Tum conſanguineus læti ſopor preſſitq; iacentem : Dulcis & alta quies placidæq; ſimillima morti • Diuus quoq; Gregorius diſſeruit : ꝙ cum ſomnia contingant : aut uentris repletione : aut inanitione : aut illuſione : aut cogitatione : aut reuelatione • Cogitationes ſanctiores/cœleſtiores/uirtuoſiores/ſequunť ſomnia blādiora & delectabiliora • Hinc diuus Bernardus iturus in ſomnum aliquid tecum defer in memoria & cogitatione : in quo placide obdormias : quod etiam ſomniare iuuat ; ſic tibi nox & dies illuminabitur ; & nox illuminatio tua in deliciis tuis • Placite : inquiens / obdormias in pace : quieſces facile ; uigilabilis / exurgens facilis eris ad redeūdum in diem : unde iam totus diſceſſiſti • Siquidem his affectibus ægritudo proxima eſt ; quam Cicero nuncupat opinionem præſentem mali præſentis : in quo demitti/contrahiq; animū rectum eſſe uideatur • Secernit eam ab ægrotatione ; ut Patritius inquit ne qua ſit in uerbis ambiguitas : ut ægritudo animi/uerſatio/ ægrotatatio autem corporis • Aegritudinem/Stoici dolorem appellant ; & cū opponunt uoluptati ; aſſeruntq; dolorem eſſe irrationabilem animi cōtractionem : cuius ſpecies plures ſunt : ut ipſi edocent • Nam & miſericordiam animi ægritudinem/Stoici dicunt : Et ut Cicero meminit : miſericordiam eſſe ægritudinem ex alterius rebus aduerſis ſuſceptam : quæ tibi non nocent • Vnde Athenienſes miſericordiam ipſam : non modo pro uirtute habuere : uerum etiam pro numine coluere : & templum ei erexerunt • Hinc Lactantius ipſe non minus magnū iuſtitiæ opus eſt : pupillos & uiduas deſtitutos : & auxilio indigentes : tueri atq; defendere : quod adeo uniuerſis diuina illa lex præſcribit : quandoquidem boni quiq; iudices : ad officium ſuum iudicant ptinere : ut eos humanitate naturali foueāt : ac ꝑdeſſe nitāť • Nā ſi egregiū eſt hoſtē abiicere : ut inqt Valerius : nō min9 tñ laudabile infœlices ſcire miſereri • Hinc Phocylides : errātēq; mortalē ; & naufragium

ne subterfugias: melius est q̃ inimicũ illum amicũ beniuolũ. Et Satyricus: miserere inopum socioꝝ: mollissima corda humano generi dare se natura uidetur. Quæ lacrymas dedit hæc nostri pars optima sensus. Et Statius: pulchrum est uitã donare petenti. Et Naso: Regia crede mihi res est succurrere lapsis. Est & aliud misericordiæ genus: id quod postq̃ dolorem: laborem: uel aliquid periculi superauimus: secura recordatio delectationem habet: quod Maronis musa pollicetur: cum ait: forsitan hæc olim meminisse iuuabit. Et tritum est illud ex Euripide: dulce est meminisse maloꝝ. Sic etiam iucunda est misericordia in prę teritis aliorum casibus. Hinc Cicero ille inquit: Epaminundas apud Manicheam nam cũ aliqua miseratione delectat: qui tum deniq; auelli sibi uult spiculum postq̃ ei percunctanti dictum est: clypeum saluũ esse: ut etiam in uulneris dolore æquo animo cum laude moreretur. At Isocrates: q; clementia & misericordia delicta dimentiantur. Hinc Antonius Cæsar tanta misericordia præualuit: ut solus omnium Cæsarum: ut Herodianus meminit & Aelianus: sine ciuili sanguine regnauerit. Vnde Ouidius: miserisq; uenit solertia rebus: Siue pium uis hoc seu uis muliebre uocari: Confiteor misero molle cor esse mihi. Crede mihi miseros prudentia prima reliquit: Et sensus cũ re consiliumq; fugit. Et Statius: Curandum inprimis ne magna iniuria fiat: Fortibus & miseris tollas licet omne quod usq; est: Auri atq; argenti gladiũ scutumq; relinques: Et iaculum & galeam spoliatis arma supersunt. Quod modo proposui non est sententia uerum: Credite me uobis folium recitare Sybillæ. Et Lucanus. Et tantum miseris irasci numina possunt: longi pœnas fortuna fauoris: Exigit a misero. Et Tragicus: miserias lenit quies: proprium hoc miseros sequitur malum: nũq̃ rebus credere lætis: reddat fœlix fortuna licet: tamen afflictos gaudere piget: miseros magis fortuna conciliat suis. Nec turpe puta quicquid miseros fortuna iubet. Et Maro: Forsan miseros meliora sequantur. Hinc illud præclarum est quod optimi medici est uulnus: prius elinire antidote q̃ ferro. Hinc illud Plinianũ de Argogatho: qui primus Cyrurgicus Romam uenit: qui initio adeo gratus Romanis extitit: ut ei ex Senatus consulto: ius Quiritum datum sit: & taberna in compito Accilio empta: uerum cum imisericors ex usu quodam medendi iam factus esset: a sæuitia secandi: exurendi carnifex dicebat: & omnibus contẽptui/neglectuiq; fuit. Extat & inuidia ægritudinis

affectus: quæ mæret alieno bono: & lætatur alieno malo. Hinc Manlius contra Aemilium & Furium: cæca est inuidia patres conscripti: nequicq̃ scit q̃ detrectare uirtutes: corrumpere honores: ac præmia corum. Verum est etiam: quod a ueteribus usurpatur: inuidia quasi ignis superiora atq; altiora petit: ad caput consilii: atq; ducem ipsum sæpe numero euadit. Quotus enim quisq; tantam fœlicitatem nactus est: ut possit inuidiam superare? quin etiam quantum potentiæ unicuiq; accedit: tantum inuidiæ in eum crescit. Vnde Theobolus: fugiendã esse inuidiam multorum: & insidias eorũ: qui nos odio habent. De quo Antistenes: Sicuti / inquiens / rubigo ferrum: sic inuidia inuidos obrodit. Et Horatius: Inuidiam placare paras uirtute relicta: Contendere miser uitanda est improba syren: Disidia aut quicquid uita meliora parasti: Ponendũ / æquo animo urit enim fulgure suo. Qui pergrauat artes infra se positas extinctas amabitur idem: Inuidia alterius macrescit rebus opimis. Inuidia Siculi nõ inuenere tyranni Tormentum maius. Et Naso: Ergo summotum patria proscindere liuor: Desine: nec cineres sparge cruente meos: Omnia perdidimus tantum modo uita relicta est: Præbeat ut sensum materiemq; malis: Quid iuuat extinctos ferrum demittere in artus: Non habet in nobis iam noua plaga locum: Lite uacent aures: insanaq; protinus absint: Iurgia / differ opus liuida turba tuum. Quo non liuor adit. Proinde Crispus: meminisse debemus post gloriam inuidiam sequi: nam difficile est inuidiam gloria uincere. Plerumq; ex opulentia oritur. Siquidem semper in ciuitate: quibus nullæ opes sunt bonis inuident: malos extollunt: uetera odere: noua expectare: odio suarũ rerum omnia mutari student: pertubatione atq; seditionibus: sine cura aluntur: quoniam egestas facile sine damno habetur. Sed egregii ciues imitari bonos: q̃ inuidere bonis malunt. Et ut Valerius: Nulla tam modesta fœlicitas quæ malignitatis dentes uitare possit. Vnde Phocylides: ne inuideas bona sociis: ne maculas contrahas: sine inuidia cœlestes etiam inter se sunt: non inuidet Luna Solis radiis multo præstantioribus: nõ tellus cœlestibus altitudinibus: cum subter ipsa sit terra: nõ flumina pelagis: sed semper concordiã habent. Et Periander: nõ inuideas: nam quemadmodũ rubigo propria est frumenti ægritudo: sic inuidia amicitiæ est infirmitas: quemadmodũ ærugo ferrum: sic inuidia animã illius in quo est conterit: quanto magis utiq; inuidebis tanto maiorũ

Q

fies causa bonoꝝ inuisio. Et Hesiodus: Inuidia est pessimũ quid: sed habet quodã pulchrũ in se: consumit eni inuidentiũ oculos & cor. Et Sophocles: ad habentẽ eni inuidia serpit. Inde Comicus: Est eni miseroꝝ ut male uolẽtes sint: atq; ut inuideãt bonis. Nã inuidere alii bene esse: tibi male esse miseria ẽ: siq inuidẽt egẽt: qb9 inuidet̃ res possidẽt. Hinc Athenienses illi: nullũ unq̃ paulo clariorẽ ciuem perferre ualuere: quẽ nõ necauerint: aut ad uim sibi ipi inferendã cõpulerint: uel in exilium proiecerint & bonis multauerint. Sic Socratẽ ueneno consumpsere: & Themistoclem: uicto Xerse Persaꝝ rege: in exilium eiecere. Aristides quoq;: qui uirtute rerũq; gestaꝝ gloria illustris: & iustus nũcupatus: patria etiam eiectus quã auxerat: seruauerat: & splendore affecerat: manusq; ad cœlũ tendens: deũ opt. exorauit: ita imposteꝝ oĩa fauste/fœliciterq; succederet: ut Aristidis deinceps memoria oĩbus excideret. Vnde Tibullus: Nõ opus inuidia est procul absit gloria uulgi: Qui sapit in tacito gaudeat ille sinu. Et Martialis: Esse quid hoc dicã uiuis q; fama negatur: Et sua cur rarus tempora lector amat: Hi sunt inuidiæ nimirũ Regule mores: Præferat antiquos semp ut illa nouis. Sic ueterẽ ingrati Pompei quærimus umbrã: Et laudant Catuli Iulia templa senes: Ennius est lectus: saluo tibi Roma Marone: Et sua risere secula Mœonidem. Rara coronato plausere theatra Menandro: Norat Nasonẽ sola Corinna suũ: Vos tamen o nostri nõ festinate libelli: Si post fata uenit gloria nõ propero. Vnde Diogenes: malũ alienũ ne tuũ feceris gaudiũ: Dicebat Socrates: Fœlicitas semp subiecta est inuidæ: sola ergo miseria inuidia caret. Est enim huius seculi labes quædã & macula uirtuti inuidere: cũ nemo alterius qui confidit uirtuti inuidet: ut Ciceroni placuit. Africano: iustitia uirtutem: uirtus gloriã: gloria æmulationẽ cõparauit: O uirtutis/inquiens/inuidia comes: quæ bonos insequeris plerũq;: atq; adeo insectaris. Et Alexander disseruit: inuidos homines nihil aliud esse q̃ ipoꝝ tormẽta. Hinc Xenophon: neq; enim pericula præbent inuidiæ locũ aduersus eos: qui aut excellũt armis aut laudem appetunt: sed diligunt potius/ laudantq; tanq̃ socios laboꝝ: & cõmunis utilitatis propugnatores. Scio/inquiens/ nõnullos liuore ductos morbo animi obtẽperaturos: tamẽ memor nullã unq̃ uirtutem caruisse inuidia: & male cũ agitur cui nullus inuidet æquanimiter feram eoꝝ dicacitatem. Siquidẽ solent inuidi: & qui præcipue suo ingenio diffidũt: aut qui præstant impudentia: alios detrahendo/ ob-

loquendoq; lacessere. Verũ utantur suo instituto ac moribus: modo id sciant: malitiã magnã partem ueneni sui bibere. Siquidẽ ueteres Nemesim deã: quæ contra inuidiã atq; superbiã colebat̃ figmento poetico ut theologi uetustissimi: qui de sacris rebus scripsere: solis potestatem esse putauerunt: cuius quidẽ huiusmodi natura sit: ut fulgentia quoq; obscuret: conspectuiq; auferat: obscuriora uero illuminet & oculis offerat. Eodem modo inuidia sublimiora euertere nitit̃: & humiliora extollere conat̃: Quin etiã in miseros atq; inopes nõ sæuit: sed in diuites ac fortunatos. Hinc illud Bionis: inuidẽ nescio equidẽ utrũ tibi mali aliquid: an alteri boni quicpiam cõtigerit. Accedit emulatio: quæ/ut Ciceroni placuit: est ægritudo animi suscepta: cũ alius potiat̃ ea re: quã tu concupiueris: tu aũt ipse careas. Vnde illud Syllæ: ut Plutarchus memoriæ prodidit: Nã Bocchus rex: ut Romanis se cõciliaret Iugurthã regem prodidit: missusq; a Mario cõsule Sylla: ut eũ deduceret: ut gloriam sibi uendicaret in signatorio anulo traductionẽ illã ostendebat: ex quã tot ciuiũ clades euenere. Sic Lucullus: qui Mitridatis copias fame ferroq; afflixerat: ut Plutarchus cõmemorat: regnoq; Pontico eũ expulerat: & Tygranem Armeniæ regem superauerat. Pompeius ad partam uictoriã accessit. Hinc Lucullus dicebat: illũ accedere ad simulachra: umbrasq; belli expugnandas: ut sæpius alias consueuerat: qui olim Sertorii/Spartaci/bellis quasi uultur alienæ prædæ nõ admirari: si gloriam suã cui emularet̃: niteret̃ extenuare: ut defugatis uictisq; a se: Armeniæ/Ponticisq; triumphis duceret. Emulatus est etiã Crassus magni Pompei cognomen: cũ quidã miles ediceret: aderit Pompeius magnus: & quãtus nã inquit. Est etiã nõnunq̃ emulatio: ut inquit Patritius: eiusdẽ rei studiũ: nõ ex simultate sed ad similitudinẽ: ut de Theseo qui Herculis gesta emulatus est/scribit̃: queadmodũ Plutarchus testatur. Sic Aristoteles Platonẽ/Plato Socratem/imitati fuere. Cicero Demosthenis uim: & Maro Homerũ: Plautus Epicarmũ. Hinc Maro de Miseno Aeolio tubicine: sed cũ forte caua tũ personat æquora concha: Demens: & cantu uocat in certamina diuos: Aemulus exceptum Triton: si credere dignũ est: Inter saxa uirũ spumosa imerserat unda. Vnde Cornelius Nepos Pomponius/inquit/ utebatur intime Quinto Hortensio qui his temporibus principatũ eloquentiæ tenebat: ut intelligi non posset: uter eũ plus diligeret: Cicero an Hortensius: & id quod erat difficillimũ efficiebat: inter quos tãta laudis esset emulatio: nulla

intercederet obtrectatio:essetq; taliũ uiroꝝ quasi copula. Hinc accedit obtrectatio:quæ ut Stoicus disseruit: esse animi ægritudinẽ: ex ea manans quod adsit alteri:& quod ipse etiam habeat. Vnde Cicero:Hortensius tantæ memoriæ fuit quantam in nullo cognouisse me arbitror: ut quæ secũ cõmentatus esset:ea sine scripto uerbis eisdẽ redderet quibus cogitasset. Et alibi: ego mihi Hortensiũ: sibi me ille anteferebat: proinde dolebam morte Hortensii: ꝙ nõ ut pleriq; putabant: aduersariũ aut obtrectatorem laudũ meaꝝ: sed sociũ & consortem gloriosi laboris amiseram. Sed aliter inter Salustiũ & Ciceronẽ dissimulata obtrectatio:nam probris diutius inter se certarũt. Hortensiaq; Ciceronis uxore ducta. Sic Eschinea & Demosthenea durissima obtrectatio: ut Plutarchus meminit. Et cũ Demades in Demosthenẽ disseruisset:me sus Mineruã docet:at ille/inquit/ista Minerua tua nuper in adulterio deprensa fuit. Et Iuuenalis: Aeneam iuuenẽ zelotipo prelatũ Iarbe appellat: ut qui amatoriam obtrectationẽ pro Carthaginensiũ regina inter eos putat fuisse. Sic Philippus Macedo a Pausania interẽptus ẽ: ꝙ Attali turpitudinem ac obtrectationẽ nõ indicauerit. Sed rectius Marius: ut Valerius memorat:sororis suę filiũ Clusiũ militũ tribunũ: a Cęlio Protio manipulari milte iure cesum pronũciauit: cũ eũ de stupro cõpellere ausus fuerat. Huic finitimus est angor:quẽ Zeno & Cicero edixere: esse animi uel corporis cruciatũ. Hinc comicus: uellẽ me in anginam uerti:quo huic aniculæ fauces procupẽ. Hinc pleriq; repentino angore adeo cõsternatos fuisse:ut pierint: ut Plinius refert. Sic Rutilius nunciata fratris in cõsulatu repulsa:illico uitæ spiritũ emisit. Et Diodorus sophista:qui cũ Stipulone Megarensi disceptaret: nec prębere responsum posset:obticuit & præcipiti quodã angore:ex pudore subito correptus obiit. Fortes enim fortibus creant̃: ut ait Horatius: longe minus angore curant̃: & ut Mœonius uates cecinit:& Hesiodus: indigentes diui fato sũmi Iouis:Hi sunt quondã hoĩes cũ superis humana tuẽtes: largi ac magnifici ius regum hi quoq; nacti. Tristitia huic accedit: ut Stoici edixere:Est ęgritudo pmanens altius animo insita atq; inherẽs. Vnde comicus:delirat uxor atra bili percita. Vnde Aristotelis sentẽtia est:tales quottidiana medicina indigere: eosq; altas habere cogitatiões & ingenio pollere. Sed Cicero se tardiorẽ esse disseruit:æquo animo ferre:dũ modo ab hac naturæ specie abesset oĩno. Sic Cæsar:ut Trãquillus meminit:macilẽtes & tristes magis cauẽdos:Cassiũ & Brutũ osten

dens. Et Zopyrus: qui naturæ ratione҄ hominu҄q mores: ut Diogenes tradidit: ex corpis habitu: oculis/uultu/fronteq se prænoscere ꝓfitebat̃ Socrate҄ stupidu҄/bardu҄/expersq uirtutis eo præcipue: ꝙ obstructu҄ atq obturatu҄ haberet guttur: no҄ concauu҄ ab astantib9 derisus. Sed Socrates: uera/inquit/loquit̃: huiuscemodi tn̄ naturæ probra sapientiæ studiis expurgaui. Vnde Satyricus: nullu҄ numen habes si sit sapie҄tia. Sic Myson ip̄e unus ex sapientib9 Græciæ: ut Diogenes narrat: ita tristitia laborabat: ut mortales oe҄s odio habere uideret̃: nu҄q̄ in hominu҄ co҄uentu ridens: sed cu҄ solus semel esset/fleretq: ꝑcu҄ctatus cur talia pageret: respondisse phibet̃: quia solus sum. Et ut Patritius uoluit: esse illa҄ maculã qua҄ poetæ fabulant̃: quæ cor Promethei semp tonderet: relegati in Caucaso mo҄te: tristis scilicet & alta cogitatio: qua҄ in syderu҄ co҄templatione҄ sedulo impendebat. Vnde Mena҄der: semp aliqd tristitia afficie҄s ꝑsecutu҄ est uita҄: num est co҄sanguineu҄: quid tristitia & uita uiuere sine tristitia mortali existente no҄ facile. Tristitia eni҄ hoi҄b9 parit morbos: nec est tristitia peius hoi҄b9 malu҄: sine ea uiuere est uiri fortunati. Et Naso: Vnda locusq nocet: & causa ualentior istis: Anxietas animi quæ mihi semp adest. Hu҄c meror comitat̃: ut Varroni placuit: a marcescendo uerbo deducit̃: quonia҄ merore corpus marcescat/torpescatq. Sed extollu҄t̃ Spartæ qui quonda҄ Græciæ imperaru҄t: qui deuicti ab Antigono Macedonu҄ rege: nulla҄ meroris specie҄ oste҄dere: nec lacrymas emisere: eoru҄q qui in acie ceciderã gloria҄ extollebã: gaudebantq de eoꝝ obitu: & qd ip̄i tali gloria defraudati essent ingemiscebã. Huic comes est Euclatus: que҄ Cicero esse ait: ægritudine҄ ex alicuius acerbo interitu concepta҄: qui nobis carus fuerit. Sed lege dece҄uirali: no҄ modo hoi҄bus: sed etia҄ mulierib9 eiulatus: fletusq funebris ꝓhibitus est: ingemiscere tn̄ no҄nunq̄ co҄cessum Ciceroni placuit. Sed Maro/Cauernas etia҄ gemitu҄ dedisse ait. Et Cicero athletas in iactandis cestib9 ingemiscere: non ꝙ doleã aut succu҄bã: sed ꝙ uuln9 maius fiat. Nec grauiter fere҄di su҄t casus: quos nullo co҄silio uincere aut uitare possum9: & ex alioꝝ euentu cogitare debem9: nihil nobis noui accidisse: nihil præter co҄ditione҄ mortaliu҄. Siqde҄ dolore҄ quasi co҄munis legis: & humanæ co҄ditionis recordatio: ut Ciceroni placuit. Vnde Quintus Curtius de Alexandro magno ꝙ Ephestionis amici sui morte҄ graui animo tulit: equoꝝ iubas tonderi ad cute҄ usq iussit: & turriu҄ pinnas: ac muroꝝ propugnacula exturbari: ut moenia etia҄ ip̄a desyderio Ephestionis: affecta esse uiderent̃. Et ut

Plutarchus esse meminit:probro Catoni datũ:ꝙ mortẽ Scipionis fratris grauius tulerit:q̃ Stoicũ decebat:& magna pompa & sumptu eũ sepeliuerit:erexeritq; ei i foro Emilioꝝ sepulchrũ ex Thasio marmore:cuius impensa fuit octo talentoꝝ. Efferunt Crassum laudibus:ut Plutarchus meminit: Filii sui: qui Scipionis filiam duxerat: quam deinde Pompeius habuit:eloquentia/grauitate/ac pulchritudine insignem:cũ a Parthis occisus esset:caputq; eius circũferri conspexisset:ingenti animo exclamauit: meus est inq̃ hic dolor milites: meus luctus: publica uero salus:& reip. gloria:in salute uestra posita est:ꝙ siqua orbati senis miseratio uos tangit: hanc in ulciscendis hostibus ostendite. Extollit Plutarchus Spartã illam:quæ cum accepisset filium: in bello cecidisse nullũ merorem: aut luctus signum præbuit:sed diis gratias egit:ꝙ talem peperisset filium:qui pro patria nõ horruisset occumbere. Et Laertius de Anaxagora & Xenophonte: alter enim audita filii morte: sciebam me/inquit/genuisse mortalem: alter cũ sacrificaret nũcium accepit:in prælio filium occubuisse:coronaq; accepta: & quasi deo pro honesta filii morte gratias ageret: rem diuinam peregit. Sic & Valerius de Horatio Puluillo:cũ Ioui ædem consecraret pontifex:nunciata filii morte:nihil hoc cõmotior factus in dedicatiõe perseuerauit. Hinc Plinius percunctatus:quæ mors acerba sibi uideretur: respondisse perhibetur:eam acerbam existimo: & semper immaturam esse mortem eoꝝ qui immortale aliquid parant. Nam qui uoluptatibus dediti: quasi in diem uiuũt: uiuendi causas quottidie finiunt: qui uero posteros cogitant: & memoriam sui operis ostendunt: his nulla mors nõ repentina est: ut quis semper inchoatum aliquid abrumpat. Huic proxima est erũna: de qua sic Cicero meminit: etenim maiores nostros labores nõ fugiendos: tristissimo tamen uerbo: erũnas ut uideo nominauerunt. Sed erũnæ furcillæ quibus sarcine releuanẽ: quaꝝ usum: quia Caius Marius in re militari primus dedit:muli Mariani mox nuncupati fuere. Itaq; qui imperio degunt: absq; erũna uitam ducere nequeunt: Hinc Tyberius Cæsar: ut Tranquillus autor est: Nescitis/inquiens/quanta bellua sit imperium: ad amicos sæpe iactabat: se lupum auribus tenere. Valerius memorat:ꝙ cũ quispiam rex traditum sibi diadema: priusq̃ capiti imponeretur:diutius cogitasse:exclamasseq;: o nobilem magis q̃ fœlicẽ pannũ:quẽ siquis pẽnitus cognoscat: q̃ multis sollicitudinibus & erũnis sit refertus: ne humi quidẽ iacentẽ erigeret. Nã

reges prisci: ante usum diadematis: paruas quasdam hastas gerebant: & eas pro sacris uenerabantur: quæ sceptra: a Græcis dicta inueniunt ut Patritius meminit. Sed erūnas: laboresq;: ut Xenophon disseruit: labores nō æque graues Imperatori & militi: quandoquidem ipse honor erumnas laboresq; leuiores facit. Et ut Plutarchus memorat: q cum Milciades: pro parta uictoria: coronam expostularet: exclamasse perhibetur Sochares: o Melciades cū solus de barbaris uictoriam consequeris: tunc te solum coronari æquū erit. Et Liuius de Hannibalis labore: Hannibali plurimū audaciæ erat ad pericula capescenda: plurimū consilii inter ipsa pericula: nullo labore aut corpus fatigari: aut animus uinci poterat: caloris ac frigoris patientia: par cibi/potionisq; desyderio naturali non uoluptate modus fuit: uigiliarū/somniiq;: nec die nec nocte discriminata tempora: id quod gerendis rebus superesset quieti datum: ea neq; molli strato: neq; silentio accersita: multi sæpe militari sagulo copertum: humi iacentem: inter custodias/stationesq; militum conspexerunt: equitum peditumq; idem longe erat primus: princeps in prælium ibat: ultimus conserto prælio excedebat: uestitū nihil inter æquales excellens: Arma atq; equi conspiciebantur. Sic & Iulius Cæsar: ut Suetonius meminit: & si rebus bellicis mortales cunctos superauerit: & rerū potitus publicos nō omisit labores: nec tempori neq; labori parcens. Et ut idem Tranquillus memorat de Augusto Cæsare: q cum cuidam ueterano militi Augustum rogante: ut sibi adesset: Augustus illum causidico cōmendauit: tum miles exclamauit: nō ego te periclitante in Actiatico certamine: uicariū quæsiui sed pro te ipso certaui: cicatricesq; ostendit. At Cæsar ipsius militis causam defendit: ne ingratior uideretur: aut labores per desydiā effugeret. Et Mitridates Ponti rex: ut Plutrarchus meminit: qui pro Leoneo suæ salutis defensore acerrimo: a Rhodiis nauali certamine capto omnes hostiū captiuos: qui cū plures essent: permutauit: tanti referendæ gratiæ munus faciundū esse statuit. Et de erūna Persius ait: non ego curo esse: q Archesilaus erūnosiq; Solones: Obstipo capite & figentes lumine terram. Vnde uetus adagiū: nihil agit qui omnia satagit. Accedit & lamentatio: quā Cicero ęgritudinē cū eiulatu nuncupat Vnde Homerus: Bellerophontem mestis lamentationibus eiulantem facit: & errantē in campis alienis: effugientemq; mortaliū uestigia: ut licentius cor suum ederet. Sed satius Cæsar: ut lamentationes

effugeret etiã in theatro:in epiſtolis:libellisq; legendis:ac reſcribendis opera nauabat:nec ualebat uir diuini atq; ingentis ingenii:lamentatio nibus tragicoꝝ diutius aures prębere• At Octauius his ludis actióib9 theatralibus aſſidue ſpectabat aliqñ totos dies aderat: ut Tranquillus meminit•Huic annectit́ ſolitudo: quã Cicero animi ægritudinẽ nũcu pat ex magna animi quadã:penitusq; infixa cogitatiõe manantẽ•Hoc affectu perſpicaci ingenio uiri plerũq; turbãt́•Vnde Aegyptii regionẽ ſuã cũ hominibus ingenuis cõuenire aiũt: quę bene utentibus ſaluber rima medicamenta prębeat:male aũt mortifera•Idem Atheniẽſes diſſe rebãt de eoꝝ ciuibus: & in uno Alcibiade cõprobari liquet: ut Plutar/ chus meminit:qui tãta ingenii facilitate pręſtabat:ut ad id unũ natus eſſe uideret́•Hinc Hylyſchus Thaſius:ut Apum naturã tũ incognitã perdiſceret : magna diligentia quæſiuit : in deſertis ac ſolitariis locis• Sic & Ariſtomachus peregit : quadraginta annis nihil aliud agens:& quãuis Stoicus ipſam improbet : omnia nobis mala ſolitudo perſuadet nemo eſt qui nõ ſanctior ſit:cũ quolibet eſſe q̃ ſecũ•Aliter tñ Tragicus nõ alia magis eſt libera & uitio carens : ritusq; melior : uitaq; priſcos colat : q̃ quæ relictis mœnibus ſyluas amat • Et Petrarcha:uita procul dubio ſingularis ac ſolitaria nõ modo tranquillior:ſed altior eſt atq; ſe/ curior•Siquidẽ ſurgit ſolitari9:atq; fœlix ocioſus modica quiete recrea tus:ſõnoq; breui nõ fracto:& ſæpe intereã mirũ dictu:ſecuri timoris:ac trepide ſpei plenus:ſuſpiciẽs cœlũ ac ſydera:ac illic incolentẽ deũ opt• max•mẽte ſuſpirãs:& patriã illã cęleſtẽ excogitãs de exilii ſui loco pro tin9 ad honeſtę cuiuſpiã iucũdęq; lectiõis ſtudiũ cõuertit́: atq; ita ci/ bis ameniſſimis:cũcta cũ animi trãquillitate, futurę lucis iniciũ p̃ſto/ lat́•Huic accedit moleſtia: quę ut placuit Patritio: eſt animi ęgritudo pmanẽs•Nã cũ ſollicitudo illa diuturna cogitatiõe aĩm uerſat : tũc in moleſtiã uertit́:quę ſi pſeuerat corpus extenuat:macieq; afficit• Sic de Lepido Plutarchus meminit:q Sylla mortuo: de dictatura cogitaue/ rit:magnãq; Italiæ partẽ occupauerit:a Pompeo deinde uictus: in Sar diniã profugit:ſollicitudine & moleſtia macerat9:eo etiã q litterę alla tæ fuerũt:q uxor quã ſũme diligebat i adultero deprenſa fuerat•Huic comes eſt deſperatio: hãc Stoici & Cicero docuere eſſe animi ęgritudi/ nẽ: ſine ulla melioꝝ expectatiõe : hęc ad uim ſibi ipi inferendã naturã uiolandã animi/corporiſq; ſocietatẽ dirimendã hominẽ impellit : qua quidẽ nihil terribilius aut dici aut cogitari põt•Hinc Gallus poeta:cũ

Cæsar Octauius: causę indicū suis ęmulis pmisisset:ille nulla etiā peti ta uenia sibi ipi man9 intulit.Sed aliter Rhodius ille:qui in caueā cōiectus a tyrāno tāq̄ ferū aliquod aial alebat. Nā suadente quodā ut a cibo abstineret donec deficeret/respōdit:oia homini dū uiuit speranda esse.Sic & Luti9 Domiti9 uir magnę nobilitatis:a Cęsare capt9 ad Corphinū Pelignoꝝ urbē:cū uitę cū tederet:uenenū hausit:& cū id uiolē tius sęuiret:medicamētis & omni ope cōnixus ē: ut euaderet.A Cęsare deinde libertate donat9 ad Pompeiū prexit.Et Pachetes Atheniensis: cū pro se causam ageret:& cū se uictū iri cōspiceret:nō p cōmiseratione porans:nec ueniā petēs:gladio quo succinct9 erat:mox se ipm trāsegit. Et Perseus Macedonū rex:ut Plutarchus tradit:a Romanis uictus:cū se uiuū in triūphū duci pmisit/deridebat ꝙ uitæ tā cupidus extiterit: pulla eni ueste reoꝝ in morē ductus est:cū duob9 filiis ac filia una: sordidatis ac manus ad ciues tendētib9:ueniā ac gratiā petētib9:& populi Romani misericordiā implorātib9.Sic Puluillus Crassus:cū exercitū Romanū cōtra Aristonicū: Eumenis regis filiū : in Asia duceret in insidias Thracū incidit:capt9q̄:& ne uiuus in hostiū manib9 duceret. uirgā quondā quā in manu gerebat in oculū cuiusdā ferocissimi barbari impegit:qui ira ac dolore cōcitus Crassi latus pfodit : & sic hostiū manus euasit:& amissę maiestatis turpitudinē effugit.Et C.Norban9 cōsul:ut Plutarchus meminit:& Pedian9:cū apud Ariminū a Sylla p fligatus esset:despata oi reip.salute:priuatā quādā nauiculā conscēdit. Rhodūq̄ aufugit:expetit9 a Sylla:timore ne a Rhodiis dederet:i me dio foro se ipm trāsegit:ne ludibriū/sęuitiāq̄ imanissimi hostis subiret Hęc eqdē desperatiōis opinio:nō tm̄ apud romanos:sed etiā apud exteras nationes uiguit.Nā q̄nqdē de fortitudine sermo haberet apud Philopomenē:ac coꝝ ducē: nōnulli quēpiā ut idoneū militē p̄stantēq̄ imperatorē laudib9 efferebāt:tū Philopomenes:tacite/inqt/quo nā modo gloria dign9 haberi pōt is qui in hostiū manū uiuēs deduct9 est ? Ut illoꝝ Indoꝝ philosophantiū differētiū:qui uoluptatē ac laborē: uitam ac mortem eque contendit seruus esse nō patitur.Sic Scipio: Cornelię uxoris pr:post Pharsalicā cladē:& generis sui interitū:cū ad Iubā regē classe pfugeret:a Cęsariāis nauib9 circūuētus est: qui cū nauē qua uehebat:iā in hostiū ptāte esse cerneret:in puppi residēs lętali uulnere se transegit : & cum ex hostibus quispiam conscenderet : eum rogauit : quid Imperator ageret : respondit : Imperatorem se bene habere : & mox ex uulnere uitā axhalauit : satis se gloriæ adeptū esse existimans: ꝙ clementissimi uictoris ueniam non implorasset. Siquidem & sic

Cato:& Antonius ille huius fortitudinis: cũ Octauius habenas impe rii duxit:& plerięq illustres uiri talia peregere:mortẽ sibi consciscendo: sed ut censeo haud sane id peractum esse. Quippe quis putet hanc in animũ prudentis ac constantis uiri usq̃ accidere posse: Maxime cũ so lum aut summũ hominis bonũ:in uirtute ip̃a collocemus:a qua nemo unq̃ destituitur:quæ quidẽ per se tanti est: ut sola uel sufficiat ad bene beateq; uiuendũ: ut Stoici edixere: deumq; semp optime conciliatum habeat. Quin etiam Aristoteles censet: tantũ cuiq; fœlicitatis cõtinge re: quantum uirtutis ac prudentiæ in se habet: quantũq; secundũ eos agat. Nihil enim uiro/ut Ciceroni placuit/priscisq; philosophis:qui ex uirtute degit deesse potest:nihilq; ei accidere: qua spe uirtutis decidat. Extrema enim fortunæ:ut sentit Patritius/permittit: in cuius potesta te illa sunt. Sola quidem animi bona amplectitur: suaq; esse arbitrat̃: a quibus nusq̃ destituit̃: nunq̃ se ip̃m deserit: nunq̃ agitabit̃ desperabitq;: cum a solida uirtutis spe semp pendeat. Inhumanũ siquidem & omnino nefas & inexpiabile esse putabit:uiolentas manus sibi afferre: & ante diem fatalem:seipsum perimere:geniũq; suũ uiolare:& tempus prefinitũ expectare:& uitæ reposcenti naturæ:ac deo ad diem reddere ut uirũ probũ decet. Et Homerus:uatesq; indicare cernunt̃: nusq̃ esse se desperationi tradendũ. Philocthetem heredem illũ Herculeæ pharetræ:poetico figmento inducũt:a quo Troiana fata pendere finxerũt destitutũ ab omnibus præ uulneris putore; & inopem/nudũ/ac mendicum: & uitam in nemoribus syluestrem uagamq; duxisse: aucupio sagittarũ diutius propagasse:pennarũq; contextu: corporis tegumenta effecisse:tantis miseriis/ærũnisq; ac calamitatibus obrutus: nusq̃ de cõsciscenda sibi morte cogitauit:sed inopem atq; infœlicem uitã: ut quiuerat in tam deserta solitudine tollerabat: ne iniurius naturæ esset aut iniussu summi dei e uita discederet.

¶Finis Vndecimi libri.

P LATO ENIM CENSVIT quicquid auri or bis ipse: naturaq; mortalibus prębuit: uirtuti haud ęquare queat: illud quoq; Solonis pręclarũ a Diogene Plutarchoq; litteraꝝ monumentis cõmendatũ at nos cum coꝝ diuitiis/ inquiens/ uirtutem non cõmutabimus: neq; a Theatralibus: ac scœnæ plausibus: nec cũ extimatione & honoratiore loco apud Eunuchos & pellices & regũ satrapas nihil enim honestũ aut expetendũ esse potest: quod a turpi re ac inhonesta originem trahit: & si difficile sit: ut ait Empedocles: sapientẽ inuenire cui Xenophanes Colophonius disseruit: Agrigentine recte ais: siculeq; sapiens inquiens sit oportet sapientẽ explorare: sed si recte prospicere mallemus: & blanditias explodere tutius nobiscũ agunt. Sed Stoici edixere cęca arbos fructificat: auulsa enim pœnitus occidit ita illustris uirtus non solum probra/sceleraq; depulit: sed edocet optimi adeptionem boniq;: ut beatam illã/cœlestemq; uitã adsequamur. Siquidem uirtutes tanti existimantur: ut uel sole beatam illam uitam efficere queant. Nempe ulla alia ratione illustramur: fœlicitatemq; acquirimus: nisi fulgenti uirtute: quę mortales ipsos deo opt. max. conciliat: ipsiq; simillimos reddit: & imortales ex caducis perageret: proinde prębent: ut cũ illis spiritibus perenni fruamur æuo. Hinc Plato asserit: unius dei opt. max. Sapientẽ uirũ imitatorẽ/cognitorem/amatoremq; esse oportere: cuius sola participatione beatus fiet. Vnde Cicero: ueraꝝ uirtutũ exẽplar in solo deo esse autumat: sed ueri iuris/germanæq; iustitiæ solidã & expssam ullã tenemus umbra & imaginibus utimur easq; ipas utinã sequeremur: ferũt enĩ ab optimis naturæ ac uirtutis exẽplis. Et alibi idẽ Hæc est illa lex uera/rectaq; ratio diffusa in oẽs cõstãs sempiterna quę iubẽdo nos ad officiũ uocet: uetãdo a fraude deterreat: cui nec ꝓpagari fas est neq; derogari: ex hac aliqd licet neq; tota abrogari põt: quę apud oẽs gẽtes & omni ęuo sẽpiterna & imobilis erit: Quippe & si uarię sint illustres disciplinę: qb9 uiri ingenio ĩbuti ad sũmã dignitatũ arcẽ honorisq; ac laudũ gloriã ꝓuchãt: sed iustitię ꝓfessores: cũ ipa iustitia sola sit quę ipos hoĩemq; ex mortali ĩmortalẽ ipm efficit: sic aĩm mẽtemq; ipius ĩillustrat: ad excelsã/ęternãq; illã sẽpiternã mẽtẽ impellit: maiestatẽq; illã diuinã noscere edocet: ad hui9 orbis reiq;p. administrãdę imperium iter subministrat / gloriamq; parat. Siquidem diuino instituto iustitia ipsa a deo optimo maximo mortalibus condonata est ad dirimendas hominum uarias uoluntates sub iusti & æqui obseruantia.

Vnde Cicero: ſapientiſſimoꝝ hominũ ſententiam fuiſſe cõmemorat: non hominũ ingeniis excogitata: nec ſcitum eſſe aliquot populorum: ſed æternũ quodã: quo imperandi/prohibendiq; ſapientia uniuerſus orbis adminiſtraretur: eſt enim a numine deoꝝ tracta ratio:imperans honeſta: prohibens contraria: Et Demoſthenes: Lex/ inquit/ eſt cui homines omnes decet obedire propter multa & uaria: & maxime quando omnis lex eſt inuentio quidem & donũ/munuſq; dei: cuius impator & dux ipſe omniũ eſt parẽs ac ſator:cui qui nõ parebit ipẽ ſe fugiet: ac mortaliũ naturã aſpernatus: maximas luat pœnas: Etiã ſi ſupplicia cuncta quæ exiſtimant̃ euaderet: Nam in ipſo ſummũ bonum/ueramq; fœlicitatem collocandã eſſe: hæc eſt illa contemplatio: quam Ariſtoteles a ſapiente amplectendam eſſe diſſeruit: ad eã inquã contemplationem ſingulæ uirtutũ actiones diriguntur. Quaꝝ ſingulaꝝ officia ut Patritius ſentit:aut hac ratiõe diſponũt:ut prudẽtiæ munus ſit cœleſtia contemplari ipſa proſequi ſcelera poſtergare. Hinc Anaxagoras: ut Diogenes meminit: bona cuncta contẽpſit: omniaq; largitus eſt: percunctantibus quibuſdam: nulla cura tibi patriæ eſt: Immo maxima/inquiens/ digitum in cœlum tendens eã ſolam nuncupans patriam: a qua mortalium ſpiritus exordiũ eſſet: ſic temperantiæ Diogenes officium: ut Laertius memorat: qui Hychetam patrem reſcripſit gloriabundus: ſed nõ ex gloria cui Græci omnes ac alii cuncti inſeruirent: ſed ex natura uiuere: ut ſub diuo ac deo pnoctare ad Cratem diſſeruit: Memento paupertatis principatũ a me tibi condonatum in omnem uitam tibi agitur: opera danda eſt nec hãc amittas aut deponas: aut ab aliquo tibi auferri ſinas tu ue putas pallium tibi leonis eſſe pellem: baculum clauam peras autem terram ac mare unde alimentũ accipis: & ſic tibi ſuccurret quædam animi Herculei elatio omni optima fortuna p̃ſtantior quod ſi tibi caricæ & lupini ſuperſunt: mitte obſecro uale. Sic & Pythagoras/Laertio autore/ab animalibus abſtinere iuſſit: ut faciliorem uictum quærerent mortales ipſi: & paratiorem cibum ſequerentur officiũ quæ fortitudinis amplecti: nec animo ſuccumbere:quod nimis arduũ eſſe uideat̃: ad cœleſtia animi intentione pertingere: quandoquidẽ nihil diſci queat: niſi deo ip̃o agnito: diuiniſq; pręceptis obſequi: ut Socrates oſtendit: Et Xenophon memorat: Sic Gymnoſophiſta qui Athenas perrexit: Aſyamq; omnẽ peragrauit: ut doctior euaderet: iuſtitia demũ officium ſit deũ

cognoscere sempiternũ iustitiæ esse auctorem : & icirco solam ac cœlestem hanc diuinam sapientiam sequi oportere:quã omni uirtutis studio amplexari expedit. Sic & Mysos fuisse Posidonius memorat : qui melle & lacte/pomisq; uescerentur:& tranquillam uitam agerent:& diuinæ contẽplatione operam nauarent:Deicolæ nuncuparent: Et Homerus meminit Thraces quosdã iustitiæ præstantes appellat. Siquidem deum opt.max.in sacris ideo Romanoꝝ uetustissimi inuocabãt : ut ostenderent alterũ uirtutis : alterũ potentiæ cognomentũ esse : sed prius optimũ posuere : ut Patritius cõmemorat : ut uirtutem potẽtiæ anteferrent plures enim esse existimabant uirtute : iustitia/& beneficẽtia hominibus prodesse quã plurimas opes : plurimãq; potentiã habere. Siquidem benignitas efficit ut mortales ipsi deũ ament/colant/uenerentur : obseruentq; : potentia uero ut eum timeant : metuant : ac formident. Hinc Plutarchus tres præcipue res esse disseruit quibus deus præstantissimus esse dicitur : immortalitate / potentia / ac uirtute : haꝝ quidem triũ præstantissimã uirtutem esse opinatur qua nihil pulchrius : quandoquidẽ mare : & elementa naturam nõ intereunt & flumina:terræ motus:uentoꝝ turbines:fluminũ impetus: igniũ cõflagrationes : maximã uim habere conspiciuntur:nihil tamẽ diuinum se habere ostendunt:quando iustitia: temperantia: ac prudentia carent : & nullam æquitatem:modestiam: sapientiamq; de se præstant : Vnde Plotinus disseruit: de eoꝝ institutione qui ab huius orbis cogitatu exuti : nõ amplius ex electione quasi ex actu diuina cognoscunt:& quasi nil aliud esset eoꝝ instinctu dignũ omni studio/omniq; contenta contemplatione cœlestia ac diuina meditantur:in illis agunt in illis semp uersantur:habitũq; perfectionis efficiunt : hi putant temperantię munus esse terrenaꝝ cupiditatem oĩno obliuisci : nec satis existimant esse eas comprimere:nisi prorsus eas ignorent:fortitudinis aũt esse percensent passiones:affectusq; omnes animi : quas ægeritudines a Cicerone nuncupant : non solum uictoriam adsequi:sed mox obliuisci / ut uates ille disseruit : nesciat irasci cupiat nihil. Siquidem nihil est: quod magis mortales ipsos accendat ad diligendos q̃ uirtus ipsa : nihil sane : ut Cicero placuit:amabilius uirtute : nihilq; magis alliciat ad diligendũ Quippe cũ propter uirtutem & probitatem:eos etiam:quos nusq̃ conspeximus : quodã modo diligamus: Proinde Plutarchus uirtutem huiusmodi esse perhibet:ut mox rebus ut præclaris gestis ita mortales ef

ficiat quod nō modo irentur opera:uerū in autores quoq; summo stu
dio ac desiderio incēdant. Siquidē iustitię officiū esse putāt:ita cū deo
diuinisq; mētib9 sociare:ut illis ppetuo fœdere indissolubiliq; uinculo
cōiūgant. Hoc qdē iter:ut Diogenes memorat:Heraclitū adsequutū:
qui cū iuuenis nihil scire asserebat: at senior nihil se ignorare aiebat se
nūq̄ pceptorē cōspexisse:sed cōtēplatione intētus hūana contēneret: cę
lestia ac diuina meditaret: in nemorib9 degens:mortaliū cōsuetudinē
abhorrens:disserebatq;:orbis ipē oīs:incendio aliqñ interiret. Et cū Da
ri9 Persaꝝ rex ipm rogaret:ut libros a se cōfectos clariores/lucidioresq;
redderet:& ad se accedere mallet:at ipē utrūq; contēpsit: asserens mor-
tales oēs a ueritate atq; iustitia abhorrere:& auaritiæ inflationi/elatio-
niq; glorię inseruire:se aūt paucis esse cōtētū: Et iccirco ad Parsas nūq̄
accedere uelle. Nempe ut diuus Aureli9 disseruit:tūc bona magna sūt
uirtutes qb9 ratione uiuit: minima sūt quoꝝ libet corpoꝝ species:qb9
recte uiui pōt:mediæ sunt potētiæ animi qb9 probe uita nō ducit: uir
tutib9 nemo male utit cæteris aūt bonis id est mediis & minimis non
solū bene sed etiā male qsq̄ uti pōt: & ideo uirtutib9 nemo male utiur:
quia opus uirtutis est bonus usus: illoꝝ qb9 bene & nō male uti posci-
mus:Nā nemo bene utendo male utit. Siquidē:ut Cicero placuit:oīb9
natura dedit fundamēta:semenq; uirtutū: Nā uirtus est supuacue con
tendere:uirtus siquidē regna/urbes/prouincias tēperat:fert leges: colit
amicitias: inter ꝓpinquos/liberosq; dispensat officia modo arcto fine
circūdat paupratis exilii orbitatis nō tñ memor est si ex altiore fastigio
inpriuatū: ex regio in humilem subducit: ex publico ex spatioso rure
in angustas domos uel angulos cogit. Vnde Tragicus pulchrū est emi
nerę inter illustres uiros: consulere patriæ: fera cęde abstinere tēpusq;
ire dare:orbi quietē seculo pacē suo: Hæc est sūma uirtus petit ad cœ-
lū uia sed locū habet uirtus inter astra: nūq̄ stygias fertur ad undas
inclita uirtus: uiuite fortes nec læteos sæua p amnes uos fata trahent.
Sed cū summas exiget horas cōsumpta dies: iter ad supos gloria pan-
det. Vnde Maro:Disce puer uirtutem ex me:uerumq; laborem ex aliis
Nūc te mea dextera bello defensum dabit:Et magna inter præmia du
cet:hi ꝓpriū dec9: & partū indigant honorē hi teneāt uitāq; uolūt ꝓ
laude pacisci:Hos successus alit possūt qd posse uidēt: Gratior est pul
chro ueniens in corpore uirtus: Sic pudor incendit uires & conscia uir
tus: Exigui numero sed bello uiuida uirtus laudis cupiditas; & timor

ignominię ad uirtutem excitat/ut Tullio placuit/uirtuteq́ꝫ nulla posse ssio uenerabilior: neq́ꝫ firmior est. Hinc illa Hesiodi sententia: ante uirtutem dei sudoré posuerunt imortales longa & ardua uia ad ipam & aspera primũ postq̃ ad summũ peruentum fuerit facilis: deinde est difficilis q̃uis fuerit: Et Menander edocuit uirtutem scutum maximũ esse mortalibus: Et ut philosophi edixere: tertium uirtutis gradum ex emplaris contemplationis esse: his quidem in mente diuina consistit: a quo exempla reliquarum omniũ uirtutum ordine quedã fruimur: ut etiam in formis ac figuris rerum est aliquid perfectius quod in cog nitione cadit: qua id quod oculis cernimus: ad cuius similitudinem atq́ꝫ exemplar speciem quandam imitando ducimus: sic perfectaꝝ uir tutum species animo uidemus in mente diuina esse effigiem auté eaꝝ per imitationem quandam quęrimus: Nam una est uirtutis uis: quæ nos imortalitati donari possit: & pares diis facere: Nam quid est ali quid colere uirtutem? nisi animo comprehendere & tenere: ut Cecilio placuit: qui enim sic uirtutes colunt: ut umbras & imagines uirtutũ consectentur: ea ipsa quæ uera sunt tenere non queunt. Siquidem uir tus ipsa est non imago uirtutis & colenda non est sacrificio aliquo aut execratione solemni: sed uoluptate sola: atq́ꝫ proposito. Hinc Na so nec Virtus citra genus est sed stat monitis contraria uirtus: iam ti mor ille Phrygum decus & tutela pelasgi: Nominis Aeacides caput insuperabile bello: Arserat armerat deus idemq́ꝫ cremarat: Iam cinis est & de tam magno restat Achille: Nescio quid paruam qui nõ bene compleat urnam: At uiuit totum gloria cópleat orbem. Hæc illi mẽ sura uiro respondet & hæc est Par tibi Pelide nec inania tartara sentit: Et Flaccus rursus: qui uirtus & quis sapientia possit: Vtile proposuit nobis exemplar Vlyssem: Qui domitor Troie: multoꝝ uidet & urbes: & mores hominũ inspexit latumq́ꝫ per æquor dum sibi: dũ sociis redi tum parat aspera multa pertulit aduersus rerum & in miserabilis un dis Syrenum uoces ex & Cyrces pocula nosti Quæ si cum sociis stultꝰ cupidusq́ꝫ bibisset sub domina meretrice fuisset turpis & excors. Si quidem ubi uirtutum omnium maiestas illucescit: ubi diuinum illud imperium resplendescit: illic prudẽtia est mens ipsa diuina eiusq́ꝫ tem perantia quæ eadem perenni uirtute uniuersa moderatur & regit: illic uera fortitudo quæ super eadem nec uariatur: nec in alias transforma tur species: nec mutatur: ibi conspicitur diuina illa iustitia quæ per

ennis sempiternaq; lege a perpetua suis operis continuatione non flectitur: Nempe contemplationes & diuinæ animi perturbationes omnino auferunt & earum obliuiscuntur: Et ut Theophrastus & Academici edixere: contemplationibus his non modo animi perturbationes ignorant mortales: uerum etiam si fari licet nephas putant eas nominare: Et Theophrastus in Dicearchum miris laudibus diuinam illam uirtutis contemplationem extollit. Hinc Cicero & nos uirtutem semper liberam uolumus: semper inuictam quæ nisi sunt sublata uirtus est: Atqui si uirtutis satis est ad bene uiuendum: satis est etiam ad beate: Satis enim recte est in uirtute: ut fortiter uiuamus: fortiter etiã ut magno animo & quidem ulla re nunq̃ terreamus: semperq; inuicti sequitur ut nihil pœniteat: nihil desit: nihil obstet: ergo omnia profluentes absolute prospere igitur beate satis autem fortes uiuendum uirtus potest satis ergo ad beate: nam uirtutis uberrimũ alimentum est honor: & eneruos tantum animos odisse uirtus solet: magno ubiq; prætio uirtus existimatur: ut inquit Valerius: sic apud priscos in prima parte ædium maiorum imagines exponebant: ideo ut uirtutes ueterum alii non solum imitarentur: sed etiam conspicerent eleuet aliquis præmia uirtutis: cum animo aduertat fortes uiros fœlicius sepeliri q̃ ignauos: Quippe ut nihil sit quod accepta uirtute: quod mortali manu & animo immortali queri possit. Siquidem hii qui contemplationi se dant: nos edocent ardua illa & gloriosa comtemplari: & si illa soliuaga & ociosa uideatur: quæ humanis rebus relictis cœlestia: ac diuina solum speculatur: tamen amplectanda: ueneranda: colenda censemus sane qui cœlestia scrutantur: & terrena despiciunt animi fœlicitate: quam per uirtutem nanciscuntur: sibi ipsis fruuntur: & si nulla officia aliis impartiri uideantur: sed sunt quidam qui diuina illa amplectando non desunt in generi humano consulant. Siquidem ciuiles illi: qui uirtute beati efficiuntur: inter mortales uersantur: ut decet animal sociale: ut Patritio placuit: principibus adsunt urbes tuentur / parentibus / affinibus: necesariis omnibus necessitudinis officia exhibent: ciuium res gubernant: socios prouidentia/liberalitateq; protegunt. Vnde Maro: Quiq; sui memores alios fecere merendo.

Hinc Cicero: nihil esse/ inquit/ illi principi deo: qui omnem mundũ regit/acceptius: quod quidem in terris fiat: q̃ consilia: cœtusq; hominum iure sociati: quæ ciuitates appellantur: harum rectores: & con-

seruatores e coelo perfecti illinc reuertuntur: & si qui coelestia specu-
lantur: aliquando derisioni fuere: ut Thales Millesius qui in subie-
ctum solem cecidit: cum sydera meditaretur ab anicula derisus: ut
Diogenes memorat: Nempe qui mortales edocent: sancte ac pie ui-
tam ducere: neminem ledere: optime de humanis rebus merentur.
Sic Socrates peregit homines ipsi indecenter uiuere docuit: uirtu-
temq; amplecti: quam ex Socratis sententia Stoici edixere uirtutem
esse notionem: aut scientiarum rerum quae secundũ naturam sunt: nã
si ex uirtute manabunt: duces ad foelicitatem erunt: si uero a uitiis in
baratrum miseriarum nos precipitabunt: Proinde uirtutis habitus
magistratus: regesq; quos humanitatis participes & uitę cõmunis nõ
ignaros edicimus uiros probos efficient: & ea probitate praeditos: ut
ex se ipsos & omnes qui eorum imperio parebunt: in iter uerae foelicitatis
dirigent: Hinc ludibrio Sylla habitus: ut Plutarchus memorat: cũ
intemperatissimus esset: lusuq; proflueret: & ciues suo instituto ad so
brietatem: ad frugalitatem reuocare niteretur. Sed Lysander: ut idẽ
meminit Plutarchus: ciuibus enim ea uitia sinebat a quibus ipe absti
nebat. Sed Lycurgus longe praeclarius peregit: qui nihil in alios sta
tuit: promulgauitq; uirtutes ipsas amplectando: quam Euclides Me
garensis unam esse disseruit: sed Panetius duas edixit: contemplatiuã
scilicet & actiuam: Sed Aristoteles: alias intellectiuas: alias morales
esse scribit: Morales enim liberalitatem/modestiamq; edocuit: Intel-
lectiuas: sapientiam solertiam ac prudentiã differens intellectiue na-
tura indigent: a doctrina tamen instituuntur: atq; augentur: Mora
les autem a consuetudine & moribus proficiscuntur: Sed plerique Stoi
corum tres edicunt: rationalem/naturalem/& moralem: Et Plato: quẽ
fere omnes comitantur: quattuor uirtutes edocuit: prudentiam/tem-
perantiam/ fortitudinem/ & iustitiam: Has Zeno principales uirtu-
tes nũcupat prudentiã esse disseruit rerũ bonarum & malarum & utrarũq;
scientiã: id etiam Cicero meminit: & esse humanę uitę magistrã & nul
lã uirtutẽ absq; prudẽtia esse: Aristoteli placuit: munusq; prudẽtię esse:
mala effugere: bona amplecti: altaq; ratione consulere: atq; deliberare
praeterita praesentibus cõponere: & sic de futuris quasi iudicare uidet:
Hęc una fortunę aditus occupat. Vnde prisci poetę: fortunae dominã
eã appellabãt: Et Hyparcus: prudẽtiã astrorum uim puertere. Vnde Tra
gicus: prudẽtẽ unũ fortunã suã semp in cõsilio habere: futuraq; cõsilio

ac cogitatione meditari: ut de Theseo Tragico canebant cothurno: Hinc poetæ prisci fabulabant prudentiam esse Mineruam illam de Iouis uertice natam: ostendebant enim a mente: quæ in mortalibus diuina est: per quam cuncta conspicere queũt. Sic prisci pictores eam effingebant: ita ut omnia eius simulachrũ aspicere uideret: & quécũq; se intuenté spectare: sic eam depictam Romæ ab Emulio: Plinius meminit: Siquidé uir grauis sempq; togatus: etiã si in altissimis esset: crepitas gestabat: paucisq; horis in die pingebat. Hinc Diogenes: cum quis exierit domũ primus: quid sit facturus quæreret: cũ aũt intrauerit quęrat iterũ: quid fecerat: Cleobolus nã magni ingenii reuocare menté a sensibus & cogitatiõe a cõsuetudine abducere. Siquidé hoc est animi bene cõstituti lętari bonis reb9: & dolere cõtrariis: nã pscire cũcta prudentes decet: ut nõ si tanta in rebus obscuritas: ut eas nõ acri uiri ingeniũ cernat: si modo aspexerit: ut placuit Ciceroni. Vnde Oratius: prudens futuri tpis exitũ caliginosa nocte præmit deus: ridetq; si mortalis ultra fas trepidat: quod adest meméto cõponere ęquus cętera fluminis rite ferunt: ut Maro: Quantũ ipse feroci uirtute exuperas: tanto me impensius ęquũ est cõsulere: atq; omnes metuentes expendere casus. Et Seneca prudens fuerit/inquit/animus tuus: tribus téporibus dispéset: præterita cogita: præsentia ordina: futura præuide. Vnde Aristoteles Alexandrum admonet: ut prædecessoꝝ acta ad memoriam reducat/inquit enim annales patrum discute: inde poteris bona exempla extrahere: quoniam futuris optima præbent documenta: Sic extollitur Mitridates prudentia: ꝙ duaꝝ & uiginti nationum: quibus imperabat: ut meminit Appianus: ac Plutarchus: uarias linguas adeo callebat: ut singularum oratores palam audiret: & responsum absq; interprete seorsum redderet. Sic & Cyrus Persaꝝ rex: singula quoq; suoꝝ militum nomina & cognomina calleret: quamuis innumerabiles essent: de quo Amianus Cyrum regem/inquit/& Symonidem Lyricum & Hyppiam Eleum adeo memoria ualuisse legimus: ꝙ epotis quibusdam remediis id impetrarunt. Et Crassus quoq; ut Plutarchus memorat: cum Asiæ præesset: quandoq; Græci sermonis differentias sua prudétia: sic didicit: ut qua qsq; apud cũ lingua expostulasset: ius sibi redditũ audiret. Siqdé/ut Cicero disseruit/prudétiã cõstare: in sciétia reꝝ & bonaꝝ & malaꝝ. Nã prudétia est calliditas: quę ratione quadã põt habere delectũ bonoꝝ & maloꝝ: dicit etiã prudétia sciétia cu-

iusdã artificii:& appellat̃ prudẽtia & rerum multarum memoria:& usus quorundam plurimorum negociorum: de qua Naso: Hisq; licet cœli regione remotus Mente deos adiit & quæ natura negabat: Visibus humanis oculis ea pectoris hausit:Cũq; animo & uigili ꝑspexerat omnia cura. Hinc Stoicus:bonũ est in alieno malo fugiẽda intueri: ruina p̃cedentiũ docet posteros:& cautio est semp in reliquũ lapsus anterior: uitio enĩ alterius sapiens emẽdat suũ:& ignauus nimis est:qui prius exẽplũ inuenit̃ incautus. Hinc illa ratio exorit̃: quę: ut Cicero edocuit:est auriga & magistra:& quasi domina oĩm humanarum actionũ: sine qua nihil recte agi: aut dici:excogitariq; potest:hæc p̃cipua est:quę mortales secernit a brutis:& ad numina ipa ꝓximi efficiunt̃: quæ si natura ipa his indita est: tñ disciplina; & cõsuetudine pficit̃: tñ ut nihil eis desit: qđ ad pfectionis cumulum possit accedere. Siquidem magistratibus: quorum prudentia:rationeq; resp. nationesq; regunt̃: ut enim corporis mẽbra mouet cor & animi partes irrationabiles subigit mens: & in uniuerso deus oĩa regit. Sic reges ipi/magistratusq; multitudini eis a deo credite expedit ut imperent adeo ut se ipos/aliosq; quãtũ p eos fieri liquet in iter summæ fœlicitatis dirigant: iustitiãq;. Nã: ut Celio placuit: ratio ipa ad iustitiã dirigit: quæ nos inseparabilis comes ad deũ sola perducit: & dum spiritus hos regit artus:infatigabili militia deo militemus: statiões/uigiliasq; celeberrimas cũ hoste quẽ nouimus fortiter ut uictores:deuicto aduersario:triũphantes premiũ uirtutis: quod ipe promisit: a deo cõsequamur. Nã nihil diuturnũ esse potest: nisi cui subest ratio: cũ rationis pfectio sit uirtus:qua nihil est melius. Hæc inq̃ lex uera est:atq; princeps apta ad iubendũ & ad uetandũ ratio ipa recta est. Hinc Cicero:Sed præsto/inquit/est domina & regina omniũ ratio: quę cõnexa p se & progressa longius fit: perfecta uirtus: hæc ut imperat illi parti animi: quæ obedire decet: id uiuendum est uno nam fortes non modo fortuna adiuuat: ut est in ueteri adagio: sed multo magis ratio: quæ quibusdam præceptis confirmat fortitudinis & iustitiæ: quam diuus Aurelius solos illos: qui rei publicæ præsunt: fœlices existimat non qui longe/lateq; imperio potiuntur: sed eos qui iustitiæ imperãt serius tardiusq; ad uindictam peragendam ipsam: & pfacile ignoscant Nempe Aristotelis sententia est:iustitiam esse pręclarissimam uirtutũ cui: ut Eurypides auctor est: nec matutina: nec uespertina syderum

claritas / æquari : compararíq; queat : quam uirtutum omnium regi- nam / Cicero ipse nuncupat. Sic Agesilaus rex : ut meminit Plutarchus percunctatus de fortitudine / iustitiaq; utra esset præstantior : nihil ait fortitudine indigemus ; si iustitiæ omnes inhæreamus : & Paulus : ut Cicero meminit : Scipionem hortabatur : ut iustitiam coleret : & pie- tatem : quibus iter esset ad cœlestes illas sedes : Et Eutropius : ꝙ Tybe rius Cæsar : quinquagesimus Romanoꝝ Imperator : cum diem mor- tis sibi iminere perspiceret Mauritium Capadocem strennuũ : siquidẽ uirũ desponsata ei filia imperii successorem delegit : hoc / inquiens / re gno : tam diu uteris : quo ad æquitatis & iustitiæ tramites obseruaue- ris : rationem siquidem ac intelligentiam : quam Paripathetici nuncu pant electionem & intellectum esse appetitiuum ; hoc equidem itine- re uiri prudentes ad ueritatis agnitionem : & ad optimi consilii actio- nes descendent repperiantq; Mineruam : quam de Iouis uertice ortam esse poetæ effinxere : quæ armata : & in ermis magistratibus ac regib9 præsto aderit : nec in Hesiodi sẽtẽtia insidant : ut malũ consiliũ con sultori pessimũ : siquidem inconsulte : ac temere agentes fortunæ se nõ rationi subiciunt : cui quidem minime credendum est : Nempe fortu na ipsa : solet eos : quos plurimis beneficiis effecit : ad duriorem ali- quem casum reseruare : ut Iulius Cęsar meminit. Sic & Sylla : ut Plu tarchus memorat : cum fortunatus haberi : & uocari gauderet : uirtu- ti suæ minime se confidere fatebatur : nec etiam amicos se in consilio adhibere ostendebat : ut qui sæuitiæ deditus : nec aliquos habere exi- stimabat : tres autem : qui adulationi : assentationiq; adsistebant : Roscium Comedum & Sorem mimorum principem : & Macrobi- num cantorem : quem formæ nitor ei conciliauerat. Sic & Nero : ut Tranquillus meminit : amicos omnes trucidabat : ne de se uerum ab eis exaudiret Aurelium Cottam : & Altherium Antoninum muneri bus extollebat : ut illorum luxuriam foueret. Siquidem prodege- rant per luxum : ingluuiem amplissima patrimonia. Sed Senecam præceptorem omni uirtute præditum : uenis sectis per omnes corpo- ris artus : & ne præssus pauore : sanguis tardius flueret : præfer- uidi balnei calore confotus necatur : ne senis effeti ultra ætatis me tas decurrerat fatalem exitum diutius expectaret : Et Thymoteus Atheniensis : ut Probus memorat : uir consilio : ac rebus gestis clarus omnia uirtuti : nõ fortunæ tribuebat : & cum aliquando in bello rem

prospere gessisset: Mementote / inquit / uiri Athenienses in hoc tam fœlici prælio nullam sibi fortunam partem uendicare posse: atqui cũ obtrectatores eius tabulam pictam circumferrent: in qua fortuna cernebatur: ut illo dormiente: retia urbibus circumponeret: ut illis sine uirtute: aut uiribus potiretur: molestissimo id animo ferebat: Quandoquidem uirtutem: ac prudentiam / sequæretur: non autem fortuitam quandam temeritatem audacia sine consilio: ut in adagio ueteri cernitur semel aut iterum fortunata esse potest demũ aut omnia euertit. Hinc Crassus ille cum bellum in Parthos: non gloria: sed auaritia ductus: ob prædæ cupiditatem: cum non hostes Romani populi: sed socii existimarentur: Sed Acteus pontifex in eum diras obsecrationes caneret: & cunctis præcationibus deuouerat: ut Plutarchus memorat: quibus obnoxii diuino iudicio deprauati esse putabantur: cũ & senes & inualidus esset: exercitum ductitans in Parthos Deiotarũ regem offendit: qui noua huius mœnia metiretur: in quem Crassus cauillatus duodecimam iam diei agis o Rex: & nouam urbem statuis erat enim octuogenarius rex cui tum subridens / inquit / at tu ne matutinus quidem o Imperator cum exercitu in Parthos festinas. Siquidem optimi imperatoris est: in maximis fluctibus uectores etiam consulere: hac in re: ut inquit Cicero: cõmunis omnium parens natura: nouerca potius nobis q̃ mater extitit: quisq; in suo negocio longe hebetiorem q̃ in alieno & medici ægrotantes alios medicos sibi ipsis adhibent. Hinc Actius Tragicus tragœdiam scripsit: cui equo Troiano nomen dedit: in qua docuit tempori adesse oportere: & obtuse fuisse ingenii belli machinam post euersa Pergama cognouisse. Vnde Persicum adagium stolidi hominis esse: ex noctis umbra solis lucem cognoscere: Et Enagoras Cyprius rex: uirtutibus ornatus adeo ut cõplures Græcorum illustres proprios linquentes lares: ut ab eo sua fulgenti uirtute regerentur: ad ipsum se contulere. Sic Conon uir tanti nominis relictis Athenis Cyprum properauit: putans regem illum salutis suæ præsidium fore firmissimum. Siquidem cuncta amicorum gerebat consilio: asserent se malle ex eorum sententia quam optime præsidere: quam in se solum prudentiæ gloriam effundere: qua ex re hoc assecutus est: ut omnes qui illuc accederent longe magis fœlices eos qui eiusmodi regi parerent esse arbitrarentur. Hinc Stoicus ille Seneca impii sæui Neronis animũ in se & futuras erũnas præuiderat:

ueniamq; discedendi modeste admodum postulauerat. Sed Naso ipse blanda / simulataq; oratione rem excusabat: ut arbitrum scelerũ suorum prorsus perderet: differebat. Stoicus ille: atauum quidem tuum Octauium fœlicissimum principem memoria teneo potestatem fecisse. C. Mecenati. & M. Agrippæ clarissimis & optimis uiris: ut optatum ocium assequærentur cum alterum bellorum socium: alterum maximis in rebus comitem & adiutorem habuisset: & utrunq; de se optime meritum amplissimis præmiis exornasset: me quidem his æquam dum minime censeo: sed quemadmodum quæ suæ uirtutis erant: illi suo principi exhibuere: ita ego tibi quæ litteris: quæ in libris conscribendis: doctrinaq; ualui: quæ potui: quæ habui animo integro: & fide summa persolui. Sed Nero: O Seneca non cerno/ in quiens/ modestiæ tuæ esse inde laudem quærere: unde amico infamia oriatur: sic uirum illum omni refertum uirtute illudens interemit. Si quidem ut Lucius Vitruuius differuit: nobilibus Athletis qui Olympia Pythia Istmia: Nemea uicissent: Græcorum maiore ita magnos honores instituere: ut non modo in conuentu stantes cum palma & corona ferant laudes: sed etiam cum regrediantur: reuertanturq; in suos proprios lares ac urbes uictoria peracta trophęa quadrigis in mœnia: & in patrias in ueheantur e req; publica perpetua uita cõstitutis uectigalibus fruantur: Cum ergo animaduertam animo quid ita non scriptoribus: & qui uirtute res publicas ipsas rexere: eidem honores etiã maiores cum sint tributi & nunc qui infinita cõmoda perpetuo æuo cunctis mortalibus præstant: id enim magis erat institui dignum: quod Athletæ sua corpora exercitationibus efficiunt fortiora: scriptores atq; rei publicæ magistratus non solum suos sensus: sed etiam suorum omnium monumentis ad discendum: & animos exacuandos pręparant præcepta: Quid enim Milo Crothoniates quod fuit inuictus mortalibus prodest: aut cæteri qui eo generi uictores fuere nisi quod dum uita egere: inter suos nobilitati fuere: At Pythagoræ præcepta: Democriti/Platonis/Aristotelis: cæterorumq; sapientum quottidiana perpetuis industriis culta non solum suis ciuibus: sed omnibus mortalibus recentes & floridos edũt fructus: e quibus qui ab ineunte ætate disciplinarũ lacte imbuuntur: optimos callent: uirtutũ omniũ sensus instituunt rei publicæ humanitatis mores: æqua iura/ leges/ quibus absentibus ulla resp. esse quiuit: cum ergo tot munera a peritorum

prudentia: scriptorumque priuatim: publicæque fuerint mortalibus prę parata non solum arbitror censeo: quod palmas & coronas his tribui oportere: sed etiam decerni trophea/triumphosque: sed collocandos fore dedicandosque ob uirtutes insignes: optimosque mores: & qui diuinis obtemperauere præceptis: inter diuinos illos spiritus: sedesque cœlestes: Prudentiæ finitima est circumspectio: quæ est considerata omni ex parte animi ratio circa ea quæ agenda sunt. Hæc inquam circumspectio in conseruanda re publica in magnisque bellis ingruentibus periculis gloriam ingentem semper meruit: in pace quidem ea meditatur: ut Patritius meminit: quæ ad rei publicę tranquillitatem: regumque obsequium ac delectationem spectant: ut nihil in rerum difficultatibus ac temporum desit: præuidet: at sicut optimus gubernator plagas omnes cœli circumspicit ad omnem uim uentorum præsto sit sic se munit contra omnia: in bello autem circumspectio fortunæ uim atque impetũ præripit. Sic Fabii/Marcelliique circumspectio in Hannibalem: Nam Romanam rem publicam tot cladibus afflictam simul restituerent: atque instaurarent: ut Plutarchus meminit: quod quidem breui interuallo peractum est: ut cuncti dicerent rei publice optime consultum esse: ut iam Fabius clypeus: Marcellus autem cuspis Romani imperii dicerentur. Hinc Hannibal inter iocandum comitibus dicebat se Fabium ut militiæ præceptorem: Marcellum autem ut pugilem formidare: Sed quanto pluris faciunda sit: cauta & circumspecta ratio: q̃ fortuita ac prospera audacia: ex utriusque euentu facile diiudicari potest. Fabius enim functus cunctis honoribus senio ingentisque lustratus gloria: & quasi seruator: ac patriæ pater extremum uitæ diem clausit. Marcellus autem iam quinquies Consul cum hostem explorare uellet: Hannibalis circumuenientes insidiis periit: Hinc accedit prouidentia: quæ ut Chilo Lacedemonius: Diogene autore: asserebat futurorum prouidentiam prudenti uiro quadam animi ratione occurrere pro uirtute quam in se habet: ut ostenderet tantũ cuique prudenti esse: quantum uirtutis in se fuerit. Hinc prisci poetæ finxere primam summi dei filiarum prouidentiam extitisse: Sic Romanorũ prouidentia in re bellica: ut in Gallico bello cernebat: a quo nec senes nec sacerdotes imunes essent: & thesauri publici cũ execratione recõdebant in aerario: ut a nullo promererentur: nisi Celtico insurgẽte bello: Verum: ut Plutarchus meminit/Tranquillusque: Iulius Cæsar cum

illos suis permisit Celtas a se uictos asserens urbem ab execratione libe ram esse ait : de qua prouidentia Syllius cecinit• Prouidus hæc ritu ua tes fundebat ab alto: Pectore præmeditans: Fabius surgētia bella• Hinc Sophocles: est magnus in cœlo Iupiter: qui inspicit: & impat: prouiden tia nullū hominib9 possibile est lucrū rapere melius neq; mente sapiē ter nā serū est cauendū tempus in mediis malis• Hinc Stoicus: quicqd a sapiente diligenter prouidetur : cū ad rem peragendā puentū fuerit facilius superat᷑ : atq; decernit᷑ : melius/inquiens/ante tempus occurre re : quā post uulnus infixū antidotū exquirere: nam sibi nō est cauen di tempus in medio maloꝝ: nam uelox consiliū sequit᷑ penitentia• Si quidem grauius nocet quodcūq; in expertū accidit : melius præcauere est q̄ cauere : nā utilius est erubescere: q̄ pauescere: Leuiora sunt/ut in quit Cicero/ea quæ repentino aliquo motu accidūt: quā ea quæ medi tata: & præparata inferuntur : sane melius accurantur: quæ consilio re guntur: q̄ quæ sine consilio administrantur•

¶Sequitur liber Decimustertius•

e TSI VIRTVTVM OMNIVM PREce pta exprimenda/declarādaq; essent: atq; illustrāda: quaꝝ instituta omni sua ex parte præclara & recta ac sancta / illibataq; existunt• Quid enim rectius: sanctiusq; dici po test: de iustitiæ uirtute/ gloriaq;: nā lites & iurgia depel lit : concordiam parat: reformat pacem: hominū infrenatam cupidita tem cohibet ac deprimit: malos deformatosq; mores corrigit ac emen dat: temperantiam/prudentiā/pudicitiam: cæterasq; uirtutes illustrius edocet : iustitiā/iustitiæq; partes ostendit : obseruariq; iubet• Sūmum quippe in rebus bonū est iustitiā colere : qua remota : ut diuus inquit Aurelius : nihil aliud sunt regna q̄ latrocinia• Hinc Cicero: iustitia/ait est uirtus: ut nec illi qui scelere: uel maleficio pascunt᷑ : sine ulla ei9 par ticula uiuere queant• Quid inq̄ illa sup cuncta mortalia: sup omnia sy dera: superq; cœlestes sedes: super disciplinas omnes: super uirtutes ex celsa: dei quantū fas est mortalibus reuelata cognitio: ipsa nō humanis sed diuinis illis spiritibus prædicanda præconiis • Siquidē & docilitas prudentiam ipsam comitatur: ut Stoicis placet esse quandā animi uim & qua facile docemur : & facile intelligimus: ea quæ nobis ab aliis ex

ponuntur:quæ magistratibus summę est necessaria. Nam docilitas efficit: ut Patritius meminit: ut ea quæ minus expręssa sunt principes percipiant & quæ uersute/callideq; dicunt/caueant. Hinc Mytridates Ponti rex: ut Plutarchus memorat: ut summa fuit memoria: ita perfacili etiam docilitate omnibus in rebus:ut ad id natus esse uideret quodcunq; ageret. Sic de Marco Antonio Alexandrini disserebãt: cũ inter Romanos uersaretur tragica utebatur persona: erat enim tũc seuerus & grauis: Inter Aegyptios autẽ comica:quãdo & mollis & effœminatus esset. Et Plutarchus cõmemorat de Alcibiade q cum in Lacedemonia uersaretur: seuerus & grauis cernebatur: ac in re militari insignis:Athenis autẽ mollis ac iners erat: & uoluptatibus defluebat: adeo ut omnes Ioninũ:Et in Thratia thracem. Sunt qui putant docilitatem & discendi facilitatem memoriæ obesse: hoc enim natura mortalibus inditũ putant:ut qui ingenii acumine pstant celeriter percipiãt: ut Fabio placuit:quæcunq; malunt:sed illorũ q̃primũ obliuiscant: quę uero tardiora sint:cum labore perdiscãt:sed diutius reminiscant. Scripta enim in glacie facile dilabuntur: in marmore enim perpetua sunt. Sic in Demosthene:ut Cicero meminit:memoria ac dilegentia nõ docilitate ualuisse. At Demades docilitate ualuerat:ut præmiditata oratione cunctos superabat: quã cum in scriptis edidisset/exhibuissetq;:nõ illa diceretur: sed illudere alios uelle. Huic finitima est cautio:cuius propriũ munus est declinare a malo cũ ratione. Hæc uirtus:ut inquit Patritius:aditus nocendi fortunæ obstruit: & occasiones dãnũ inferendi hostibus præripit. Cum/in re militari/siquid aduersi acciderit: turpe sit nõ putarã dicere:ut Scipio disseruit. Hinc illa incauta Ottonis Cæsaris ratio:ut Tranquillus meminit: cũ milites edicerent præliũ protrahi oportere: quandoquidẽ fame & angustia locorũ hostis urgeretur consilio spreto temere conflixit:exercitũ simul cũ imperio amisit:sibiq; ipsi mortem consciuit. Sic & Caius Curio:a Cæsare: in Africa relictus contra Actium Varrum. Nam cũ Vticam obsideret: in quam Varrus profugerat:& iam ciues præ inopia de deditione agebant. Interea nũcii a Iuba rege per dolum missi:in castra se recepit: finitimoq; bello reuocatũ in regnũ afferabant suburra praua manu stipatum id temere credidit:ab regio exercitu ingenti multitudine munito:interficitur/debellat q;. Sic Teuthones in Cymbrico bello innumeroso uallati exercitu:& cũ eorũ rex Byorix:ut Plutarchus meminit:Romanos euocabãt:

S

ut exercitũ in aciem ducerent & manus cõsererẽt. At Romani edixere nõ esse moris Romanoꝝ pro ineunda pugna hostẽ cõsulere. Postridie eius diei se dimicaturos edixere: rubeo uexillo ut moris erat eleuato: qua die Romani ingenti uirtute atq; alacritate certamẽ iniuerũt:hostilem exercitũ profligarũt. Sic dux eoꝝ Pompilius Sylo Mariũ euocauerat:ut manus cõsererent: at Marius si tantus es Pompili: quantũ te facis cõpelle me inuitũ ut descendã. At paulopost man9 cõseruit & uictor euasit. Plinius enĩ refert causam Gallici belli qd Helico Heluti9 fabrilẽ ob artem Romæ cõmoratus remeans in patriam attulit caricas uuas/oleum & uinũ optimũ. Vnde Celtæ dulcedine allecti:in Italiã se effuderũt. Siquidẽ errata in bello ne gratiam ac ueniam morantᵉ: præsto etenim ultro adest:qui occasionẽ rei bene gerendæ nũq̃ sibi eripi pmittit. Sic Pompei occasio:ut Appian9 memorat:in Pharsalico prælio: cũ ingentem Corcyræ classem haberet:qua comeatũ hostibus præcludere quiuerat:ipsam neglexit:Cæsari uictoriã præbuit. Huic comes est sagacitas:his animi potentiis addũt Peripatetici:& eam necessariã esse dicunt ad perfectã prudentiæ harmoniã conficiendã. Hanc iudicandi recteq; intelligendi optimã artificem esse putant. Vnde Liuius: Sæpe ego/inquit/audiui milites cũ primũ esse uirũ: cui ipse consulat quid in re sit:secundũ eum qui bene monenti obediat:at qui nec ipse consulere: nec alteri parere scit: & cũ extremi esse ingenii. Nobis quoniã prima ingenii sors negata est: secundã & mediam teneamus: & dũ discimus parere prudenti: in animũ deducamus: castraq; cũ Fabio iungamus. Huic accedit & uersutia & calliditas: ut Stoici edixere: ut Cicero meminit: ut Apollinis illud oraculũ:Crœso transmittere ne fluuiũ Crœsus perdat/inquit/Alym transgressus plurima regna. Et ad Pyrrhum: aio te Aeacida Romanos uincere posse. Versutia & calliditate oraculi ambo decepti. Et Rhascopolis Rhasci fratrũ: nã erant Thraciæ reges ut Plutarchus cõmemorat: nã unus Antonii partes secut9:alter Cassii quo uicto fratri ueniã impetrauit alter. Vnde Lysander rex edicere solebat:ut Plutarchus cõmemorat:se ex Herculis genere esse oriundum: sed cũ plura per dolũ ageret:quidã ad eũ ioci causa disseruit: at ille ex propugnatis suis heros omnia uirtute agebat: tum ridens Lysander: corpus illius/inquit/leonis pellis optime tegebat:sed ubi ea mihi nõ satis sit:uulpeculæ pellẽ assumere consueui. Sic & Alchimenis calliditas cũ Vulcanũ Atheniensibus sculperet: pedis uitiũ ueste cõtexit: uelut

gressum retraheret. Sic & Apellis astutia: ut Plini9 memorat: in Anthigonis simulachro: ne effossi oculi cerneret deformitas altero tantũ latere ostendit. Sic Hellanici astutia ut idẽ Plutarchus meminit: qui cũ senex esset: liberisq; orbat9: cerneretq; Aristodemũ: post Pyrrhi regis obitũ: regnũ inuasisse: & sçuitia ingenti imanitateq; polleret: patriã tyrãni de liberaret: & accersitis in penetralia ædiũ amicis & necessariis: in ultionẽ necẽq; tyrãni eos adhortat: uerũ illis retrectantib9: at ipse iussit seruis diligenter fores obseruarent: tyranno nunciare uelle se minatur: cõiuratos apud se deprahenderet. Nam postq̃ liberandæ patriæ autor esse nõ posset: desertæ tandẽ ultorem se futurũ. Hac formidine perciti tyrannum trucidarunt: in libertatem patriam deduxere. Prudentiæ comes est æquitas. Nam ut Isocrates maluit: in pace belloq; dominetur: nam summũ ius summa iniuria est: ut Ennius ait. Vnde Yseus Oportere/inquit/legum seueritatem puniendi mansuetudine coercere ac uirtute. Helius disseruit: Antoninus Cæsar: qui tante tranquillitatis erat: ut uultu neq; merorẽ neq; gaudiũ unq̃ ostẽderet. In hac inq̃ animi tranquillitate Laertio autore: Sceptici philosophi summũ bonũ statuerũt finẽ. Siquidẽ edixere: tranquillũ animi statũ & mansuetudinem cęteris uirtutibus prætulerũt. Huic proxima est tẽperantia: quã Cicero esse disseruit: ex Peripatheticorũ sententia: qua monemur in reb9 aut expetendis aut fugiẽdis: ut rationẽ sequamur. Et Platonicus Plotinus tẽperantiæ munus esse disseruit: nihil appetere penitendũ: nã constat ex pretermittendis uoluptatibus corpis siquidẽ iuuenem: ueteres historiæ ut Valerio placuit: cũ ꝑpter admirandã oris pulchritudinem in amorem incenderet mulieres: ex stigmatib9 uultũ exorasse: nequa diligere posset. Nam ut Stoico placuit: temperantia uoluptatibus imperat: alias odit atq; abiget: alias dispẽsat: & ad sanũ modũ dirigit: nec unq̃ ad illas accedit. Scit optimũ esse modũ: nõ quãtũ uelis: sed quãtũ debeas sumere. Proinde comicus: hoc unũ/inquiẽs/tãtũ cogito modus oibus reb9 optimus est habitus: nimia oĩa nimiũ exhibẽt negociũ mortalibus. Siquidẽ munus temperantiæ est in coercendis/sedandisq; cupiditatibus: quib9 mortales aduersant: in eaq; eos auertũt a diuinis illis istitutis: & ab eius probitatis cõmodo: cuius officiũ est: ut diuo Aurelio placuit: contẽnere omnes corporeas illecebras: caducasq; atq; futiles mortaliũ laudes atq; gloriã. Huic modestia comes est: quę q̃dẽ est moderatio cupiditatũ rationi obediẽs: ut Varroni placuit. Nã ut Cice

ro meminit:modestię partib9 utimur:si nimias libidines: honoris: pecunię:similiũq; rerũ uituperabim9: si unãquãq; rẽ certo naturę termino definiemus:quoad cuicũq; satis sit ostẽdemus: & si nimiũ progredi dissuadebim9:& modũ unicuiq; rei statuem9. Nã nihil turpe faciẽdũ bono uiro etiã ex omni parte lateat. Hinc Arius disseruit:q cũ Alexander ad Indũ Xenophistã:ob ei9 nõis celebritatẽ:nũcios misisset: munera ei polliciẽs: si ad se accederet:aliter sibi necẽ cõminat9:cui mãdãs nõ se ab eo munera uelle:cui nihil satis esset:nec minas etiã ptimescere:cũ uiuens affatim ab India nutriret. Si uero necaret:ab attrita iã senio & carie carne liberaret. Quo responso accepto subrisit Alexander:& ingẽtis laudib9 eũ extulit. Sic & Diogenes epistolã admiratus: ut Laertius meminit:Diogenes Alexandro Macedonũ regi salutẽ. Optime fecisti q te Macedonũ regem scripsisti:noueras enĩ me regi nõ esse subiectũ. Scribis ut ad te ueniã:si ut me uideas: figurã corporis mei quis admirandã putat? sin uero ut morib9 atq; institutis meis uti uelis. Scito tãtundẽ ex Macedonia Athenas uiã esse:quantũ Athenis in Macedoniã Sic ut Appianus/Tranquillusq; de Pompeio:se pro hostibus habituꝝ illos qui in bello defuissent: & eos senatores qui Romæ permãsissent: eodem loco se habiturũ:ut eos qui castris Cæsaris militarent. Institutũ Solonis amplectens:ut Diogenes disseruit: qui capitis animaduersionẽ puniendã cũ statuit: qui nõ alterius utrius partis extitisset. Sed modestior Cæsaris expostulatio. Nã se senatui populoq; Romano depositurũ arma pollicebat: idem faciente Pompeio:qđ cũ negaret: Cæsar disseruit iniquũ admodũ esse alteri uires omnes amouere: alteri uero uires confirmare atq; augere. Et dũ alterũ tyrannidis insimularent: alterũ ad tyrannidẽ instruerent. Et post Pharsalicã uictoriã oĩbus aduersaꝝ partiũ:qui se uictori permiserũt ignouit. Siquidẽ nõ minus in milite principeq; modestia q̃ uirtus atq; animi magnitudo desideranda est. Nam promptuariũ uirtutis modestia ipa sola est. Vnde Euripides:amet aũt me modestia donũ pulcherrimũ deoꝝ. Heu heu modestia cõmodo ubiq; pulchrũ. Quid & gloriã bonã inter mortales affert. Huic finitima est uerecundia quæ est quidã ingenuus pudor:quo qdẽ perciti etiã recta & honesta agere erubescim9. Vnde Demosthenes: uerecundia excitatus blesæ linguę: cõiectis in os calculis emẽdauit:& iuxta fluminis fluenta: orationes recitans: uocem solutã reddidit. Sic & Cicero de se ipso meminit:Mylo Rhodius/inquiens/operã dedit:si mo

do id cōſequi potuit: ut nimis redūdantes nos: & ſupfluentes iuuenili quadā dicēdi impunitate & licētia reprimeret: & quaſi extra ripas fluē-tes coherceret. Sic Tarquini9 ille priſcus: ut Liui9 memorat: q̄ cū cloacas Romanas omniū operū maximū: plebis Romanę manib9 inchoaret: labor ingēs: & cuniculis etiā ſępe cōplures ſimul opprimebāt. Quocirca nōnulli timore perciti mortē ſibi cōſciebāt. Sed ut uerecūdię loc9 eſſet: defunctoꝝ corpa alitibus lacerāda ac dilanianda dereliquit. Hoc pudore ducti Romani nemo mortē ſibi cōſciuit. Sic Cyr9: ut Herodotus cōmemorat: Nā cū bellū cōtra Aſtyagem regē auū exercitū ductitaret: nā ipm expoſuerat infantē: & a paſtorib9 alit9/caneq; fugat9 Cyri exercit9: matres cōiugeſq; Perſaꝝ: cū fugā cernerēt: eos hortāt: ut pugnā reſtaurarent & in pręliū reuerterēt: cūctantib9 illis: belluq; detrectantibus: ſublata ueſte: corpis pudibūda eis oſtendūt: rogantq; num iterū in uterū maternū confugere uellent. At illi pudore perciti in prælιū tāto impetu reuertunt: ut iā uicti uictores euaderent: & ſic fugatis ceſiſq; Mœdis Aſtyage capto regnū Perſæ inuaſere. Siquidē uerecundia: ut Stoico placuit: nutrienda eſt pauliſper: nā quādiu in animo durauerit: aliquis erit bone ſpei locus. Nempe artifices ſcenici: hoc initio imitant: uerecundiā deiiciūt: uultū uel ſubmittūt. Nam ueteranes nihilominus & ſenes tangit: quid autem nō magis q̄ cum erubuerint timendi ſunt: quaſi omnem uerecundiam effuderint. Vnde Homerus Verecundantiū uirorum plures ſalui qua interficiuntur: neq; ipi uerecundia eſt: quæ uiros ualde lędit atq; iuuat. Nam uerecūdia nō bona indigentem uirum comitatur: ſed tamen qui ſemel fines uerecundiæ pertranſiuerit: ut meminit Cicero: eum bene grauiter oportet eſſe impudentem. Huic finitima eſt abſtinentia ſeu continentia: quæ affrenatas cupiditates rationis habenis coherceat. Hinc Pauli Aemilii abſtinentia: ut Plutarcho autore/Valerioq;: qui regias Gazas ex Macedonia deuicta Ramam euexit: in triumphūq; duxit: nihil tetigit: ſed in ærarium publicū ferri iuſſit. Sic & Lucius Munius Chorinthum euertit: nihil enim opetibus atq; ornamentis: quæ prædiues illa urbs habuit: in domū rettulit: nō tamē eius abſtinentia: inuidia caruit. Nā exul in Delo: inopem uitam egit. Sic & Iuliani Cæſaris abſtinētia: ut Marcellinus memorat militib9 pergrata extitit. Hinc illud Diogenis: Cū qdā ſtolidus audiēte Pythagora diceret: malle ſe cū mulierib9 eſſe: q̄ cū philoſophis cōuerſare. Et ſues/inqt Pythagoras/libenti9 i cœno q̄

in agro uersant̃. Inde Tragicus: fere ipſe quoq; Veneris euitant nefas generiſq; leges iuſtius ſeruat pudor. Vnde Maro: Caſta pudicitiã ſeruat domus. Sic Herodotus ex ſerua natus ob caſtos mores cõtra Carthaginenſes dux creat̃: parta uictoria Siculoꝝ rex eligit̃: Hic aũt Romani populi amicus: qui cũ accepiſſet Romanoꝝ cladẽ ab Hãnibale illatã: trecẽta millia modioꝝ tritici: ordei ducẽta millia: auri quoq; ducẽta & quadraginta pondo Romã munere miſit. Nõ ſic Hieronymus ei9 nepos. Nã ſpreta Romanoꝝ amicitia ad Carthaginẽſes deſciuit: imoderate incaſteq; uitã ducẽs: intereẽptus extitit. His accedit honeſtas: quam Zeno ingenii pſtantiã exiſtimat. Qñ qdẽ hęc una uirtutũ oĩm p ſe cõplectat̃: qua ratiõe uetuſtiſſimi Gręcoꝝ comędias Athletũq; certamina urbibus eiecerunt: ne ciues inhoneſtas illas actiones cernerent: neue obſcœna uerba audirent: & in athletũ cruenta pernitioſaq; reip. funera perſpicerent: Et ut Cecilius inquit: cruẽto horrore caſtroꝝ bella ubiq; diuiſa madet orbis mutuo ſanguine: & homicidiũ cum admittant ſinguli crimen eſt: uirtus uocatur cum publice geritur: impunitatem ſceleribus acquirit: non innocentiæ ratio: ſed ſæuitiæ magnitudo: iam ſi ad urbes ipſas oculos tuos: atq; ora cõuertas celebritatẽ offendes omni ſolitudine triſtiorem: paratur gladiatorius ludus: ut libidinẽ crudelium luminum ſanguis oblectet: impletur in ſiccum cibis fortioribus corpus & a ruine roris membroꝝ moles robuſta pingueſcit: ut ſaginatus in pęnam carnis pereat. Homo obtruncatur in hominis uoluptatem: & ut quis interficere ualeat: peritia uſus eſt: Ars eſt ſcelus nõ tantũ gerit̃: ſed docet̃. Quid poteſt inhumanius: qd acerbi9 dici: diſciplina eſt perimere quis poſſit? & gloria eſt ꝙ perimit. Quid illud oro te quale eſt: ubi ſe feris obiiciũt: quod nemo condẽnauit. at beſtia cum brutis certat: nõ crimine ſed furore cõuerte/inquiens/uultũ. Hinc ad diuerſi ſpectaculi nõ minus penitẽda contagia: in theatris quoq; cõſpicies quod tibi dolori ſit & pudori. Cothurnus eſt tragicus priſca facinora carmine recenſere: de parricidis & inceſtis priſcus horror. Exprimũt impudicã Venerẽ: Iouẽ illũ ſuũ nõ magis regno q̃ uitiis principẽ: in terrenos amores: cũ ipſius ſuis fulminib9 ardentẽ. Nunc in plumas oloris flaueſcere: nũc aureo imbre defluere: nũc in pueroꝝ pubeſcentiũ raptus: imixtus auibus/proſilire: conſpice iã nũc an poſſit qui ſpectat integer uel pudicus: deos ſuos quos uenerant̃/imitant̃. Hinc optime Socrates & pleriq; ex philoſophis: morum atq; honeſtatis documẽta

tradidere:ut homines se ipos agnoscerēt & aliena derelinquerent: quæ minus frugi ac pernecessaria sint: excogitarentq; se solos ex omnibus animalibus rationis: ac orationis compotes esse: quę diu diuinę mentis munera omnibus honestis actionibus augenda atq; accumulāda sunt: & ad uitæ genus eligamus: quo nō modo uiaticū huiusce futilis peregrinatiōis assequamur: ueꝝ ab omni uitioꝝ labe ac turpitudine imunes ac liberi sim9. His proxime est moderatio: nā sicuti electio: quę rei agendæ exordiū est: ut Aristoteli placuit: ab honestate dirigit. Sic moderatio actionē metitur: ne fines quos ei honestas pręscripsit aut nō attingat: aut longi9 pgrediat. Vnde Homerus: Autumedontē aurigam extollebat: q nec nimio cursu pcipitabat nec segni ac tardo: ab insequētibus puertebat: sed moderata quadā alacritate inter primos de uictoria certabat. Sic & Cicero: quid tū/inqt/tā difficile Brute est q̄ in pluriмoꝝ cōtrouersiis diiudicādis ab oib9 diligi: cōsequeris tū ut eos ipos cōtra statuas: equos placatosq; dimittas. Itaq; efficis ut cū grę causa nihil facias: oia tū sint grata quę facias. Sic Bubulis moderatio: ut Plut. meminit: duos filios i ægypto interēptos a Cleopatra regina: interēptores ad eū misit: ut id ageret qd mallet: at ille intactos remisit: asserēs hmōi ultionē ad senatū populūq; Romanū spectare: & sic maluit orbitatis suę mœrorē: uir tāte dignitatis supprimere q̄ imoderat9 ultor uideri. His comes ē parcitas seu parsimonia: magna/inq̄/uirt9 est & moderatrix optima oīm impēsaꝝ. Hinc minor African9: & Pōponi9 Attic9 extollūt: ut Plutarchus memorat: & Corneli9 Nepos: q neq; emaces neq; instructores fuerint: mordetq; Lucullū q sūptuosus fuerit emaxq;: & in cōstruēdo psusior. Vñ Tubero Stoicus: Lucullū togatoꝝ Xersem esse: q splēdidior esse studeret q̄ romanū deceret. Sic & Pompeius: cū Thusculanas ędes cōspiceret/cerneretq; eas porticib9/cistis/ābulacris/fenestris undiq; pflari: ędes p ęstatē oportunas: Hyeme aūt inhabitabiles esse. Ac Lucullus nō pluris ciconias & grues q̄ me facis. At ille pro tpe regiōes mutāt: ego aūt hybernā habitationē mutare nequeo. Et Plutarchus Mariū ludibrio esse memorat: q cū pxim9 morti esset: fortunā incusabat: q ędes quas extruxerat: quę regū magnificētiā & splēdorem superarent frui non posset. Et ut Tranquillus meminit: carpi Octauium q nimis lautæ suppellectilis affectatur: & q Corinthioꝝ percupidus. Vnde proscriptionis tpe: eius statuæ p contēptū ascriptū est: Pater argētarius: ego Corinthiarius. Et ut Plutar. meminit: Catonē dicere solitū duob9 puētib9 rē familiarē regere & augere: psimonia &

agricultura:quaꝝ altera fructus prębet:altera autẽ usui adhibet. Hinc populus Romanus statuã ei cõdonauit subinscriptione rẽ Romanam iam prolabentẽ & in deterius uersam Cato censor modestissimis instiꝫ tutis:optimis moribꝰ ac ꝑceptis pristinũ in locũ restituit. Hinc Esculapiũ poetę fabulant̃ a Iouis fulmine ꝑcussum:in barathrũ retrusum:& ut Pyndarus memorat: ꝙ improbus ac petulans:imoderatusq; extiterit in auri exactione & sua arte mercedẽ expostulabat. Accedit & sobrietas:quę cibi uiniq; optima moderatrix existit. Hinc Alexãdri temulẽtia:& Philippi patris carpit̃:ut Arius & Curtiꝰ:meminerũt: Vnde Antrocides ei descripsit:memẽto rex inclyte cũ uinũ potas terrę sanguinẽ haurire:qd qdẽ ꝑsentius atq; efficacius uirus est: q̃ pessima herba oĩm Cicuta. Promachus bibacissimus pro uictoria talento & corona a rege donatus est. Sic & Cyrus iunior ludibrio habitus est: ꝙ cũ Lacedęmonios cõtra fratrẽ accersere cuperet:ei rescripsit:ꝙ se in oibꝰ fratrẽ supaꝫret:ꝑcipue ꝙ plus biberet/meliusq; decoqueret. Sic Marci Ciceronis filius binos uinicogios una in cęna sumebat. Hinc Piniꝰ:putare se ideo id fecisse:ut Marco Antonio palmã eriperet: ut ĩ hoc patris necis ultor esset. Sic & Pliniꝰ de Catone disseruit: Caiũ Cęsarẽ ita illũ reꝑhẽdisse ut laudes describeret eiꝰ:dicit cũ ebrius fuerat. Cęsar tñ ut Trãquillus meminit:cũ multis aliis uirtutibꝰ emicuerit:abstinẽtia etiã imbutꝰ extitit:memor illiꝰ Socratici ꝑcepti:cibos oẽs/potusq; uitandos esse: qui ultra sitim fameue sedandã appetitũ lõgius producerent. Sic Suetoniꝰ de Vespasiano disseruit:ꝙ sobrius habitꝰ sit: sed ad ualitudinẽ cõseruãdã:inediã uniꝰ diei singulis qbusq; mẽsibꝰ:interponere solebat. Et Virꝫgiliꝰ de Vlysse: Maroniano mero Vlysses Polyphemo imposuit cuius suauitatẽ nectari & ãbrosię ꝑtulit. Et Homerꝰ: poetęq; Herculẽ & Bacchũ bibacissimos heroas inducũt. Siqdẽ gloriãt̃:in eadẽ turpitudie cũ illis uersari:quos ex hoibꝰ deos factos existimãt. Sed Meton Tarẽtinꝰ ut Plutarchus memorat: Tarẽtinꝰ ficta ebrietate ab iugo Pyrrhi regis exemit. Quippe sobrietas cõis est uirtꝰ:ab oibꝰ eni debet̃ coli: oẽsq; eã ꝑstare possũt. Nã fortuna nõ genere:ut inqt Patritiꝰ:nõ opibꝰ: nõ doꝫctrina indiget: sed solã animi dispositio eã ꝑficit. Et ut Ammianꝰ meꝫminit: siquã uirtutis indolẽ pręse Iouinianus Cæsar ferebat: siquam reꝝ gestaꝝ laudẽ unq̃ tulerat: siquã Romani populi: aut militũ suoꝝ gratiam assecutus fuerat: ea nocte amisit: qua exanimatus inuentus est: ex colluuione ciboꝝ: qua se superiori cœna ingurgitauerat. His

uirtutibus comes existit:pudicitia ipsa:Hæc inq̄:ut Patritius disseruit: ab omni libidinũ iniuria:ac turpitudine mortales auocat/edocetq;. Si quidẽ diuo Bernardo placuit:differunt/ inquiẽs/inter se homo pudic9 & angelus:sed fœlicitate nõ uirtute; sed si illius castitas fœlicior:hui9 tamẽ fortior esse cognoscit'. Vtinam qui continuare nõ ualent sed liba tui cederent ne urerent': esset proculdubio melius nubere q̄ uri & seruari in humili gradu:q̄ deterius uiuere in sublimitate cleri. Nempe sola est castitas quæ mortalibus statũ quẽdã imortalis gratię rep̄sentat: in qua nec nubent nec nubent'. Nã & animi fortitudinẽ ostendit:quæ fortitudo omniũ maxima esse noscit'. Nam dolorẽ: impudicitiã siquidem & mortẽ cõtendit decoris gratia:mortaliũq; animũ castitati: prudentiæ:iustitiæq; subigit:quo nihil difficilius esse quiuit. Hinc Cicero An fortitudo/inquit/nisi insanire ceperit impetus suos nõ habet: quid Herculem:quẽ in cœlũ ista ipsa:quam uos iracundiã esse uultis sustulit fortitudo:iratũ ne censes conflixisse cũ Erymantheo apro:aut leone Nemæo? An etiam Theseus Marathonii Tauri cornua dep̄rhendit iratus? Siquidẽ is clarus est:qui prælio strennuus est:& bonus cõsilio quoq;: alterũ ex prudentia timorẽ:alterq; ex audacia temeritatẽ: plerũq; consequi solet. Et q; placuit Crispo: Ego/inquit/naturã unam & cõmunem omniũ existimo:sed fortissimũ quenq; generosum esse: nã fortitudini fortuna quoq; adiumento esse solet: Et ut inquit Cicero: res magnas & excelsas appetere oportet si fortitudinis partib9 utemur. Et Horatius æquã memento in reb9 asperis seruare mentẽ: nõ secus in bonis ab insolenti tẽperatã lętitia moriture Deli: Viuite fortes fortiaq; aduersis opponite pectora rebus:Qd si frigida curaq; fomẽta relinquere posses:quo te cœlestis sapiẽtia duceret iras:Hoc opus hoc studiũ parui p̄peremus & ampli. Si patriæ uolumus si nobis uiuere cari. Vnde Simonides:beata p̄fectaq; ratiõe uicturo ante oĩa oportere. Hinc Diogenes Thaletẽ Millesiũ dixisse p̄hibet:q; cũ p̄cũctat9 esset:qs nã fœlix:respõdisse fert': qui corp̄e san9 sit:fortuna diues:optima patria: aĩo nõ ignauus:neq; imperit9:Et ille qui gloriæ famæq; cupiditate fortis esse nitit' qui ad uirtutis finẽ dirigere uidetur:nec siquidem fortunæ impetus in tales sæuire potest:quã ut illos inuidia odioq; accumulet: gloria ac maiestete defraudet:ut maris unda mortaliũ mens esse uidet': ut cęco quodã:& secũdis req; flatib9 cæcoq; impetu ferat': & ut uẽti aut auræ illud cient; ita ut ad trãquillũ aut ad procellosum erit. Sic Hannibalis gesta

fortitudo Scipionis obũbrauit. Et Homerus asserit solã fortitudinẽ ex oib9 uirtutib9 sępe furẽtes quosdã impet9 habere. Iram/inqt/pande mihi pelide diua supbi. Vnde tragici poetæ heroas suos aliquãdo furẽtes inducunt. Sic Aristomenes Missenius qui in bello contra Lacedœnios: trecentos hostes: & magna ex parte ex prouocatione trucidauit: uerũ aliquando captus ac uulneratus: per lapidicinarũ cauernas euasit. Sic Spartani etiam pueri non ingemiscunt: ut inquit Cicero/ uerboꝝ dolore leniati: & Indoꝝ sapientes nudi ętatẽ agũt: & caucasi niues hyemalésq; uim pferũt sine dolore: quiq; ad flammã se applicuerint sine gemitu adurunť. Vnde Gellius: inter labores/inquit/uoluntarios: & exercitia corporis: ad fortuitas patientiæ uices: firmamentumq;: id quoq; accepimus Socratẽ facere cõsueuisse. Stare solit9 Socrates diciť pertinaci statu perdius atq; pernox: a sũmo lucis ortu: ad solem alterũ orientem: & ore atq; oculis eundẽ in locũ directis cogitabundus: tanq̃ quodã secessu mentis: atq; animi facto a corpe. Hinc Atilius Cæsaris miles apud Massaliã nauali p̃lio hostilẽ puppim: dextra p̃hendit: qua a defensore abscisa: eã sinistra tenuit: donec in nauim ꝓsiluit: & cęsis hostibus uictor euasit. Et Scęua centurio etiã Iulii ad Dyrrachiũ: hostili sagitta uulneratus: oculũ cũ telo excussit: nec segnior ex hoc factus: sed humerũ transfixus atq; etiam crus: & centũ insup & tringinta telis in clypeo acceptis: pluribus interemptis ad suos euasit. Sic Alexandri fortitudo: qui sagitta aliquando ictus: spiculũ euelli iussit: ac cõfestim sibi equũ admoueri: quo conscenso: uectus est in hostem: nec colligato quidem uulnere: & forti animo: destinata uirtutis officia peregit: sauciоq; crure edixit. Nũc plane conspicio me Iouis nõ esse filiũ: nã dolore affici nequaq̃ diuinũ est. Hinc illud Euripidis fortuna fortes adiuuat ig nauos aũt pręmit. Et Assirioꝝ rex: ut Xenophon meminit: cũ suos ad pugnã hortareť: uesanę/inqt/mẽtis est: qui uitę cupiditate duct9 se fugæ permittit: uirtute quidem salutem acquirimus: plures enim mortem fugiẽtes cędũť: q̃ forti aĩo dimicãtes. Sic ut Appian9 meminit: de Octacilio Crasso: illi q in nauib9 erãt: q fortiter pugnarũt uictores euasere: q fidẽ hostiũ secuti oẽs trucidati fuere. Vñ Diodor9: necessitas naturã instituit quę tpib9 parẽs se ad id qđ usui uideť accomodat. Nã necessitas efficacior ẽ oĩ arte: quę etiã noua & inaudita p̃sidia adhibet. Et Silli9 đ Sagũtinoꝝ fortitudĩe: ad uos sydere q̃s nulla ęquerit ętas Ite decc9 terraꝝ aię uenerabile uulg9: Elisiũ & castas sedes decorate pioꝝ.

Sic & Xantii populi cũ libertatẽ se tueri desperarent: primo obsessi ab Harpallo Cyri regis præfecto: mutuis uulneribus se interimere: Rursus ab Alexandro: cũ similẽ calamitatẽ pertulissent: & longo interuallo cũ a Bruto expugnaret̃: subiectis pyræ: quã quisq; sibi suisq; parauerat: flãmis/seipsos iniecere. Animi equidẽ fortitudinẽ: nõ corpis uires: & ut ait Ennius: nec credendũ est Milonẽ athletã qui tã prodigiosi roboris fuisse dicit̃: ut humeris bouẽ ferret. Aut Diomedem etiã Athletã: qui uno ictu in Olympiaco certamine aduersariũ deiecit: colũnãq; qua domus nitebat̃ subtraxit: si cũ Lucio Cecilio Dentato: qui cẽties uices prœliatus fuerat: & octies ex ꝓuocatione uictor: si cũ in alio qui Capitoliũ a Gallis seruauit: in bello certassẽt: uictores fuissẽt: aut Polydamas pugil: qui desidentẽ in specu montẽ humeris sustinere ualuit: si cũ Scęua cẽturiõe certasset uictor euasisset. Sic illa Pauli Aemilii laus: ut meminit Sillius: quãtus Paule iaces: qui tot millib9 unus: Maior lætitiæ causa es cũ fata uocabãt. Tale precor nobis salua Carthegine. Vñ Xenophon: malos in re bellica malã seq fortunã: bonis aũt bonã: laudatq; Lycurgi leges: q̃ nõ fortunę sed uirtuti iseruire uideãt̃: nec tã uictoriæ q̃ recti & honesti rationẽ hr̃e oportere. Inq̃t Euripides eũ qui ocio q̃et9 esse neq̃t: quiq; reb9 suis nequaq̃ cõtent9: sed aliis affert iniuriã ut nõ Egynetas patriã fugiẽtes & regionẽ: tãq̃ aues mutãtes inuadere uelit: quos uincere nullũ esset opępreciũ: nullaq; honestę laudis gloria. Vnde studeãt principes poti9 ꝓpria regna seruare q̃ aliena inuadere. Sic Hãnibalis temeritas qui Italiã inuasit Carthaginẽsiũ excidiũ protulit Et Athenienses quoq; nimis affectati ĩpii pœnas dederunt. Et Pyrrhus nulla lacessitus iniuria cõtra Antigonũ arma mouit: qui auxilio/ audaciaq; nõ temeritate bellũ detrectabat. At Pyrrhus cũ rei frumentariæ inopia urgeret̃: in certamen singulare regem prouocauit: at ille disseruit: ex disciplina militari didicisse: temporis oportunitatem expectandã esse. At si ip̃m iam uitæ pertesum esse: satis multas uias ad interitũ patere: quod paulopost ei contigit: nam cũ insolentius exultaret: ut Plutarchus meminit: & intra hostilia munimẽta plueret interempt9 est: eiusq; caput: ab Argiuo quodã acceptũ Alcynous Antigono patri obtulit. Siquidẽ nemo est tam fortis quin rei nouitate perturbet̃ Indeq̃ Lucan9 fortissim9 ille est qui prõptus metuẽda pati: si quo min9 instent & differre põt. Et Naso: Suffecitq; malis anim9 nã corpus ab illo: accepit uires uixq; ferẽda tulit. Multo eni est seip̃m q̃ hostẽ supare:

ut Valerio placuit: operosius est: nec aduersa propera festinatione fugientem: nec secunda effuso gaudio apprehendentẽ. Huic accedit magnanimitas ipsa: cuius propriũ est: nequis perturbatione animi: neq; hominis neq; fortunæ succumbere. Siquidẽ: ut Ciceroni placuit: magnanimitas est/inquit/spontanea uirtus: difficiliũ aggressio & rationabilis Ad magnanimũ pertinet: ea quæ uidentur acerba: ita ferre ut nihil a statu naturæ discedat: nihil a dignitate sapientis. Vnde Cicero: uiros fortes magnanimos esse uolumus: ueritatis amicos: minime fallaces. Siquidem: ut Patritio placuit: manifeste loquit̃: nihil clam agit: cõtumaces comprimit: subiectis indulget. Hinc Cæsar: ut Tranquillus meminit: qui post Pharsalicam uictoriam asserebat: nihil se libentius agere q̃ supplicibus ignoscere: & ueniam pręcantibus indulgere. Et ut Hesiodus ait: pręcãtibus aũt pfacilis est: & æquiore semp animo obsequit̃ libenterq; omnibus morem gerit: præclari tamen nescit obsequiũ: non quærit ut quispiam ei morigeretur. Nam uetus est adagium: magna mercede emit qui deprecatur: neq; paruũ accipit præciũ qui rogatur. Et Euripides: nõ paruũ esse/inquit/malum amicos experiri: atq; in tribuendo/rogandoq; semper excedit. Nam sicut aliis gratiã debere erubescit: sic ab aliis gratiam sibi deberi gaudet. Et tanti esse uirtus magnanimitatis Cato existimauit: ut ea neq; iudicem neq; preconem indigeat: testimonio suo cõtenta: testes omnes alios negligat. Vnde Diogenes de Platone disseruit: q cũ Dionisius Platonem hospitem contumeliose dimitteret: ait/o q̃ multa in nos probra: cum fueris cũ discipulis tuis æqualibusq; iactabis. At Plato: absit in academia tantũ ocii: adsit a sapientiæ studiis: ut male etiam dicendi locus relinquatur. Hinc pręclare Alexander: ut Plutarchus/inquit/Ariusq;: mori enim præstat q̃ præcario imperare: ille enim præcario imperat: qui magnanimitate caret: & ad omnem tenuissimus spiritus auram flectit̃: & in arduis cogitationũ flumine obruit̃: uel paucis se credit: quoꝝ arbitrio omnia permittit. Vnde Stoicus: magnanimo de rebus magnis iudicandum est: fortunatior est: qui reꝝ diuersaꝝ onera rigida substollit ceruice: eo qui supra fortunam extat. Nam animũ excellentem moderatũ: omnia tãq̃ in ora transeuntem: quicquid timemus optamusq; ridentem: cœlestis potentia agitat: nõ potest res tanta sine adminiculo numinis stare quẽadmodũ radii solis contingunt terram: sed ibi sunt unde mittuntur. Sic animus magnus ac sacer: cõuersatur quidem nobiscum sed hæret

origini suæ. Et Lucanus de Cæsare. Sit subitũ quodcũq; paras: sed Cęsar in omnia preceps: nil actum credens cũ quid superesset agendum: Instat atrox. Fiducia huic comes est quæ/ut inquit Aristoteles/ ex consuetudine uictoriæ plerunq; manat. Hinc Nero ille sæuissimus: ut memorat Trãquillus: q cũ naufragio præciosissimas amisisset res: ex reꝝ successu fiducia motus pisces eas omnes ad me referent ait. Sic & Cæsaris miles cũ pro foribus curiæ staret: imperiũ Cæsaris nõ prorogari a senatu percepit: manu ensis capulum pulsans: & hic utiq; prorogabit. Et ut Plutarchus pleriq; alii memorant: in Pharsalica pugna Cæsar: Caium Crastinũ alarum ductorem cum conspiceret castra egredientem: Cæsar ipm interrogauit: quid de euentu pugnæ speraret. At ille dextram prætendens ait: uinces Cęsar: & me uiuũ aut certe mortuum laudabis. Nam & fortiter pugnando occubuit. Sic ut Plutarchus meminit: Andoclides: Spartanus: quem milites ridebant: q claudicans in aciem prodiret: At ille ut pugnem nõ ut fugiam descendo. Sic & Leonidas: ut Herodotus inquit: Nam cum Persæ se iactarent: q in crastinum præ multitudine teloꝝ solem nõ conspicerent: At Leonidas: in umbra igitur pugnabimus: hanc fiduciam uincendi inimicum Pyndarus affirmat: eamq; manare opinatur a diuina menti nostri ratione a qua fortuna nõnunq̃ pręscire uideamur. Et ut Theophrastus de Socrate disseruit: q cum cicutæ poculũ imbiberet: propino/inquit/ hoc pulchro Clitiæ: Nam paulopost una cum cæteris tyrannis Atheniensium cesus extitit. Et Plutarchus meminit: Aegyptiũ quendam Marci Antonii comitem fuisse. qui mortalium naturam aspectu præscire profitebatur: differebatq; eius naturam splendidam esse: eum tamen hortabatur: ut cum Octauio nõ se conferret: quando eius genius: illius genium formidaret. Sic Euripidis fiducia: cũ Atheniensi populo tragœdias daret: iussus ut certam euelleret sententiam: At ille: seu populum doceret tragœdias traderet: nõ autem ut ab eo edoceretur. Nec ut meminit Tranquillus: iniquo animo tulit Cæsar: q Actius poeta: in poetaꝝ concilio ei nõ assurrexerit. Et Scipio Nasica: obstrepente populo: tacete queso milites: plus enim ego q̃ uos: quid reip. expediat intelligo Et ut meminit Plutarchus: q cum Alexander ad Apellis officinam accessisset: pleraq; de pictura imperite dicebat: cui artifex silentium comiter indicebat: rideri enim eum aiebat a pueris: qui colores tererẽt. Sũt & qui arrogantia utuntur: Nam Amphricatus rector Atheniensium

a Tygrane Armeniæ rege accersitus; ut in eius regno benedicendi di/sciplinam publicæ docere uellet: respondisse fertur. Peluim delphi/nem nõ capere. Et Diogenes cõmemorat ꝙ Hypocrates magnis pollicitationibus accersitus a Persarum rege/respondit: nolle se barbaris hostibus: Græcorum artes opem auxiliumq; afferre. Sic & Zeusis pictor: Plinio autore: asseruit se Helenam eiusmodi forma fuisse: cõ/præhensum: qualem nec Leda cœlesti partu ediderat: ut poetæ fabulantur: nec Homerus diuino ingenio exprimere uoluerat. Siquidem arrogantia fugienda est: & cum amicis ita conuersare ut cogitemus aliquando nobis inimicos fieri posse: ut Publii Cyri extat sententia. Hinc Plutarchus extollit Milciadem Simonis filium: asseritq; illum: non tantum modo bellicis: sed ciuilibus artibus fuisse præstantissimũ cuius grauitas tanta humanitate ac comitate cõiuncta erat: ut nemo tam humilis fortunæ esset cui non ad eum perfacilis semper pateret aditus. Qua ex re omnium gratiam assequebatur. Hinc Tragicus: quo fortuna altius euexit ac eleuauit humanas opes: hoc supprimere magis fœlicem decet. Nam etiam obliuisci: quid scis interdum expedit. Hinc Naso: usibus edocto siquam credis amico. Viue tibi & longe nomina magna fuge: uiue tibi quantum potes per lustra uitam seę uũ ꝑlustri fulmen ab arce uenit. Et alibi: Quid fuit ut tutas agitaret Dedalus alas: Icarus immensas nomine signat aquas. Nempe ꝙ hic alte: demissius ille uolabat: Nam pennas ambo non habuere suas. Crede mihi bene qui latuit: bene uixit: & intra Fortunam debet quisq; manere suam.

FINIS

d IOGENES Luciusq; Victriuius suis præclaris monumentis scriptum reliquere: q cũ Socraticus ille Aristippus naufragio eiectus ad littora Rhodiana animaduertisseq; Geometrica schemata annotata disseruisse ad socios perhibetur optime speremus uiroꝶ siquidẽ uestigia conspicio: mox in urbem contendit: & recto itinere Gymnasium aduenit: ibiq; de philosophia disputans muneribus una cum comitibus donatus: sed cum ipsi ad patriam redire mallent: percunctantiq; eum quid nam patriæ renunciare mallet: at ipse ait huiuscemodi possessiones & uiatica liberis oportere: parariq; etiam naufragio una posse natare: Nam quæ ea uera uitæ præsidia sunt: quibus neq; fortunæ tempestas: iniqua neq; publicarum rerum mutatio: aut belli calamitas obesse quiuit. Siquidem disciplinæ coniunctæ cum animis: nullo tempore deficiunt: sed permanent ad summum uitæ exitum. Vnde Epycurus pauca sapientibus fortunam tribuere: quæ autem maxima & necessaria sunt dei optimi maximi prouidentia gubernari / regiq;. Nam qui non uirtutum deiq; præsidio: sed fœlicitatis auspicio: se putat esse uallatum labidis itineribus uadantem non stabili: sed infirma conflictari uita. Sic itaq; prisci illi philosophi ea seueritate imbuti fuere: quæ fiduciæ proximæ accedit: est enim seueritas animi excelsi: ut Patritius inquit: qui postq̃ præuidit quæ præcaueri possint liber est ab omni cura: omniq; sollicitudine: & præsto omnes subire labores: ac dolores decoris gratia perpeti: & mortem etiam oppetere. Hinc Cicero disseruit: in eadem causa / inquit / qui fuerant ante conati fuissent: quum etiam qui optime uixerint: & bene de hominum genere meriti sunt: nam famam & gloriam perennem: sed cum diuinis illis spiritibus perenni æuo fœliciter frui queunt. Sic Alexander: ut Plutarchus meminit: seueritate Phocionis detulit: eum namq; amicum uocabat: Et uicto Dario nulli mortalium salute litteris edicebat: nisi Phocioni & Antipatro quos solos initio litterarum saluere iubebat. Siquidem ex ea securitas ipsa subsequitur utilis admodum qui imperio degunt: & non modo illam quæ ad uitam beatam pertinet: quæ fœlicitatis affectrix est: ut Democriti est sententia: uerum quotidiana hæc quæ longe minor esse uidetur: uultum enim mortalium hilarem / serenumq; ostendit: ut Cicero meminit: at Tranquilli: placatiq; animi est iudex. Proinde Maro: Olli subridens hominum sa-

tor: atq; deorum/Vultum/quo cœlũ tempestatesq; serenat: Oscula li bauit natæ de hinc talia fatur. Vnde Stoicus: Securitas/inquit/ mag na portio est nihil impie agere: confusam uitam: & perturbatam po tentes agunt: tantum metuunt quantum nocent in ipsa/inquit/secu ritate animus sed ad difficilia præparat: & contra iniuriam fortunæ inter beneficia firmetur est & magnificentiæ uirtus: quæ principibus & regibus magis conuenit: Et ut Aristotelis edocuit: hos liberales es se oportere: Nam ipsi magis excogitant: quemadmodum pulchri & præclari aliquid agant: q̃ quanti pensi sit. Hinc Iulius Cæsar extolli tur: ut Tranquillus edocuit: Plutarchusq;: Nam tanta hilaritate: tantoq; splendore elargiebatur: ut quæcunq; etiam cum collega age ret: sibi soli adscriberet. Vnde Bibulus in ædilitate collega edicebat id sibi euenisse: quod Polluci: ut enim geminis fratribus ædes in foro consecrata Castoris tantum diceretur. Vnde Suetonius: Non Bibulo quicq̃ nuper: sed Cæsare factum est: Nam Bibulo fieri nihil consule meminit. Hinc Dionisius: Dona/inquit/spontanea: condonantibus latiora sunt: q̃ coacta: suscipientibus autem firmiora: Et Isocrates re ges splendidissimos esse monet: eo maxime q; perpetuos fructus ex se præbeant: amicosq; comparent. Sic & Cæsar utrũq; peregit: ut Trã quillus/Plutarchus memorant: Nam & præclara theatra: templaq; erexit: Bibliothecasq; tum latinas instruxit. M. Varroni earum cu ra data: Sed ut Suetonius meminit: absumptas deinde fortuitu incen dio a Domitiano restauratas: conquisitos undiq; eruditos uiros circũ maximum ipse Cæsar extruxit: Aream enim in qua deinde Augustus forum statuit ipse destinauerat: Sed Agrippæ a Cæsare inchoata non nulla peregit: Nam & aquæductus & cloacas / templumq; omnium deorum: quod Ioui ultori uouerat: Cæsar Agrippa peregit: & Dio dorus de sepulchro Symachi regis quod in aureo circulo cuius ambi tum trecentorum sexaginta cubitorum fuisse: Soliditatem autem uni us: in quo per singulos cubitos descripti erant singuli dies anni: & omnes astrorum ortus: atq; occasus: & quicquid ab illis futurum sig naretur. Sic & Smyrna Amazonum regina: cum Ephesim regnaret condidit Babylonem Semiramis hanc gloriam multum priscorum re gum quæsiuere: Nam Tithonus urbem constituit a matris nomine Cyssyam nuncupauit: ut Eschillus tradidit: Et ut Herodoto placuit: Cyrus deinde sibi regiam constituit & Susyam esse uoluit: Sed omnẽ.

magnorum ædificiorum excellentiam præuertit statuendarum urbiũ magnitudo: quæ Romulum ex pastore regem fecit: & complures alios magno splendore illustrauit. Sic Alexander: qui omni illustri gloria extollebatur: hac gloria carere noluit: Nam & Alexandiriam iuxta Pharum condidit: Romani innumeras colonias per uniuersum terrarum orbem deduxere: urbesq; condidere: ut Aquileiam sinui Adriatico proximam: quam incumbentibus rhetis opposuerunt: ut Strabo & Plinius memorant: & Marcellus Cordubam ante condiderat: & alia multa ob gloriæ laudem prisci: ob magnificentiam erexere. Vnde Anaxagoras differebat: ut Tacitus autor est: magnificentiam & animi grauiorem ad populi gratiam capescendam plurimum ualere. Hinc Plutarchus perhibet: q aliquãdo Alexãder Protheæ facetissiõ succensuerat: iterum illum ex amicorum cõmendatione sibi conciliauerat: cum multas effudisset lachrimas: Hoc cum accepisset Protheas: per iocum ait: q mihi reconciliati animi pignus erit: tum rex quinq; talenta ei numerari iussit: dixitq; ei: en tibi conciliati animi sponsionem: ut facilius / honestiusq; deinceps agere possis: Et idem Alexander Manzei filio: cuius nuper pater obierat & amplissime dignitatis apud Darium: cum unam tantum haberet præfecturam alteram adiecit: at iuuenis Darius: olim unus erat: tu uero muneribus tuis multos Alexandros facis: Sic Pyrrhus rex: qui reges omnes suæ ætatis ante iuit: in rependenda gratia diligentissimus fuit: Nam Esopi morte intellecta indoluit: non pro eo q ille mortuus fuisset: ut Plutarchus autor est: humana siquidem eum tulisse sciebat: ex eo q tardior fuerat in referenda gratia: dum uiueret: non enim esse aiebat in eo qui pecuniam & in eo qui per gratiam debet: Nam qui pecuniam non persoluit creditori: satis cum eius heredibus pensitauit fecisse uidetur: qui uero benignitatem acceperit nisi uiuo accumulauerit negligentior haberi potest: & minus satisfecisse uidetur: quando mortuus recompensationem officii non susciperet. Vnde Herodotus disseruit: Darium Persas institutorem regem appellasse: quandoquidem apud eos: regum primus tributa instituisset: Cambyses autem dominum: Cyrum autem patrem: quoniã Darius questui omnia exposuit: Cambyses autem asper & difficilis imperio extitit. Cyrus uero mitis & facilis: & de Persis semper mereri studuit: Hinc & constantia accedit: quam Cicero animi sanitatem appellat: præclara quidem uirtus est

constantia: & regia fortitudine dignissima: de qua Flaccus: Iustum & tenacem præpositi uirum non ciuium ardor uultus instantis Tyrãni menti quatit solida: nec Auster dux inquietis turbidus arduæ non fulminantis magna manus Iouis si fractus illabit̃ orbis impauidum ferient ruinæ. Hinc Cicero: Lacedæmoniis Philippo minanti per literas se omnia quæ conarentur prohibiturum quæsiuerunt num se esset etiam mori prohibiturus: uir ipse quem quærimus non multo facilius tali animo reperietur: q̃ ciuitas uniuersa: Nam ut Crysippus inquit: constantia est scientia perferendarum uel affectio animi: in patiendo ac perferendo summe legi parens sine timore. Vnde Gellius Inter labores/inquit/uoluntarios: & exercitia corporis ad fortuitas patientiæ uices firmamentum id quoq; accepimus: Socrates agere insueuisse: stare Socrates solitus dicitur pertinaci statu perdius atq; pernox a summo lucis ortu ad solem alterum orientem incõniuens immobilis hisdem in uestigiis & ore atq; oculis eundem in locum directis cogitabundus tanq̃ quoddam secessu mentis atq; animi facto a corpore. Vnde Martialis: Coniugis audisset fatum cum Portia Bruti: Et subtracta sibi quæreret arma dolor: Non dum scitis ait mortem non posse uagari: Credideram fatis hoc uos docuisse patrem: Discite & ardentes auido bibit ore fauillas: I nunc & ferrum turba molesta negat: Et alibi: Dum peteret regem decepta satellite dextra: Iniecit sacris se peritura focis. Sed tam sæua pius miracula non tulit hostis: Et raptam flammis iussit abire manum: Vrere quã poterat contempto Mutius igne: Hanc spectare manum Porsenia non potuit maior deceptæ fama est gloria dextræ: Si non errasset fecerat ille minus. Huic comes est & tollerantia: quæ uirtus est: ut Cicero meminit: qua quidem affecti quæ difficilia: aut laboriosa sunt: decoris honestiq; causa telleramus. Hinc Marius: ut Plutarchus meminit: militares / imperatoriosq; labores magna tollerantia pertulit: cibarium panem cum militibus semper cõmedebat in solio: nihil præter cæteros sibi substernens iacebat: uallo/fossa/aggeribus/machinis/laboribus pariter cum gregariis militibus insudabat: qua peregit ut homo nouus uili stẽmate ortus: Septies Consul esset. Sic & Sertorius: ut Plutarchus inquit: maxima tollerantia imbutus erat. Sic & Fabius max. hac uirtute etiam præstitit præcipue intollerandis mortalium moribus: asserebatq; per absurdũ uideri aliis qui imperat: uerberibus/uerbisq; inseruire: Sed tolleran-

do / mulcendoq; homines pellicere cum cernamus bruta cibo & blanditiis : si cures fieri : Sic Cynna : ut Plutarchus ait : ob sæuitiam ab exercitu cęsus : & Fymbria a militibus destitutus se ipsum percussit • Hinc Hadrianus Cęsar: ut Spartianus meminit: Vbitiam matronam in quinquennio relegauit : ꝙ in ancillas suas etiam ex leuissimis causis insæuiret • Hinc etiam quod Andromius seruum suum crudeliter uerberatum : patibuloq; adstrictum : ante spectaculi cõmissionem ꝑ circum egerit : Proinde opus fuit uana & delusoria superstitione ad propitiandum deo se impios atq; deliros ex Senatus consulto ludos instaurare : & diem circensibus addere : ut facinus expiaretur : Nam sextus Pompeus impatientia atq; inconstantia laborabat : nam satis forti animo hostes inuadebat : sed ut primum hostem in fugam conuersum conspicabatur : ab instituto prælio desistebat : & contentus uana umbra : uictoriam negligebat • Sic & Pyrrhus : teste Plutarcho : noua semper bella annectens ; & quæcunq; quæsierat : spe eorum : quæ non dum possidebat : amitteret : quem Antigonus rex aleatorum similem esse dicebat : qui spe futuri lucri : proprias opes prodigit : ne unq̃ contentus est eo : quod in alea uicerit : sed quecunq; cum lusoribus susperfunt : magna auiditate cupit : in ea inhians : & quæcunq; ante quę sierat / profundit • Sic & de Vitellio Cæsare : ut Suetonius memorat : Nam Asiaticum libertum omni probro imbutum : sua inconstantia omni equestri ordini donauit • Siquidem constantiam ipsam prisci extulere • Nam Cicero disseruit : Spartæ uero / inquiens / pueri ad aram sic uerberibus accipiuntur : ut multus e uisceribus sanguis exeat : non unq̃ etiam : ut cum ibi essem audiebam ad necem quorum non modo nemo exclamauit unq̃ ; sed ne ingemuit unq̃ • quid ergo pueri possunt uiri non poterunt ? & mos ualet ratio non ualebit • Siquidem æqualiter se in aduersis gerere : quid aliud est ? q̃ sæuientem fortunam in adiutorium sui : pudore uictam conuertere : ut Valerio placuit : Nam neq; secundarum rerum prouentum insolenter abuti neq; aduersis prospere debilitari oportet : cogitanda inquam sunt omnia & animus aduersus ea quæ possunt euenire firmandus / exilia / tormenta / morbi bella : naufragia meditari : ut Stoicus meminit : cõsurgamus itaq; aduersus fortunam : & quicquid inciderit sciamus nõ esse tam magnũ quo rumore iactetur • Vnde Satyricus : edamus nimios gemitus fragantior æquo : non debet dolor esse uirtute uolucre maior dicimus autem

hos quoq; fœlices: qui ferre incõmoda uitæ: Nec iactare iugum uita didicere magistra: Et Lucanus: componite mentes: ad magne uirtutis opus: magnosq; labores: Siquidem honestius obitus: qui mortalibus coronam præbet: est nam postrema dies de omnibus iudicium adferre uidetur: ut Laertius disseruit: Solon Crœso dixisse: Et Epycurus moriens: quãuis diuersis corporis doloribus cruciabatur: ut Diogenes meminit: ostendit ultimæ uitæ factum: fœlicitatemq; ultimo die probari nec lugendus dies ille. Hinc Propertius: Desine Paulle meum lachrymis urgere sepulchrum: Panditur ad nullas ianua nigra præces: Cum semel infernas intrarunt funera leges: Non exorato stant Adamente die: At licet orantem fusæ deus audiat aulæ: Nempe tuas lachrymas littora surda bibent: Vota mouẽt superos ubi portitor æra recepit: Obserat herbosos lurida porta rogos. Et ut Diogenes meminit: Sapientem curam nullam esse sepulchri: Anaxagoráq; dixisse cum Cariæ regis Masseoli sepulchrum conspiceret: quasi eiusmodi opus contemnes monumentum præciosum & lapidibus ornatum: se diuitiarum imaginem potius q̃ uirtutum simulachrum præ se ferre: Et idem Laertius: cum philosophus ille edixisset: Linquite me insepultũ: & respondentibus illis: alitibus ne? ac feris? non/ inquit/ sed bacillum apud me ponite: quo illas abigam: at dicentibus illis tu nihil senties: tum ipse quid igitur mihi oberunt nihil sentienti? & Cæsar Plutarcho differente: Cum perlegisset Cyrum quendam de sepultura mandasse: regis diligentiam irrisit: cum cœlo tegitur: qui caret urna: Nec Homerus exaudiendus est: qui Hectorem asserit: cum Aiace depugnaturũ de sepultura: & Aegyptii: ut Herodotus & Strabo edixere: ædes nostras quibus uiui uersamur: modici tẽporis diuersoria esse: sepulchra uero quib9 post obitũ condimur: perpetua domicilia fore: in illis extruẽdis tenuiores: sunt in his aũt profusiores: Hinc eoꝝ Pyramides: & alia regum monumenta: quæ inter pauca mundi spectacula cõmemorantur. Hinc Virgilius: Facilis iactura sepulchri: Et Lucanus: Libera fortuna mors est capit omnia tellus: quæ genuit cœlo tegitur: qui nõ habet urnam; Et Cicero meminit: At mihi/ inquit/ antiquissimũ sepulturæ genus id fuisse uidetur: quo apud Xenophontem Cyrus utitur/ redditur enim terræ corpus: & ita locatũ ac situ: quasi opperimẽto matris obducit: eodẽ ritu in eo sepulcho: quod procul a fontis aras regem nostrũ Numã conditum

accepimus: gentemq; Corneliam usq; ad memoriam nostram hac sepultura scimus esse usum: Et Diogenes meminit: Ciceroq;: Theodorum philosophum dixisse: cui cum Lysimachus rex crucem minaret Istis quæso / inquit / ista horribilia minitare purpuratis tuis: Theodori quidem nihil interest humi an sublime putrescat: præclare / inquit Cicero: quo cum Lampsaci moreretur: quærentibus amicis: uellet ne Crathomenas in patriam siquid accidisset afferri: Nihil necesse est inquit/undiq; enim ad inferos tantundem uia est. Hinc etiam Cicero disseruit: Sicut/inquit/ singulorum opiniones animaduartam nationum uarios errores prospicere: cum liceat condunt Aegyptii mortuos & eos domi seruant: Persæ etiam cera circum linitos condunt: ut per q̄ maxime permaneant diuturna corpora: Magorum mos est: non humare corpora:nisi a feris sint ante laniata:In Hyrcania plebs publicos alit canes optimates domesticos: nobile autem genus illud canum dicimus esse se se pro sui quisq; facultate parat: a quibus lanietur: eáq; illi optimam esse censent sepulturam; lugere autem & deplorare: & lamentari eos: qui ab hac uita decedunt: ex pusillanimitate contigit: hoc autem ex desperatione future desperationis intelligitur: ut memorat Chrisostomus: Siquidem ut Hieronymus: Masagetæ Abderides miserrimos putant: qui ægrotatione moriantur: & parentes: cognatos/propinquos: cum ad senectam uenerint: iugulatos deuorant: rectius esse dicentes: ut a se potius q̄ a uermibus comedantur. Tibareni quos dilexerint senes: suspendunt in patibulis: Hircani uolucribus: & canibus semiuiuos proiiciunt: Caspii mortuos proiciunt: scite eos qui a defunctis amati sint: uiuos infodiunt: cum ossibus mortuorum: Battri a canibus ad hoc ipsum nutritis: obiciunt senes:quod cum Alexandri præfectus emendare uoluisset: prouinciam pęne amisit: cum tale impium atq; tetrum facinus expiare uoluisset: exosum atq; dirum: & ab illa rerum domina reginaq;: ac imperatrix ipsa iustitia improbatum. Siquidem hæc apud omnes semper eadem esse debet: nunq̄ uariari: sed naturæ congruit: ut stabilis perpetuaq; habeatur: & sicut superior illa deo optimo maximo debetur: Sic & hæc naturæ omniparenti: atq; educatrici: ut iure consulti uoluere: Proinde ex omnibus animalibus soli competit homini: Hæc autem in quibusdam rebus cum brutis communis habetur: ut Patritius meminit: cuius propriū est: se ipm tueri: alereq;: quæ qui ait secūdū ipam

iustus iudicandus: nõ qui eã spernit:haud uictus esse quiuit:Siquidẽ sibi alimenta prębere noscat: nec se ipm destituere: aut in ędia se interimere:aut sibimet manus inferre:nõ solũ iniustum sed impiũ iudicandum est:& naturę omniũ parenti infensus:alere deinde liberos/tueriq; posteritatem:eamq; conseruare: naturalis. Siquidẽ iustitiæ munus est cũ brutis hæc etiam competant: sic itaq; parentes ac indigentes: ac necessarios: omnes senio morboq; affectos alere/tueri: & eos uenerari ac protegere: diligere cõsulere: cõsiliũq; præbere/indulgere:opitulari proprium hominis est:cũ hoꝝ bruta exptia sint: humanitatem quoq; cõseruare:mortalibus prodesse naturalis iustitiæ munus esse percensendũ: cũ hominem perimere:eiq; nocere:naturæ contrariũ sit:nã si secus mortales ipsi agãt:truces ac sęui dicendi sunt:ut Lestrigones qui Cyclopes etiam uocantur: Et ut poetæ finxere de Diomede Trhace:& Busyride Aegyptioꝝ rege: & aliis similibus: qui sæuitia bruta superarunt: & immortalium exitium orti crederentur. Siquidem natura a uitiis abhorret: recta autem & honesta amplectitur & præsertim cum ut Stoicorum sententia est: iustitiam ipsam alienũ censeri bonum: ut ea agat quæ non sibi sed aliis conferant: tamen optimus habendus esset: qui non ad seipm solum: sed ad alios quoq; uirtutis munere utetur. Hinc sumitur ꝙ iustitia illa: ut Patritius meminit: quæ pro aliis agitur:nõ tantũ pars: aut species uirtutis habenda est: sed tota atq; integra uirtus cui contraria tunc non iniustitia tantum sit: sed turpitudo ipsa:dedecusq; ipsum: ut Aristoteli placuit: Siquidem nullum crimen magis animos mortalium exacerbare: q̃ sæuitia diis odio fuisse sæuos & sanguinarios principes: prisci qui non a uera relligione sed superstitione utebantur edixere. Hinc Tranquillus memorat: Domitianum Cæsarem per quietem Mineruam conspexisse: summe siquidem ipse colebat sacrario: quod anguste dictauerat excedentem / afferentemq; non ualere ipsum ulterius tueri: cum exarmata a Ioue esset: qui ei grauiter succensuerat: prænimia sæuitia: atq; atrocitate: quam quottidie in homines exercebat. Sic & Tyberius: nulla uirtute illustris: ut Tranquillus memimit: Nam & Parthorum regem: qui pulsus a suis in fidem populi Romani confugerat Anthiochiæ ingenti Gaza spolia tum occidi iussit: Et militem prætorianum: ob subreptum pauonem: in capite animaduertit: tanta sæuitia: ut nec dies ullus: etiam relligioni dicatus: ab mortaliũ cæde cederet:Hinc Romãę dirę

imprecationes: in eũ palamq; orarent terram matrem: deosq; manes ut futilis illa superstitio credebat: ille mortuo cædem ullam nisi inter impios concederent: adferebantur litteræ Parthorum regis: quibus paricidia/cædes: ignauia luxuria: & turpia omnia ei obiiciebantur / monebantq; ut uoluntaria morte: maximo iustissimoq; ciuiũ odio q̃ primũ satisfaceret: e medioq; discederet: ne eius contagione alios inficeret: Innocentia enim iustitiæ comitatur: Nam ut Plato disseruit: uirum innocentem ad recte uiuendum sibi ipsi sufficere. Thogiũq; Siculum poetam autorem inducens/asserensq; omni auro atq; argento esse potiorem. Vnde Maro: Vlcta uirũ pœnas a fratre recepi. Hinc Celius: Nihil enĩ sancta & singularis illa maiestas aliud ab homine desiderat: q̃ solam innocentiam: q̃ si quis obtulerit: deo satis pie: religioseq; litauit. Et ut comicus disseruit: quæ nõ deliquit decet audacẽ esse confidẽter pro se & proterue loqui. Sic & Astrubal Amilcharis gener: uirũ præclarũ Hispanũ innocentissimũ interemit: at eius seruus nactus occasionem: ne utiq; suæ uitæ parcens Astrubalem gladio transegit: a satellitibus comprehensus: quibus stipatus erat inter tormenta letitia exultabat: risuq; perfusus q uultus innocentis heri interitũ trucidabatur. Quippe preclara uirtus est innocẽtia quę & uindices semp paratos habet: & tam sublimẽ q̃ humilẽ fortunã exornat. Vnde Plato: innocentẽ deũ imitare: & uirũ illũ fœlicẽ magis prestare: qui p similitudinẽ magis deo adheret: Deus quidẽ gloriã ex innocentia sequit: ut unq̃ ullis malis mortales efficiat: ut Orpheus cecinit: Nã deus autor: atq; artifex omniũ bonorum est. Siquidẽ: ut Celius inquit/tanta est uis innocentiæ: ut ab ea ignis ille refrigeat innoxius: qui accepit a deo hanc potestatẽ habet: ut impios urat: iustis obtẽperet: & Cicero atq; etiã inquit: hoc præceptũ officii diligenter tenendũ est: ne unq̃ innocentẽ iudicio capitis accerses: id enĩ sine scelere ullo pacto fieri potest est & altera uirtus amicitia nuncupata: quæ: ut Cicero meminit: eam esse humanarum: diuinarumq; rerum summa cum beniuolentia & caritate consensione: quæ: ut Aristoteli placuit: non potest esse nisi inter bonos uera amicitia. Hinc Seuerinus: O fœlix hominum genus si uestros animos amor: quo cœlum regitur: regat amicorum tibi fidelium amẽtes aspera: horribilis fortuna detexit: Hæc tibi certos sodalium uultus ambiguosq; secreuit. Siquidem amicorum sanctissimum genus est: quod non in fortuna: sed in uirtute inueniatur. Hinc Cicero

inquit:summũ bonũ in uirtute ponunť: praeclare illi quidem:Hęc ipſa uirtus amicitiam gignit:& ſine uirtute amicitia eſſe nõ poteſt:nã nihil tam naturæ aptum:tam cõueniens ad res ſecũdas:uel aduerſas: Vnde Manili9:Iccirco nihil ex ſemet natura creauit Vnus erit Pylades: un9 qui mallet Oreſtes: Ipſe mori leuis una fuit per ſecula mortis: Alter qui raperet fatum:nõ cederet alter: Et Horatius:Fœliciter tenet ampli us: quos inrupta tenet copula: nec malis diuulſus querimoniis ſuprema citius ſoluet amor die.Siquidem illa amicitia amplectanda eſt: quæ nõ in fœlicitate exercetur: ne in illud ouidianum incidat. Donec eris fœlix multos numerebis amicos: Tempora ſi fuerint nubila ſolus eris: Nullus & admiſſas ibit amicus opes. Sic ut hiſtoria memorat: Pruſiam regem Bythiniæ a filio:cui regni habenas permiſerat: ex quo fortunis exutus erat pater necatus extitit a filio:Sic ut Herodotus me minit: ꝙ Darius ab Arctaxerſe patre uiuo rex factus in patris necem cogitauit: deprehenſus tamen cum ſociis pœnas paricidii paternę pietatis ac maieſtatis perſoluit.Et ut Eucrathides Battranoꝝ rex:ut idem meminit a Demetrio Indoꝝ rege obſeſſus cũ trecentis militibus tantũ quadraginta milia hoſtium aſſiduis irruptionibus uicit: & omnẽ Indiam ſubegit: Sed cum uictor in regnũ ut ſuis gratularetur ſe exciperе uellet filii inſidiis cui uices ſuas gerendas dederat: exceptus trucida tur. Sic & Ptolomeus Aegyptioꝝ rex: ut Iuſtinus memorat: ille qui pulſo fraude Antigonem Macedonię regem:Caſſandram ſororem:quę antea Lyſimacho nupſerat:ſimulato matrimonio urbe quæ ab eius no mine etiam Caſſandra dicebatur/expulit: filioſqꝫ eius Lyſimichum & Philippũ quod ſupra aram tenens ante Iouis ſimulachrũ adoptauerat trucidauit: nec ipſi etiam Ptolomeo ſcelera hæc in ulcta extiterũt. Nã deo opt.max.ulciſcente toto periuria ac paricidia: repente a galis ſpoliatus regno/captuſqꝫ uitam ferro amiſit: Et alter Ptolome9 qui ob pietatem Philopater cognominatus fuit patre ac matre interfectis Aegypti regnũ occupauit. Sic & Phidomeus alter qui ſæuitia Phiton diceba tur filium ex Cleopatra genitũ tragico ſcelere trucidauit. Hæc inquã facinora contra neceſſitudinis:amicitiæqꝫ uinculũ:ulla unq̃ relligione expiari poſſunt. Sic illa hoſptitalitatis cõnexio. Vnde Laertius: de Anacarſi Candali regis Scythaꝝ fratri ad Solonis hoſpitiũ acceſſit: ob tanti nominis famã eiuſqꝫ hoſpitiũ petiit. At Solon in patria propria hoſpites quęrendos non aliena:ut Anacarſis domũ audacter ingrediť

Et nunc/inquit/in patria sum: hanc loquendi urbanitatẽ admiratus Solon hospitem admisit:hac uirtute non caruit Alexander: ut Plutarchus meminit:& q̄plures magnis beneficiis affecit: inter quos Anaximeni philosophi erat sed a patria ipsius aliquando Alexander lacessitus urbem expugnauit eā funditus euertere decreuit: sed philosophus amicitia fretus Alexandro obuiam proficiscitur: quem cū intueretur rex alta uoce dixit: se nihil facturū:quod ille a se peteret: at ille exclamans: peto/inquit/o rex ut Lampsacum diruas: at Alexander ingenii uersutia delectatus: & gratæ hospitalitatis memor urbi pepercit: & æquas pacis conditiones præbuit. Sic & Octauius:uicto Antonio:ut Tranquillus memorat:Alexandrinis addubitātib9 ipsius iram Sostratum philosophū misere: qui submissa barba:mutataq; ueste reorꝝ more & acrius quoq; incedebat uersiculū illū crebris sermonibus usurpabat docti doctos seruabunt: si erunt docti: quo audito Octauius ipse ambos ab omni metu liberos esse iussit. Sic & Iulius Cæsar: teste Suetonio: q cū Mediolani cœnam ageret apud hospitem quendam suū Valeriū Leonem nomine & cū ei asparagos apponeret: illos non oleo sed unguento quodam perfuderat. Cęsar tamē dissimulans:ne hospitē perturbaret comedebat:at socii stomacho cōmoti:illos respuebant: obiurgabantq; hospitem: tum Cæsar abstineat/ inquit/ qui non probat: rusticus est enim qui hanc rusticitatem perferre nescit. Sic & Antoninus pius Cæsar:Aelio autore domum diuitis ac fortunati ingressus per phiretici marmoris colūnas cerneret rogauit:unde ille aduectæ fūt:at ille horridiore uoce ait: cū alienam domū ingrederis mutus ac surdus esto. Sic & Liuius meminit:de uiolata hospitalitate: Nam Sempronius Graccus proconsul a Flauio Lucano hospite proditus una cū militibus a Magone Carthaginensiū equitum ductore interemptus extitit: Nam & prisci deum ultorem uiolatæ hospitalitatis putabant. Vnde Maro: Iuppiter hospitibus nā te dare iura loquūť: Sed hospitalitatis iura Mitridates seruauit: ut Plutarchus memorat:ad eo benignus hospitibus fuit: ut ex amicoꝝ hospitūq; muneribus paternū regnum nō tantū seruauerit: sed etiam propagauerit. Sic & Masilienses cum Paphlagonia ob aeris sterilitatem Tyberina hostia iter haberent comiter atq; hospitaliter: a Romanis suscepti: muneribusq; condonati Tarquinio regnante:tunc per mare Lygusticū uecti urbem Masiliam cōdidere: inter Ligures & Gallos ad hostiū Rhodani fluminis: sed lon

V

gɔ interuallo cum eorum Legati a Delphis redidiſſent/accepiſſentq; urbem a Gallis captam Maſſilienſibus denunciarunt:qui publico luctu aurum & argentum:aliaq; munera Romanis miſere:quibus a Romanis locus ſpectaculoꝝ inter Senatores tributus eſt perpetuo fœdere indito. Sic & Acheoꝝ urbes: ut externa bella propulſarent hoſpitalitatem/ſocietatemq; indiderunt: Nam & priſci poetæ hoſpitalitates extollere. Hinc Menander: hoſpites pauperes ne ſubterfugias cū uideris hoſpitibus ſuccurreris: æqualia conſequeris quandoq; hoſpitalitatem cura: ne poſt habeas: hoſpitibus fidis fidus exiſtens ſis amicus. Hoſpitem iniuria afficias nunq̄ occaſionē nactus: Hoſpiti maxime cōducit modeſtum eſſe hoſpes exiſtens: incurioſus ſis: & bene ages: nā hoſpiti melius eſt ſubticere q̄ clamare: hoſpes natus:hoſpitem cole:hoſpitem hoſpitare: & etiam hoſpes eris: Nam peregrinatio ſapientiorē peragit. Et Homerus:quāuis priſca ſuperſtitione alloqueretur: tamē hoſpites amplectendos eſſe cenſuit:hoſpes/inquit/nō mihi fas eſt:neq; ciuilior te ueniant hoſpes inhonorare: a Ioue enim ſunt omnes hoſpitesq; pauperes: quæ donū quidem paruū: ſed gratum eſt noſtrum: Nam oportet hoſpitem præſentem honorare: ſed malentem diſcedere dimittere: Et idem poetico figmento diſſeruit: Iuppiter eſt honorator ſupplicatorum:hoſpitumq; hoſpitalis:.qui hoſpites uenerabiles ſimul comitatur: nam loco fratris hoſpes & ſupplicator eſt uno illi: qui etiā mediator ſit prudens: Nam Ioue enim ſunt omnes hoſpites: pauperesq; deus ipſe tibi & hoſpes: ſpiritꝰ alii diuini quot cūq; maxime uis: quoniam & promptū hoſpitatus es. Huic comes eſt concordia: ſicuti amicitia duos: aut paucos mutuo amore annectit: ita concordia pleroſq; aut cunctos beniuolentia cōnectit: ut. M. Varronis ſententia extat. Hinc Criſpus ego uobis regnum firmum trado:ſi boni eritis: ſi mali imbecillum: Nam concordia paruæ res creſcunt: diſcordia maximæ uero dilabuntur. Sic omne bellum facile ſumitur cæterum ęgerrime deffinitur: nō eiuſdem poteſtatis initium & finis eſt. Siquidem in omni certamine: qui opulentior eſt: etiam ſi accipit iniuriam: tamen quoniā plus poteſt facere uidetur: Et ut Iulio placuit:magna exdiſſentionibus incōmoda oriri ſolēt. Hinc Horatius: At uos ſed calidus ſanguis ſeu reꝝ inſcitia uerſat Indomita ceruice feros ubicūq; locoꝝ Viuitis indigni fraternum rumpere fœdus. Siquidem cōpertum eſt: quo omne quod eſt tam diu exiſtere atq; permanere q̄diu ſit unū ſed inter

ire: atq; dissolui pariter: atq; unum esse desierit: ita etiam & Seueri-
no placuit. Huic etiam affinis est pietas ipsa: quę ut Cicero meminit
& iustitia hominũ erga deum uel ut Aristoteles est relligiosa quædam
dei ueneratio: Sed Hermes asseruit esse dei notionem pietatem ipsam
soliusq; hominibus nec brutis competere. Proinde qui deum ignorat:
hominis dignitatem: humanitatemq; amittit. Siquidem & uetustissi-
mi poetæ: qui a uera relligione aberrabant: figmento poetico edixere
deum iustis hominibus postq̃ uita functi essent letis apud inferos re-
gionibus quercus præbere: quæ in uertice plurimas atq; optimas glan
des iugiter ferrent: in medio autem examina apium haberent: quę per
petuo uigore dulcissima stillarent mella: ex ramis autẽ ac robore lana
rũ uellera depecterent: ad usum uestiũ maxime idonea: funderenturq;
illic uina suauissima plenis usq; pateris & nusq̃ deficientia: Hoc equi
dem ut Patritius disseruit: ideo edicebant: ut ostenderent q; ex sola iu-
stitia ac pietate ĩmortales fieri: at iniustos & impios perpetuo cœno im
pedi atq; obrui: & terebrata urna semper aqua ferre: Ita illustris poeta
Museus edocuit: extimabant equidem prisci post diuturnã quietẽ eos
qui iuste ac pie uixissent: diuino quodã decreto in heroas cõuerti: cũ a
terrena labe purgati essent: manes/lemures fieri. Proinde omni expiati
cogitatione mortalium abluti ad cœlestes redire sedes: & illic æuo sem
piterno cũ cœlestibus diuis frui: cœlestisq; uisione summi dei perfui.
Hinc Delphicus comicus: tu putas mortuos: qui impie uixerunt: eua-
sisse dei iudicium: aderit quidem iustitiæ oculus: qui omnia cernit: &
in uita scelerũ suoꝝ pœnas nõ dedissent grauiores multo post obitum
esse laturos: Quippe ueritas ipsa adhuc latebat: ante Christi dei opt.
max. aduentum fulgentissimũ: quia sydus deinde per eũ mortalibus il
luxit: & omni tenebritate & cęcitate depulsa: eos diuinoꝝ consiliorũ
affecit: docuitq; mortales iuste: ac pie uiuere: quibus itineribus illos
ad ueram ĩmortalemq; fœlicitatem euexit: Sic equidem Christi præ-
claro ortu: Persæ desiere filias: matres: ac sorores nephandis nuptiis
sibi adiungere: Et Scythæ humanis carnibus uesci: & filios impiis sa-
crificiis iugulare. Derbices quoq;: & Massagetę senectute parentes ac
propinquos confectos aliis eduliis fędo ac uesano sacrificio miscere: Et
aliæ siquidem gentes Christi pientissimi ortu relligioneq; imbuti ne-
phanda impiaq; sacra reliquere: uiam ĩmortalitatis: ac uerę fœlicitatis
affectarunt. Siquidem & pietatem etiam uates prisci extollunt. Vnde

Maro: Insignem pietate uirum tot adire labores. Sic & Sapor Persarum rex: uirgines quasdam: dum uictor esset: Christiano ritu consecratas diuino cultui intactas reliquit: relligioniq; inseruire praecepit: Et Ammianus meminit: Legimus/inquit/quoq; in templis quibusdã res praeciosas omnes depositas: semper ab hostibus intactas extitisse. Sic Solis delubrum in Cilicia: in quo magnus Alexander ingentem deposuit pecuniam: ut illic custodiretur aduersos fortunae casus: Et Clysthenes Atheniensis Samiae Iunonis templo: magni nominis uir: filiaru dotes credidit: ne si quid ei accidisset: orbatę: destitutaeq; relinquerentur: Quippe qui ueram relligionem corde & animo meditatur semper optime agit: omnibus siquidem actionibus suis deũ interesse opinatur: proinde nunq̃ pperam agit: Vnde Epycarmi poetae; ex Pythagorae sententia; Nihil clam deo esse posse: quandoquidẽ ipse quoru omnia cerneret: nihil ei impossibile factu esse uirtutem praeterea atq; honestatem sedulo: ante oculos habet: quibus comitib9 se deo optimo conciliari scit: uitia omnia abhorret: quae infoelicem hominem agant: & turpissime seruituti addictũ. Sic & Empedocles: demones inquit eoru qui turpiter uixerũt: animas ab aethere: pontoq; ac tellure explodunt. Vnde cum Christiana illa uera & diuina relligio: quae diuina ac coelestia edocet praecepta: quibus ad cultũ diuinae maiestatis instituimur: pie ac sancte erudimur: & agnitionem ueri atq; unici dei: omniũ conditoris atq; artificis perducimur: a quo plenam foelicitatem/ perennemq; ac sempiternam uitam assequimur. Hinc Alexander ille rex: cum seruum quempiam: qui deliquerat: ad Dianae Ephesiae templum aufugerat: nam ius Asyli ibi erat: nullã sibi iniuriã fieri iussit: quando relligione id liceret: nam id templum ad stadium perduxit: magnis muneribus cõdonatis. Sic & M. Antonius: ut Plutarchus meminit: Si impia illa relligio tantae uenerationis erat: ut mortales ipsi in templis uana relligione moti etiam ad deoru templa noxios aufugientes pietate/humanitateq; imbuti uidebant: ut noxios atq; criminosos imunes esse permitterent: ad templa confugientes. Siquidem humanum est: ut Varroni placuit: ut homo homini semper prosit & deo digna esse uideretur. Vnde Hercules ideo cognominatus: quoniã adiutor mortalium: & defensor erat: Quid inq̃ illa diuina Christiana relligio praeclare illustrata edocet: Et ut de Alexandro: Arius meminit: atq; Plutarchus: generosi quidem animi esse: homines adiuuare:

risq; prodesse : atq; opitulari : nam qui beneficium dant : deum imitari uidentur : qui semper omnibus prodest : qui uero repetunt : foeneratores haberi possint. Hinc apud Romanos : gratiarum ædes in medio fori erant : ut percipere possent omnes gratos esse oportere. Vnde Comicus : improbus est homo ille : qui beneficium scit sumere : & reddere nescit. Hinc Athenienses misericordiam non pro affectu : sed pro deo colebant : ut mortales intelligerent : se diuina præstare : ut misericordes essent : Nam ut Gellius meminit : est beniuolentia quædam : ac dexteritas erga homines permixta. Hinc Simon : ut Plutarchus memorat : his equarum etiam monimenta : qua cum opera uictor in Olympiacis ludis coronatus fuerat : iuxta sepulchrum suum coronari iussit : magna impensa : Et ut Cicero disseruit : nulla de uirtutibus admirabilior : nec gratior misericordia homines enī ad deos nulla re propius accedunt : q̄ salutem hominibus dando : nihil habet fortuna maius q̄ ut possit nec natura melius q̄ ut uelis seruare : Nam si egregium est hostem abiicere : non minus tamen laudabile infoelices scire miserari : ut Valerio placuit. Vnde Naso : Regia crede mihi res est succurrere lapsis : Etiam Celius : non minus inquit magnū iustitię opus est pupillos & uiduas destitutas tueri atq; defendere : quod adeo uniuersos diuina lex illa præscribit : Quandoquidem boni quiq; iudices ad officium suū iudicant pertinere : ut eos humanitate naturali foueant ac prodesse nitantur & Phocilides : errantemq; mortalem : & naufragum ne subterfugias : melius est q̄ inimicum illum amicum beniuolum : Et Satyricus : miserere inopum sociorum mollissima corda Humano generi sese natura fatetur : Quæ lachrymas dedit hæc nostri pars optima sensus. Siquidem & fides his uirtutibus annectitur sine qua omnes aliæ obumbrantur : Et ut Stoicus inquit : Fides sanctissimi humani pectoris bonum est : Et Cicero : fundamentum iustitiæ est fides dictorum conuētorum : & ueritas. Ea Naso : Fides rebus tamen est addenda probatis : Et Horatius : multa fidem promissa leuant. Sic de Romanorum fide : Liuius meminit : q cum Cornelius Asina & Duellius consules : ab Amilchare & Hannone Asina ipse uocatus ad colloquiū : præstita fide : interemptus est : Sed cum Romanis Carthaginēses bello : terra : mariq; succūberent : placuit ut de petenda pace : Hānonem ipm & Amilcharem a Carthaginensibus rem ipam demandare : Et si addubitarent ob scelus in Asinam cōmissum nihilo seuus ob Roma-

norum fidem audacter arcessere: Sed & cum unus tribunus militum obstreperet: Consules silentium ei praebuere Hannonique ait quidem te periculo fides Romani populi liberat. Sic Ptolomeus Aegyptiorum rex ob Romanorum spectatam fidem: infanti filio regni tutelam Senatui demandauit Emilium Lepidum pontificem max. tutelam cõmisere: ad tutelam eiusdem demisit qui moribus: regiisque uirtutibus puerum instruxit: & regnum nõ modo seruauit: sed auxit. Et ut Laertius meminit Lycurgus: mortuo Polypide fratre Spartharum rege: Carillo Posthumo a se derelicto cũ a ciuibus regnũ offeretur: haud annuit: sed ipsius cura habita: cũ adoleuit regnũ restituit: ut omnes perciperent: cum longe pluris fidem q̃ amplissima regna plurimasque opulentias facere: nã proditores omnes odio sunt: etiam illis: quibus prosunt. Hinc in fabulis habetur: Scyllam nisi regis filiam Minoi cuius amore flagrabat Nisiam patris regiam prodidisse: & ob eam in profundum maris praecipitem esse datam: nec prẽmiũ proditionis ex pacto cõnubio expectaret. Sic & Liuius memorat: quod Tatius Sabinorum dux uirgini quae sibi Capitoliũ prodiderat: aureas armillas pro munere ei condonauit: deinde eam Scutis obruit. Vnde Propertius: & ingestis comitum super horruit armis: Nam ut Lucanus meminit: Cum fato conuersa fides nulla fides unq̃ miseros elegit amicos: Nulla fides regni sociis omnisque potestas: Impatiens consortis erit: Et Naso: Promittas uotũ: si te promittere falso Iurabis si te fallere posse deos Quos credis fidos effuge tutus eris: Cognatum fratremque caue: fidumque sodalem: Praebebit ueros haec tibi turba metus. Siquidẽ nihil est sanctius: nec ulla res rempu. continet: quã fides: quae nulla esse potest nisi erit necessaria solutio rerum creditarum: Nam animus: ut Ciceroni placuit: sine fide stabilis amicis esse nõ potest: cum nihil stabile quod sit infidum: Nam fides stabile & aeternum facit imperiũ perenneque ac peragit.

¶Sequitur liber Quintusdecimus.

q VI PRVDENTIA doctrinaq;/ac in rei militaris disciplina ualuere: in rep. regenda/administrãdaq; duo considerauerunt conspexereq;. Vnũ quidẽ in pacis tempore: alterum in belli: & ut bello pacis studia nõ omittebant: ita in pace ea praeuidenda: quae in bello necessaria esse possent. Prudentissima quidem ratio est: ea in pace differere: quae belli timor praeparare cogeret: utramq; igitur rationẽ callere studeãt qui summũ magistratũ gerũt. Sic Romani mortaliũ omniũ clarissimi duos deligebãt magistratus: urbanã alterũ: alter uero militarem curã gerebat. Parũ eni esset ocio & trãquillitate intra moenia frui: si in agris trepidaretnr: & hostes a finibus non arcerentur: & alia ex parte tenere arma foris: & in re publica consilio indigere nequaquam satis tntum esset. Et si plerumq; addubitatum sit: an his inter magistratus illustrior/praeclariorq; iudicandus sit: qui pacis artibus studeat: an qui rei militari uacet. Siquidem in acie cedes: cruor odio rex ipse iactatur: in pace animi tranquillitas mortalibus magis accõmoda pulchrior/illustriorq; habetur. Bellum erũnarum suffultum periculorumq;: & laude gloria & apud mortales nanciscatur. Pax ipsa tranquillitatis parens: torporis socordiae ac negligentiae seminarium: uirilles animos effoeminat: & militare robur eneruat. Vnde Ennius: ocio qui nescit uti plus negocii habet;q̃ cũ est negociũ in negocio. Nam cũ quod agat id institutũ est: nullo negocio id agit studet: ibi mentẽ atq; animũ delectat suũ: ocioso in ocio animus nescit quid uelit: incerte errat animus praeter: propter uitã uiuitur. Sed cũ ciues quę pacis sunt curant: bellicaq; artiũ obliuiscunt: praelia/arma/cedesq; execrant: efficiunt quod Atheniensium: Lacedoemoniorũq; milites: post diuturna bella factitarunt. Nam cum annuas inter se inducias pepigissent: canebant inter pocula: diu iaceas o mea hasta: araneaq; telis obsita: foelices qui in pace somnũ capiunt: quos non tubaq; clangor: sed galloq; excitat cantus. In pace quidem ferrum omnes abhorrent: Proinde Liuius ac Dionisius edixere: q in foedere exactis regibus Laertius Tuscoq; rex cũ Romano populo egit: scriptum fuisse: ne ferro quisq̃ nisi in agricultura uteretur: dum Bellona & Mars sic resident: & omnes pacis studiis dant operam: rex ipse tranquillo aequore futura tempestati se praeparat: arma leuat: oppida munit: fossas ducit/arces/muros/& reliqua munimẽta instaurat: milites scribit: iuuenesq; exer/

cet: improbos comprimit coercetq;: repentino bello: nulloq; tumul tu obruitur: cum omnia præsto sint parataq; • Carthaginenses domi remp• agebant: militiæ autem imperatorem unũ semper præficiebãt• Et Athenienses qui popularem statum seruabant: rei tamẽ bellicæ im peratores deligebant: Et ut Plutarchus meminit: quod cum Alexan der percepisset: mirabatur q; tantus Atheniensium imperatorum nu merus esset: ut singulis annis nouos præficerent: cum ipse in omni uita: ex tot gentibus quibus imperabat: non nisi unum idoneum du cem Parmenionem conspexisset: duceretq; nihil in hominũ genere ra rius perfecto imperatore inueniri posse • Quippe bello mortalis gloria comparatur: propaganturq; imperia: confinia extenduntur: regnaq; nanciscuntur • Nam militaris disciplina: pœnes priscos summæ lau dis semp fuit• Sic Cato uir ille sapiẽtissim9 nusq̃ animo induci ualuit ut optaret remp•Romanam ocio uacare: ueritus ne sublata hostium formidine: romanũ illud robur languesceret • Armoꝝ peritia: & Ca strensis disciplina in secordiam abiret • Nam longa pacis securitas ue nenũ est rerum publicarum: tunc enim pro militari uirtute ignauia: pro industria lusus: pro exercitatione desidia obrepit: ocio atq; luxu ria iuuentus marcescit: bellatorum animi segniores euadunt • Proin de Satyrus: Nunc patimur longe pacis mala sæuior luxuria incubuit Et Appius Claudius: Negocium populo Romano melius q̃ ocium & pacem conducere: cum magna imperia rerum agitatione ad uirtu tem capescendam induci: nimia pace & quiete in desidiam resolui• Cleomenes Lacedæmonius: ut Plutarchus asserit: cum quis dixis set: cur Argiuos qui nobiscum sæpius bello contendunt: post par tam uictoriam non sustulisti: Quoniam / inquit / si e medio sustu lissemus nostra iuuentus ab armis & disciplina militari languesceret• Nam ut Vegetio placuit: nil magis prodesse in pugna constat: q̃ ut assidua exercitatiõe milites: in acie dispositos ordines seruẽt• Nã qui: exoptat pacẽ præparat bellũ: qui uictoriam cupit: milites imbuat di ligenter: qui secundos optat euentus dimicet arte nõ casu: nemo pro uocare:nemo audet offendere:quẽ intelligit supiorẽ esse si pugnet• Siq dẽ in omni p̃lio: ut Vegeti9 sentit:nõ tam multitudo & iuuentus indo cta: q̃ ars & exercitium solent præstare uictoriam: nõ eni longitudo ætatis: aut annorum numerus artem bellicam tradidit: sed potius ex ercitatio• Nam in pugna solet usus amplius prodesse q̃ uires•Proinde

Plutarchus/Theopompus/inquit/cũ quidam in urbe murũ sibi ostenderet: an sibi pulcher altusq; uideretur interrogans: minime si mulierũ est/inquit/Nam nõ minus in milite modestia: q̃ uirtus atq; animi magnitudo cõsideranda est: ut Celsus inquit/Hinc disseruit: expectare dũ hostiũ copiæ augeantur summa est dementia. Siquidem nil magis magno duci cõuenit q̃ pro omnibus cogitare. Nam errãt qui in bello omnes secundos euentus rerum expectant: cũ multũ: ut Celsus disseruit: tum in cæteris rebus: tum in re militari fortuna possit: Nam imperatori res aduersæ auctoritatem minuunt. Siquidem ut Cicero meminit: concedo inquit incertas esse exitus belli: Martemq; cõmunem: nam ego existimo in imperatore quattuor has oportere res: scilicet scientiam rei militaris: uirtutem & fœlicitatem ac autoritatem. Nam ut placuit Crispo: Audacia pro muro habetur: & necessitudo etiam timidos fortes facit. Siquidem in eos qui maxime timent maximum periculum est: nam in manibus: ut inquit Homerus: finis belli: uerborum autem in concilio. Vnde Naso: Tutius est igitur fictis contendere uerbis: Quã pugnare manu: quis enim sua prælia uictus Cõmemorare uelit: melior mihi dextera lingua: Dũmodo pugnando superem: tu uince loquendo. Sed boni duces non aperto prælio: in quo est cõmune periculum: sed ex oculto semper attemptant: ueluti Vegetius memorat: Pleriq;/inquit/rei militaris ignari pleniorem uictoriam credunt: si aduersarios aut locorum angustiis: aut armatorum multitudine circumdederint: ut aditum nõ inueniant recedendi. Sed econtra clausis ex desperatione crescit audacia: & cum spei nihil est sumit arma cupido libenter: cupit mori qui sine dubio scit se moriturum. Ideoq; Scipionis notata est sententia: uiam hostibus qua fugerent inueniendam. Nam aut fame magis q̃ ferro hostem urgere. Siquidem arma non seruant domum: ut inquit Tragicus: nec temperari facile nec reprimi potest stricti ensis ira: bella delectat cruor. Sed optima uictoria est: ut Pittachus asserebat: quæ sine sanguine fit. Et Tragicus: licet omne tecum regium robur trahas: licet arma longe miles: ac late explicet: fortuna belli semper ancipiti in loco est: quodcunq; mars decernit: exæquat duos licet impares sint: gladius & spes & metus: sors cæca uersat: inuenit artes Mauors & mille formas mortis. Siqdẽ: ut meminit Cicero: Haud unq̃ suscipiẽda sunt bella: aut si suscipiãt: ut sine iniuria in pace uiuat. Parta autẽ

uictoria conseruandi uicti sunt:ita eni bellũ suscipiaẽ:ut nihil aliud q̃ pax quęsita uideaẽ. Vnde Aristoteles: bellamus ut pacem ducamus. Et Homer9:insociabilis scelestus homo est ille qui bellũ amat in populo mortiferũ. Nã/sũmũ Brute nefas ciuilia bella fatemur: ut Lucanus inqt/Heu miseri q bella gerũt. Et Tibullus: Quis fuit horrẽdos prim9 qui ꝓtulit enses:Quã ferus:& uere ferre9 ille fuit. Siqdẽ bello qd pnici osius? honestatisq; qd pulchrius/trãquilliusq; pace ipa? Quid inq̃ dulcius:aut amęnius:aut suauius? quid bello formidabilius:horribiliusq; cede madentibus mortalium? Quid pace iocundius: & humano generi magis conseruationis pernecessarium? naturæq; conuenientius? Quippe bella liuori/odio/inuidiæ/rapinæ/raptui/auaritiæq; connexa: coniunctaq;: bellis omnia sordescunt: agri deseruntur: syluescunt uineta: squallent: & diripiuntur: dissipanturq; urbes: decus obumbratur: omnia corruunt dilabunturq;: cuncta passim predæ ac depopulationi sunt exposita: facinorosis crassatoribus / siccariis / seditiosis/ exulibus: & improbis quibuscunq; liberi aditus patent: sanguine sudant campi: cędibus mars ubiq; debacchatur: omnia uiolantur in bellis: inter classica: lituos: iura non exaudiuntur: leges silent: iustitia inde migrat: pudor aufugit: relligio deseritur: diuinus cultus negligitur. Sed sæuitia/ furor/simultates/factiones/rapinæ/prædæ/uiolentiæ/ depopulationes: deuastationes: & calamitates: & erũnæ imperant. Vnde Tragicus: inuenit artes bellicus Mauors nouas: & mille formas mortis: quodcunq; libet facere uictori licet: uictor feroces impetus primos habet. Solis præterea / ut inquit Satyrus / testandi militibus ius uiuo patre datur: Nam queritur belli exitus non causa. Pace uero omnia crescunt: & urbana & rustica rident campi: coloni: luxuriant segetes: multiplicantur pecora: & armenta coalescũt: omnia mortalium usui expedientia mercatura mortalibus pernecessaria exercetur: exercitia tam urbana q̃ rustica expediuntur: litterarum studia florent: ingenia fouentur: uiri in disciplinis excellunt: leges obseruantur: iustitiæ est locus: unicuiq; quod suum est tribuitur. Qua quidem iustitia Hesperus Atlantis filius cœlo dicatus: a poetis fabulantur. Vnde Leon Lacedœmonius quam quis patriam tuto inhabitaret: ut inquit Plutarchus: ubi iustitia firmitatem roburq; pacis obtineat. Et Themistocles: ut idem meminit: Simonidi poetæ iudicium iniustum contemnentem respondisse perhibeẽ:neq; illũ bonũ

inquit/esse poetam: qui præter modulũ/numerumq; concineret: neq; bonum principem esse: si præter iustitiam iudicaret: quæ mortalium omnium pacis origo/existit. Inde Cicero: nomen pacis dulce est: & ipsa res salutaris: nam pax est tranquilla libertas. Hinc Tibullus: Interea pax arua colat pax candida primum: Duxit aratores sub iuga panda boues. Pax aluit uites & succos condidit uuæ: Funderet ut natum testa paterna merum. Pace bidens uomerq; uigent: at tristia duri Militis in tenebris occupet arma situs. Et Ouidius: Candida pax homines: plus decet ira feras: Ora tument ira: nigrescunt sanguine uenæ. Lumina Gorgoneo sæuius angue micant: Et idem: Pace Ceres leta est: & uos orate coloni: Perpetuam pacem: pacificumq; ducem. Hinc diuus Dionisius: Hæc est/inquit/pax quæ cuncta connectit: concordiamq; omnium atq; consensum gignit & efficit: cuius rei gratia: ipsam quoq; desyderant omnia: ut quæ diuisibilem ipsorũ multitudinem: ad totam conuertit unitatem: intestinumq; humanæ machinę bellum: quo fœdere mirabili congruat efficit diuinæ participatione pacis antiquiores uiuentium uirtutum ad se ipsas & ad inuicẽ cõiunguntur: atq; ad unam omniũ principatũ gerentem pacem etiã: & quæ sibi subiecta sunt: iungunt: de ipsa/inquiens/quid tandẽ illa est: diuina pace/quiete/& silentio: quam sanctus Iustus: ineloquibilem uocat: & ad omnem noscibilem processum immobilitatem: quo pacto quiescat: agatq; silentium: utq; in se & intra se fit: & tota ad se totam eminenti ratione iungatur: & neq; dum in se ingreditur: seq; multiplicat: suam linquit unionem: sed procedit ad omnia: tota intrinsecus manens: per excellentiam cuncta superantis unionis: neq; dicere cuiq̃: neq; cogitare fas est: neq; possibile. Verum enim istud quoq;: ut neq; eloquibile neq; noscibile ipsi applicantes: cuncta sane transilienti participationis eius/quæ & intelligi & dici possunt: & id quoq; ut possibile est uiris: & nobis potissimũ: qui multis bonis uiris inferiores sumus inspiciamus. Sic itaq; ipsa pax animos conciliat. Sancta/inquam/& illibata est pax: quæ concordiam parit: discordias impias sedat: bella atrocia & impia explodit: arma deponit. Siquidem omnia pace uiuunt concordia: cuncta constant: conspiratione subsistunt: amicitia coeunt etiam bruta & arbores: cunctaq; elementa: ac stirpes: ætherq;: ac cœlestis sedes: & diuinarum mentium chorus: & deniq; quicquid in uniuerso rerum ambitu continetur. Vnde

Orpheus:Ante deos/inquit/omnes productus amor ab absolutissimo uniuersi principio canitur. Et diuinus rex/inquit/ uerbo domini coeli firmati sunt:& spiritu oris eius:quem amorem nuncupat:omnem eorum prodisse uirtutem. Quid enim inq̄ uera pace dulcius? quid consensu suauius? quid ad omnia conficienda prestantius? quid deniq; in humana societate foelicius? Natura enim socialis homo cū sit: inclinat ad pacem:hāc deus optimus praecipit:ratio suadet:iustitia petit:malorumq; moles cogit/expostulatq;.Hinc diuinus ille Ariopagita: ad primū/inquit/id dicendū:q; ipius per se pacis:& uniuersae particularis illa est:omnia quae adinuicem temperat atq; cōmiscet:iuxta inconfusam ipsorum unionem:per quam absq; diuisione ulla:distantiaq; cōiuncta:integra nihilominus in sua quaeq; specie durant: nihil aduersatione: admixtione turbata neq; quicq̄ confoederatricis ipius diligentiae ac puritatis offendentia:unam igitur quandam ac simplicem pacificae cōiunctionis intueamur naturam:sibi & eis atq; inuicem cuncta iungentem seruantemq;:omnia in confuso cōtinendo ea mera & cōmixta: per quā inquiens/diuini spiritus suimet intelligētiis inserti: his quoq; quae intelligunt cōiunguntur:rursusq; ad incognita scandunt:eorum quae mēti supereminent cōiunctionem.Enimuero perfecta illa:& cuncta perficiens pax: mere atq; impermixte per singula proprietatis custos atq; seruatrix est: pacificis prudentiis suis omnia seditione & confusione uacua:& ad se ipā & ad inuicem seruans: cunctaq; stabili & constanti uirtute ad propriam ipsorum pacem:& īmobilem constantiam figens.Nempe enim si quae mouentur omnia:non feriari ocioq; torpere: sed operari semper pro eorum motu cupiunt:id profecto diuinae omniū pacis desyderium est:quae omnia in se ipis ne possint cadere seruat:& cunctorum proprietatem ac mobilem uitam neue decidat: ne dimoueatur custodit. Dumq; mouentur ad se ipsam pacem seruantia: & eodē modo se semp habentia:quae sui sunt muneris peragunt. Christianam illam/ inquā/ pacem amplectite:profunditeq; clementiam:per quam discimus nō ultra bellare:neq; nobiscū neq; adinuicē: neq; aduersus illos diuinos spiritus: sed cum ipis potius diuina pro uiribus agimus: iuxta Iesus prudentiam:qui omnia in omnibus operatur:facitq; pacem: a seculo praedestinatam:& nos sibi in spiritu recōciliat: & per se ipi quoq; conciliat patri. Haec inquam pax beniuolentiā parit:quę regibus/pręsidibusq; pernecessaria: non sicuti Mosini Asiae populi: ut Arius disseruit: qui

beniuolentia spreta: cesa omni regia sobole: reges suffragio eligebant & eos in uinculis & custodia arctissima obseruabāt: si quicpiā praeter eorum uoluntatem egissent: uel minus diligenter imperādo deliquissent: inedia ac fame plecterentur. At magnus Alexander huiuscemodi facinoris grauissimas exegit poenas: Et ut Plutarchus memorat: graue fuit Lucullo: in bello: quod iam contra Mitridatem & Tigranem reges affecerat a militibus sperni: & Pompeium successorem suscipi uel accersiri potius conspiratione: quasi ille ad uictoriam a se partam accederet: ambitiose admodū aduocatus a militibus. Siquidem: ut Plato meminit: difficillimū est hominibus imperare: quos prospera fortuna extollit: sed facile iis qui aduersis casibus deprimerētur. Siquidem uictoria praedaque elati: luxu: libidinique dediti disciplinam militarē detrectabāt: Nam Domitius & Enobarbus: ut Appianus meminit: & plerique scriptores: Pompeiū: regem Agamennonē per ludibriū uocabāt: & Afranius illum detrectare bellum quo diutius imperaret: quo peractum est: ut illa Pharsalica ingētissima clades euenerit. Sic & Brutus militibus suis praeliū poscentibus: contra uoluntatem nostram/inquit/ Pompei magni instar compellimur militum imperio magis q̄ nostro arbitrio pugnaturi. Sic Arcadiae urbes a ciuibus desertae: & ad uastas solitudines peruenere: ob ciuiū in reges maliuolentiam: & regum saeuitiam. Et ut Plutarchus memorat: Clearchus rex Lacedaemoniorum disserebat: oportere milites in re bellica imperatores suos: magis q̄ hostes timere. Et Ptolomeus/qui Cyrenaicis primus imperauit: in regnū Aegyptiacum accinctus: omnia parricidiis & saeuitia miscuit: Alexandriā urbē opulentissimā ad solitudinem redegit: ut peregrinos ad ipsam incolendam expostularet: Romanique ipm obiurgauere: ut a tanta saeuitia discederet: aliter Romana expectaret arma: ea decere regem agere: quae iusta atque aequa essent: imperaturūque eum ac uicturū: cū non ex arbitrio sed Romanis legibus regnaret. Sic Harpalis inclementia in Phoceam Asiae urbem: nam uniuersus populus classe aduectus: in Lucania pars desedit: Veliamque urbem condidit: altera Massiliam statuit. Quippe beniuolentia est: quia & sola uirtute mortales conciliantur. Siquidē est naturale: ut hii a quibus recte gubernantur/diligantur. Tamen Xenophontis extat sententia: ingratissimū omniū animaliū in rectorē suū hominē esse. Quandoquidem nullū aliud animal insidiosum est ei: a quo alitur: nec fructus abnegat. Qua de re Isocrates ait/ex mortalibus

reges suos auguste colere q̃ Persas. Sic & Alexandrum uicto Dario ue
nerauere; Iouisq; filium nuncuparunt: Macedones praeclarissimi im
perium eius detrectabant: ob diuinos honores. Vnde in Melleagrũ
qui in eum: ut Plutarchus meminit: liberius in coena obloquebatur:
subridens/inquit/Alexander: inuidus homo sui ipsius tormentũ est.
Sed Demeades orator: Atheniensibus nolentibus diuinos honores
Alexandro decernere: exclamans ait: uidete dum coelum Alexandro
negatis: terram ei uestram tradatis. Sed Gellius meminit: q̄ poetae
Iouis filios plerosq; nuncuparunt qui fortitudine ac prudentia excelle
rent: ut Herculem/Aeacum/Minoa/Sarpedona: ferocissimos autem
& immanes: & quasi omni humanitate expertes: tanq̃ e mari genitos
Neptũni filios edixere: ut Cyclopa / Cerciona / Lestrigonaq; . Hinc
Achei: ut Plutarchus memorat: cum bellum contra Mezemos decer
nerent duce Philopomene: scientia rei militaris: & omni uirtute cla/
rissimo: cum suos fugientes in praelium reuocat: prolapso equo: in
subiectam praecipitatur foueam: ab hostibus capitur: tanta ducis ma
iestatate cõmoti a sanguine abstinuere. Nam prisci reges: ut sacerdo
tes uenerabantur: & sacris ac ceremoniis initiati erant: eorumq; hos/
pitio illa uana ac superstitiosa sacrificia fiebant. Hinc Romani: ut Li
uius meminit: q̄ regibus carerent: praefectum sacrorum regem uoca
bant: ne regium hospitium in eorum sacris deesset. Nec prisci inui/
dendum censuere: q̄ reges aliquibus arcaniora quaedam atq; altiora
concilia cõmittant: Et ut memorat Laertius de Chilone: uno ex sep/
tem sapientibus Graeciae: ipsum dicere solitum: nihil difficilius esse q̃
secreta credita tacito silentio recitare: tum etiam q̄ eadem plurimis cõ
missa aliena culpa quandoq; produntur: & eum quoq; suspectum red
dunt: qui tacuit: ut Patritius cõmemorat. Hinc comicus ille Philip
pides: Nam cum propter morum grauitatem: & uitae integritatem:
Lysimacho regi gratissimus esset: roganti eum quandoq; ut aliquid
a se peteret: respondisse perhibetur: nil aliud o rex abs te exposco nisi
ut nihil secretorum tuorum mihi credas. Vnde Appianus memorat:
q̄ Sextus Pompeius: Theodoz libertum miserabiliter peremit: ueri
tus dũtaxat:ne cõmissa ei secreta alicui panderet. Hinc Lucillius uetu
stissimus Satyrus: ille timẽdus erit semp: semperq; uerendus: Quẽ scis
scire tuas omnes maculasq; notasq;. Et ut inquit Curtius: Persae arcana
regũ mira celebrant fide: nõ metus nõ spes elicere potest quo prodant

oculta • Vnde Trogus de Hyſpanis priſcis quos ſæpe tormentis im/ mortuos pro ſilentio rerum creditarum: qui torquebantur nec propa/ larent • Hinc poetæ fabulantur: de Tantalo quem ſitientem in medio aquarum faciunt: & impendentia ori ſuo poma neutiq; attingentem• Apud inferos etiam hac pœna dãnatus: ꝙ credita deoꝝ ſecreta uulga uerit•Vnde poeta: Damnauit miſerum garrula lingua ſenem • Siqui/ dem neq; inuidendum cenſere ueteres illis ꝙ dubiis in rebus: qui im/ perio magiſtratuiq; præſunt / conſulunt • Fit enim plerunq;: ut hi ſe/ cunda quæq; fœlicitati ſuæ tribuant: aduerſa autem conciliis eorum quos rebus gerendis adhibent / deputantq; • Hinc Plutarchus: cum res Alcibiadis præclaras tamen: qui Athenienſium omniũ gloria: ac rerum geſtaꝝ excelluit: Si temperatior/moderatiorq; extitiſſet: nam hunc in cœlum usq; laudibus extulerunt: trophæis/triumphis/mune ribusq; expleuerunt: & qualis in eum fortuna erat: talis etiam ciuiũ aura proſequebatur • Sed improſpere geſta non fortunæ: ſed illius cul pæ imputarent: in exilium exactus: reuocatus quandoq;: de fortuna aduerſa: iniquoq; fato oblocutus: in obtrectatores nihil protulit: ne uulnera quidem quæ nõdum cicatrices obduxerant: recrudeſcerent • Sed illud Diogenis ad Ariſtippum: ut Laertius meminit: nec contem nendum: ſatius eſſe oleribus ueſci/inquiens/ ꝗ Dioniſio regi ſæuo in/ ſeruire • Et rurſus cum Carthero roganti: ut ad ſe accederet: honorifi ce moderaturus ſecum imperii ſui habenas: At ille/ ſalem Athenis lin gere malo: ꝗ tecum opiperis dapibus ſemper ueſci • Sic Lacides Cyre neus: ut Laertius memorat: qui nunciis litteriſq; accerſitus: ab Atta lo rege: cũ multa quoq; ei polliceretur: ut ad ſe accederet: ingentiaq; munera: ſocietatem/amicitiam/imperiiq; habenas: ſe ei imparturũ reſpondiſſe perhibent: ſe ingentes gratias regi referre: ſed tamẽ ad eũ neutiq; acceſſurum • Quandoquidẽ philoſophi: ut picturæ & imagi/ nes eminus nõ cominus conſpiciendi ſunt • Hinc Alexander: cũ Sido niæ rex obſediſſet nulla regia prole ſuperſtite: ut Arius meminit/ Plu tarchusq;: ſtatumq; rerũ perturbatum offendiſſet: exorabantq; ciues ut eis aliquem optimum præficeret regem: qui iuſtitia & æquitate omnes regeret: & inteſtinæ ſeditioni finem præſcriberet: Annuit Ale xander & ſe facturum ſpoſpondit: ſi prius indagauerit quis diadema/ te inter eos dignus eſſet: Occurrunt ei alii qui ſe nobilitate præferũt: alii dignitate: alii rei militaris peritia: alii conſilio ac uirtute: alii opi

bus ac potentia : quibus mature conspectis: Abactonimũ Sydoniæ regem designat : erat autem uir grauis : studiis bonarum artium eruditus : omni uirtute præcellens : ætate maturus : & formæ dignitate perspicuus : sed adeo inops ut operam sedulo oblocare consueuerit : ad aquam ex puteis hauriendam : hortosq; irrigandos : ut uitam misere duceret • Hic ut primum rex constitus est : tanta uirtute animiq; magnitudine emicuit : ut mortales omnes perciperent : sub palliolo sordido sapientiam inesse posse : & regum consilia a deo maximo emanare• Nam ita iustitia : æquitate / probitateq; polluit : ut omnium beniuolentiam habuerit : filiosq; ac nepotes posterosq; longa serie successores reliquerit • Et cum Alexander percunctatus esset : cur inopem olitorẽ & sine ulla maiorum cõmendatione : spretis tot opulentissimis ac nobilissimis uiris regem constituisset / respondit : ne generis aut potentiæ id : non dantis munus esse arbitrarentur • Et si Hiparcus quem ob magnam rerum cœlestium peritiam : diuinorum consiliorum compotem esse putabant : Syderum cognitione quadam: cum regibus & magnis & optimis uiris esse rebatur : animũ eorum in nouas stellas : post emerita humanæ uitæ stipendia : conuerti arbitrabatur • Falso quidẽ errore ductus censeo : & a diuina relligione improbata : ut alibi præclare : ac plene exaraui • Huius tamen sententiæ : & qui poetico figmento locuti fuere : reges illos qui iuste imperauere : & de mortalibus optime meritos : in stellas translatos esse : & cum hominibus æuo sempiterno frui : & sic cœlum omne regibus illis referserunt• Nam & Cretenses : Cœlum/Iouem/& alios : quibus cœli mundiq; imperium fabulose/impieq; tradunt • Vnde Diodorus/Argyreus/ait Iouem : post obitum in deum translatũ : ob studium in puniendis sontibus : optimisq; remunerandis : & q; mortales iustitiam colere docuisset • Sic & Octauius : cum stella crinita : ut Tranquillus meminit : apparuisset : cum ludi Veneris a populo peragerentur : & etiam perempto Cæsare: circa solem circulus rubei coloris : cum totius pene anni pallore continuo apparuisset : omnes edixere animam Cæsaris in cœlum a numinibus suscipi • Sic Trallibus in templo uictoriæ subito enatam palmam:sub Cæsaris statua : ante Pharsalicam uictoriam : Appianus memorat• Et Octauio sic euenit post Cæsaris obitum : stella cum sole tota die uisa : edixere illum fœlicissimum imperatorem fore • Sic de Christi dei optimi maximi ortu : Nam reges certo se sydere ammonitos : eo tempore :

eaq; regione ortum esse puerum qui rex Israhel: atq; adoratione dig-nus. Unde Calcidius Platonicus: cum de stellis sermonem ageret: est enim/inquit/alia sanctior & uenerabilior historia: quae perhibet ortus stellae cuiusdam: non morbos/ mortesq; denunciatas: sed descensum dei uenerabilem: ad humanae seruationis: rerumq; mortalium grati-am: quam a Chaldeis obseruatam fuisse / memorat / qui deum nuper natum muneribus uenerati sunt: quod quidem Balaam praedixerat uates. Orietur/ inquit/ stella ex Iacob: & consurget uirga ex Israhel. Nam Octauii aeuo haec euenere: quo Christus deus opt. max. ut ful-gentissimũ sydus emicuit. Unde Macrobius disseruit: ꝙ cum audis-set Octauius: ꝙ Herodes Iudeoꝝ rex: in Syria a bimatu & infra pue ros interfecisset: etiam filium eius necatum / ait: Pręstat Herodis por cum esse q̃ filium. Et Tranquillus memorat: ueterem fuisse constan-temq; opinionem: oriente toto: & esse in fatis: ut circa Neronis tem-pora ex Iudaea profecti: rerum summa potirentur. Idemq; oraculum ante obsidionem Hierusalem: Iosephus meminit: in sacris litteris cõ pertum fuisse: quod quidem aliis nullis cõuenientius q̃ apostolis ac-cõmodari posse uidetur. Siquidem in his oraculis designantur Iudaei quales fuerunt apostoli: ex Iudaea egressi: gentibus omnibus leges ubiq; daturi: cum etiam Sybilla eadem scripsisse uidetur: magnus ab integro seclorum nascitur ordo: ut & floreret uirgo: nouaq; progenies ex alto demitteretur. Edixere equidem prisci poetico: ut arbitror/ fig mento/syderibus portendi: uel aliquo horrendo coeli signo dira bella: Unde cum Philippus rex Macedonum: ut Trogus memorat: Grae-ciam inuasisset: coelũ sanguinea specie horrẽdũ apparuisse: quo nihil mortalibus usq̃ terribilius conspectum fuisse: terrificũq; sydus appa-ruisse. Ut Appianus scripsit: prius q̃ Pompeius & Caesar in Pharsali-cam aciem cõcurrerent: Et Herodotus asserit: ꝙ prisco Cyro per quie tem uisus est sol ante pedes esse: uerũ ip̃e ter frustra conatus est mani-bus appetere. Sed magi interpretauere triginta annos ip̃m fore impe raturũ. Et Deiotarus rex: ut memorat Iustinus: propositũ quodam iter ingressus: ad cõstitutũ redi ammonitus aduerso aquilae uolatu: & conclaue illud ubi mãsurus erat: ꝓxima nocte corruit. Ethrusci aruspi ces cõsulti an pręliũ in Persas ineũdũ esset: respõdere ex Terquitianis libris relatũ esse: ꝙ face uisa in cęlo: uel simile quicq̃ nõ oportere pręliũ cõmitti: ut Ammian9 de Iuliano Cęsare meminit: ꝙ lętali uulnere per-

fossos periit. Sed ut qui ueram scripsere historiam: ob eius Christi dei opt. max. relligionis insectationem: atq; nimiam sæuitatem: a diuo illo Mercurio: quondam legionum ductore: diuæ genitricis monitu transfossum obtruncatūq;: exauditæq; preces Christianæ relligionis: & tam impia pestis euulsa: ac diuino auspicio / præsidioq; extincta. At Cicero etiam memorat: Hannibalem: cum colūnam auream: quæ in fano Iunonis erat: perterebrauisset: solidamq; eam conspexisset: eamq; subripere constituisset: At in somnis eum monitū: quod si age ret: alterum amitteret oculum: ab eo neq; neglectum. Itaq; ex auro exterebrato bucculam curasse faciundam: & eam in summo colūnæ collocasse. Sic & de Octauio: ut Tranquillus meminit: comitabatur Cicero Caium Cæsarem in Capitoliū proficiscentē: & pristinæ noctis somniū comitibus forte narrabat: puerū facie liberali demissum e cœ lo aurea cathena ad fores Capitolii constituisse: eiq; Iouem flagellum tradidisse. Octauioq; conspecto illum esse asseruit: diuino sibi nutu ostenso. Itaq; post Cæsaris obitum summa extitit ratio: ut Octauius Consul designaretur. Sed cum cerneret Octaui mentem a rep. alienā imperioq; intentā: Et proinde Antonio adhesisse: exclamasse phibent: remp. a se delusam: qui illū ex insomnio Iunoniū puer edixisset. Nā illa uisio ad Christi ortū: diuināq; eius religionem se extenderat: ut Horosius & pleriq; scripsere. Hinc etiam eclipsis illa solis Christo mo riente: nō naturali instituto: sed preter ordinē naturæ facta: preclarissi me ostēdit: Christū ab altiori q̄ cœlesti ordine ortū: eclipsim qdē fuisse illud nobis argumentū est: q nō licuisset Christi discipulis in re tā ma nifesta mentiri. Quid q Eusebius in ipis gentiliū historiis: idē asserit se legisse. Idem & ante Eusebiū: & Lucianus Anthiochenus: atq; Ter tullianus Fregro quoq; Olympiadū scriptor: defectū solis prodigio sum eodem quo & nos tēpore cōprobat cōtigisse: q autē prodigiosus fuerit Dionisius Ariopagita: Apollophanesq; philosophi iuxta Helio polim una deambulātes: oculis ipis apte uiderūt: & disputauerūt subti liter: pbauere: Qd qdē in epla Dionisii ad sapientē Polycarpū legim9. Idē hinc cōiicim9: q nulli dubiū Iudeos Pascha: ex lege semp luna dū taxat plena celebrauisse: eodemq; ipo tpe Christū affixisse cruci. Vnde certissima ratone cōphendit: tū defecisse solem pter omnē nature ordi nē: ut uidelicet cœlū morieti Christo ita nouis tenebris testimoniū p hiberet: queādmodū & nascēti testimoniū noua luce phibuit. Siqdē &

prisci edixere: regna & impia sępe a numinib9 pdicari: nã Cyrus: ut Herodotus meminit: ut & alias memorauimus: qprimũ in lucẽ editus est: alitibusq; ferisq; exposit9: tñ diuino nutu seruatus: & a fœta cane uberibus educatus. Sic & urbis cõditores a lupa: & Abidus a cerua. Et Phalaridis tyranni mater: cũ in uentre ipm gestaret: uisa est scdm quietem: pręstigioso ut reor somnio: Mercuriũ patera: quã dextra teneret sanguinẽ fundere: qui statim feruesceret adeo: ut tota dom9 sanguine redundaret. Nam diram Phalaridis imanitatẽ sęuitiamq; osten disse fabulantur. Et Tranquillus memorat: Agrippinę Neronis matri consulenti imperaturus ne esset filius: respondere Chaldei: fore ut imperaret: sed ipãm interimeret: quibus illa interficiat/inquit/dũ imperet. Et in Romanoꝶ annalib9 priscisq; monumentis legit: q Tarquinio prisco regnante: masculi sexus genitale subito ex igne emicuisse: & cũ illic sederet Ocresta ancilla Tanaquilis reginæ: forma cõspicua: se tactam exclamauit: repente grauida apparuit: ex qua Tullius rex ortus: & hic cũ in cunis cubaret: confestim ei caput exarsit: creditumq; est illa uana ac futili supstitione: filiũ Laris familiaris esse. Proinde compitalia & ludi laribus primũ instituti sunt. Sic ut Arius meminit: a Chaldeis Alexander monitus est iminere ei fatum si ad Babylonem accederet. Et Tranquillus disseruit: q Cæsari Spurinna uates predixerat: idus Martias ei fatales esse: & cũ iã aduentassent: Cæsar p iocũ: ecquid scis/ ait/Idus Martias aduenisse: tũ ille/ ecquid scis illas nõdũ pręteriisse. Et Ammianus meminit: q Ethrusci inopia gloriari æquũ esse ducere: q Calliã maximis illis diuitiis: cũ pleriq; in deterrimos diuitiis abutat usus. Sic de Epaminonde Thebano: ut refert Plutarchus: q cũ patriã bellica gloria illustrasset: cũ antea nõ uictoriis & trophęis: sed cladibus insignibus illustris erat: adeo pecuniaꝶ cõtẽptor extitit: ut funeris sumptus resp. ipã exoluerit. Sic & Agrippa: uir tãti nois dignitatisq;: ut Valeri9 memorat: & Mumius qui Achaiã deuicit: & Corinthũ euertit: Italiã signis ac tabulis repleuit: ambo inopia oppressi decessere; alter nec filię dotẽ reliqt. Nã qui ignauia & luxu: intẽperãtiaq; inopes effecti fuerint: hi/ut inqt Plautus/comicus/ piaculũ est nos misereri: & hominũ rem suã male gerentium. Nam Lysander Fabius & alii illustres uiri inopes: tamen resp. imperio atq; regnis auxere: trophæis uirtuteq; illustri. Quippe & qui reip. pręsunt: rei frumentariæ curã haberet decet. Hinc Octauius: ut Appian9 memorat:

q̃ cũ Sextus Pompeius maria oia preoccupasset: Romæq; ob annonæ inopiam tumultuaret:cũ Octauius ipse quid nã querelæ esset: derisus & paucis satellitibus stipatus omnibus contemptui fuit:& iactis in eũ telis repulsus: nõnullis cõmilitonibus cesis. Proinde ab Antonio adiu tus eũ intra domestica penetralia trepidũ redegit. Sic & Cæsar in cõ mentariis scriptũ reliquit:q̃ Gallos/Cymbros/Theutonesq; bello ob sessos: fame atq; inopia rerũ omniũ adeo ad extrema compulsos fuisse ut corporibus eo℞ qui per ætatem ad bellũ inutiles uidebantur:uitam tollerauerint:neq; se hostibus tradiderũt. Vnde præclarę Syllius:rapi di ieiunia insolitis adigit uesci. Et Cato difficile est/inquit/Quirites au ribus uentrem uerba facere. Et ut Appianus cõmemorat:milites Iulia ni Cæsaris consumptis frugibus extremã famẽ timentes: illũ probris incessabãt Grę culũ ac fallacẽ uocitantes:stolidũq; sub sapientiæ specie Vnde probe Lucanus: nescit plebs ieiuna timere. Siquidẽ propriũ op timo℞ est uirtute callere: neq; probris magistratus lacessere: etiã clam cum nihil diutius mortales uates Iulianũ Cæsarem monuere:ut Phry giæ caueret locũ: si cruentã uellet euitare necẽ. Siquidẽ dei nutu om nia euenire: accidereq;:nec syderũ prodigiosis signis hæc emanare:sed diuina illa sempiternaq; prouidentia. Nam cui mirũ: si orbis condi tor & parens deus ille summus: ita partes mũdi singulas temperauit: ut & in mirabili dispositiõe syderũ: sua diuina prouidentia condidit atq; disposuit. Sic & Christus ille omniũ rex in summa totius orbis pa ce:sua humana forma salutauerit: Quãdoquidẽ & diu antea per Pro phetas suos cœlestia tũ regredi iusserit cõtra naturã: quę qdẽ prodigia Dionisius narrat:Babylonios/Persas/tanq̃ diuina opa in annalib9 suis annotauisse:Similia quędã apud Platonẽ legim9: q̃nqdẽ historiã poe tæ: ut oĩa solẽt:in Phaetontis fabulas: & alia quędã silia trãstulerunt. Deinde diuina lex:sanctaq; relligio:neq; ab inferiorib9 neq; a supiori bus corporib9 ꝓficiscit̃: cũ incorporei/ boniq; dei gr̃a: corporea cũcta tũ uita cõtendat:tũ affectu & cogitatione transcẽdat: neq; ulla ratione pẽdet ex fato:quę fatũ ipm̃ semp negat & dãnat:neq; ab hũana uel na tura uel prudẽtia orit̃:quę & ea negligit:& imenso quodã sup ipam in deũ eleuat̃: ut inqt Academic9:in imẽsum se ꝓculdubio a solo pricipio ꝓuenit infinito: quę solũ appetit i infinitũ diuina lege illustrata: quã aliqñ de9 ipe solus: ad solã clementiã suã:per nunciũ illũ splendidissi mũ: ab ipso præelectum ad mortales ipsos emiserit. Sic itaq; morta

les ipsi a deo optimo præsidium expostulent: uirtutiq; se dent: & qui clariores sunt genere: omni studio nitantur: ut præcellentiores euadant: ne obscurioribus exuperentur: & qui nullis maiorum meritis: ut Cicero inquit: cōmendantur: propria uirtute niti debent: ut nobiliores illos peruertant. Nam quanto meliores sunt genere: tanto uirtutis splendore illustrentur oportet. Hinc Plutarchus memorat: Callyas qui prædiues fortuna non uirtute illustratus: primas rei publicæ partes exposcebat: Aristides uero quem præ inopia contemnebat in certamen prouocabat: At ille se longe magis usi fuere. Hinc Appianus: q cum Romani: Tyberium & Caium Gracchos bene de se meritos male defendere: at post obitum deiectas illorum imagines restituerunt: nouasq; erexere: sacellaq; construxere: sacrificiaq; ibi peragebant: ut in alioꝝ deorum templis mos erat: & capita illa quæ non puduit Oppimiū Consulem pari repenso auro licitari inter numina uenerata fuere. Hinc Phrygius ille defossor: qui audita Antigoni morte: in agello suo: multo altius solito fodere cœpit: tum altitudines scrobis uicinum quempiam admirantem: rogantemq; quid quæreret: tunc illum respondisse: Antigonum regem: nō tamē q ille bonus fuisset: sed q in omni uita sua: deteriores semper prioribus principes succedere meminisset. Sic & aniculam quandam Dionisio respondisse perhibent: cur pro eius salute deos oraret: ne sæuiores imperii habenas moderarentur. Quippe longe facilius est unius uiri sententiæ obsequi: q̄ tam multis & diuersis uoluntatibus inseruire. Hinc Demosthenes ille orator: cum in exilium ab Atheniensibus exactus esset: arcem Athenaꝝ: & altiore uoce dixisse ferť: o Pallas urbiū custos: cur tribus truculentissimis belluis delectaris? noctua scilicet: dracone & populo. Nā hæc tria signa superstitiosa prisca gentilitas Palladi tribuebat: ut qualis princeps esse deberet ostenderetur: ut uigil prudensq; sit: & populum fautorē habeat. Quippe & principibus cōuenit uniuerso mortaliū generi occurrere: Hic ille Alexāder: ut Ari9 memorat: habita Ilionis uictoria: nō tñ urbi pepercit: sed ciues maxima amplex9 ē beniuolētia: ductus Homeri poemate: Siqdē loca quędā oculis cernere: nollet q; ab indigenis audiret. Nō sic Gylippus Lacedęmoni9 Syracusis: ut Tucidides meminit: Demosthenē & Niceā Atheniēsiū duces ingenti prælio superauit: Nicias ipse ad genua Gylippi prouolutus: ut occidioni parceret: & magis miserā permitteret agere seruitutem: Proinde ali-

qui ad lapicidinas instituti: quorum pars maxima morbo aut inedia consumpta fuit: alii inusta caracteris in fronte nota uenundati: Soli Euripidis tragici auditores libertati condonati: cum latere ueritas nequeat. Vnde optime poetæ ueritatem temporis esse memoriæ filiam fabulantur: quare Aegyptii sacerdotes differebant: alius de alio iudicat dies: supremus de omnibus: Nec principes ipsi ex cõmentario magistratum gerere debent: ut Vitellius Cæsar peragebat: talia qui nũc memorat: qui alieno imperabat præscripto. Sed Marcus Antonius Cæsar: ut Aelianus ac Herodianus scripsere: Siquidem ad eum omnibus aditus patebat: non fortuna: non inopia: nõ deformitas aut ætas quempiam excludebat: & comitiis frequenter usq; ad noctem indefesse semper aderat: nec ante e curia discedebat: q̃ Senatus dimitteretur: dixissetq; Consul: nihil amplius uos moramur patres conscripti. His tamen indulgentissimus / mitissimusq; semper extitit. Tamen principes ipsi/magistratusq; non omnia semper callere queunt. Itaq; cum natura uario more homines in lucem deducat: nec in omni æuo quispiam inuentus est: cui omnia suppetãt: quæ ad omnes uitæ actus spectant: quiq; semper agat: quod iustum/rectumq; sit: Vnde prisci aiebant: neminem esse qui omnibus horis perfecto & pleno pectore saperet. Hinc Plutarchus disseruit: ꝙ Cæsar ambitionis incessitur: Alexander temulentiæ: Pyrrhus subiti consilii: Hannibal ambiguæ fidei: Fabius lenti certaminis: Marcellus affectatæ pugnæ. Vnde illud Maronis: nõ omnia possumus omnes. Hinc etiam Plutarchus de Milassa urbe quondam opulentissima: duobus Iouis templis illustrata: & optimis nobilitata institutis: eodem tempore duo oratores principatum tenebant: Euthydamus & Hybreas: alter perutilis erat reip. sed uiolentus admodum ac difficilis tolleratu: ad quem Hybreas. Euthydame malum es ciuitati necessarium: nam tecum molestе uiuimus: & sine te uiuere non possumus. Sic Macedones Alexandri Philippiq; morte oblectati fuere: Vt qui maiestate splendore duorum regum illustrati fuere: non agnoscerent. Sed postq̃ Antigonus: & Cassander & pleriq; alii truculẽti atq; sæui successere uirtutes Alexãdri & Plilippi: animiq; magnitudinẽ: ac reꝝ gestaꝝ gloriã metiebant & cũ ab inferis eos eximere haud quirẽt: nõ solũ hũanis honoribꝰ honestabãt: sed etiã diuinis honoribꝰ: tẽplis/aris/sacrificiisq; uenerabãt. Sic & Atheniẽses in illis: amiciue beneficio euasere. Hinc illud Galbæ

Cæsaris: ut Tranquillus memorat: optimũ esse milites deligere: non autem emere. Sic & Liuius cõmemorat: ꝙ superata Carthaginensiũ classe apud Hegatis insulas a Caio Luctatio Romano Consule: Pœni statuere pacem cum populo Romano inire: qua peracta uiginti milia militum: mercenarii tamen a Carthaginensibus desciuere: Vticam & Hyponem: & pleraq; alia oppida ad defectionem compulere: Carthaginemq; ipsam obsedere: coactiq; fuere Carthaginenses a Romanis auxilium petere. Sic itaq; militum beniuolentia pernecessaria: & deligendi non emendi. Siquidem & illi principes prisci: etiam artifices qui urbes exornant excoluere. Nam & Thyrum Phœnicum urbem: quæ artes plurimas callebat extulerunt. Nam & purpuram optimam & quæcunq; ad uestes inficiendas attinent habuit. Sic & Sydon: eiusdem regionis urbs: ut Homerus meminit: & Memphis Aegyptia tenuitate telarum aliis omnibus præstitit. Et Borispa Babylonica urbs: Dianæ & Apollini tunc consecrata: futili illa relligione: maximi lini usum habuit. Itaq; tales artifices amplectendi: & qui rei publicæ præsunt: qui uero libidinum: Venerisq; ministeria præbent hi exagitabantur. Sic Tyberius in hoc laudem meruit: ut Tranquillus memorat: ꝙ popinas: ganeasq; inhibuit. Vnde etiam opera pistoria proponi uenalia sineret. Et a Nerone: Tranquillo autore: uetitum: nequid in popinis cocti: præter legumina & olera uenirent. Sed agricultorum ars amplectenda: ex ueterum sententia: ex illis enim: ut Vegetius & Moderatus meminerunt: milites deligebantur: sunt enim corpore robustiores & facilius labores bellicos: q̃ ciuilis iuuentus: quæ urbanis umbraculis delitescens delicias / tolerant. Hinc Marius ille septies Consul: ut Plutarchus memorat: Et Viriacus Lusitanus: ex pastore dux: qui totiens uario Marte cum Romanis bellum gessit. Sic & Ventidius Bassus quidem mulio fuit: mox cum Cæsare militauit: ad tantam fortitudinis laudem peruenit: ut Imperator ab exercitu appellaretur: Consul deinde factus: de Parthis triumphauit: ceso Pacoro rege cum omni eius exercitu: consularia signa quæ Crassus amiserat: magna gloria Romanis restituit: Romamq; triumphans ea aduexit. Siquidẽ Crassus magis cupiditate q̃ gloria contra Parthos bellum susceperat: id Plutarchus cõmemorat: & si in adolescentia admodum liberalis esset: nam & singulis amicorũ affiniumq; quattuordecim agri iugera dono

dedit: & cum quispiam efferreret: id sibi neutiq; satis esse: cui ille: cupiditatem eius obiurgans: neminem parum possidere: qui ex annuis fructibus se familiamq; suam honeste alere possit. Siquidem sic Aristoteli placuit: parcitas magis mortalibus a natura insita est q̄ liberalitas Siquidem imbecillitas ac inopia senectusq; parsimoniam edocent. Et si prisci Romani simulachrū boni euentus colerent: quod dextra manu pateram sinistra autem spicam ac papauer gerebat: ut ostenderent facilem somnū obrepere: qui ex frugibus prædiorum affatim alerecͭ: fuerat enim Euphranoris opus: ut Plinius meminit. Sic & prisci nō aurea simulachra peregere. Nam & illud Deli ab Erisichtone Apollini consecratum ligneum fuit: Sic etiam priscum Palladi: quod Athenis erat & aliud etiam Samo/Iunonis: ut Callimachus meminit: Pæras quoq; qui primus Argolicæ templum Iunonis condidit: ex Pyri trunco imaginem deæ fecit. Nam & Persius: antiquos referens ritus: deos ipsos auro & argento nō indigere/refert. Dicite pontifices in tēplo qd facit aurum: Nempe id quod Veneri donatæ a uirgine puppe: nam aurū sacra Numæ Saturniaq; impulit æra: Vestalesq; urnas: & Thuscum fictile mutat: & ut Isocrates regi suo edicebat: Nam qui aurum argētumue principibus dono afferunt: nō tam largiri q̄ mercari ac fœnerari uidentur. Hinc Zeusis cum iam opulentior/ nobiliorq; ex arte factus esset: opera sua condonare cœpit: Et Pana Archelao regi largitus est: ut Plinius memorat: Alcmenem autem Agrigentinis: a quibus quidem longe maiora suscœpit munera q̄ si in auctione uenundasset: asserebatq; se ideo dono dare: quoniam parem emptorem non reperiret: cum tanti extimaret: q̄ nullo satis digno precio extimari possent: Sed augusti animi principes illi: ut Patritio placuit esse uidentur: qui priuatorum munera exoptant cum ipsi nihilo indigeant: & ab indigentibus dona accipiant: Et si Persarum reges: ut Herodotus cōmemorat: obuiis mulieribus aurum dono dabant: uiris autem sagittas & iacula ut ostenderent fœminis frugalitatem ac parsimoniam curæ esse debere: sed rem militarem uiris. Proinde quibusq; annis prēmia proponebant his qui plures filios alerent: quo maior ciuiū numerus reip. asscriberetur. Sed Pœni reges caput cęsi a se hostis offerenti aureum poculum donabant: Pęonum ductorq; qui cum Alexandro militabat interfecti a se hostis caput prēferens: munus patrio more poscebat. At Alexander subridens: reges uestri/inquit/uacuū poculum ego uero optimo

uiro propinabo: & ut Plutarchus astipulat᷑: Cyneas a Pyrrho cũ ingẽti bus donis Romã missus: quẽpiã reperit cui9 dom9 munerib9 pateret. Sed Demosthenes Persaꝝ regũ munerib9 pellectus Atheniẽsiũ odiũ cõtraxit in exiliũq; exactus: & cũ obuiã inimicis qbusdã suis occurreret: qui primo trepid9 aliquãtulũ sustulit: at illi placidis/ blãdisq; uerbis eũ solãt᷑: officiũ uiaticũq; singli pollicẽt᷑: Ingemuit tũc Demosthenes: quo nã pacto/ inqt/ exiliũ ęquo aĩo ferre possum: cũ ex ea urbe trudar: in qua tales inimici sũt quales amicos in aliis urbib9 est difficile inuenire. Siqdẽ optimi magistra tus: regesq; illa munera exoptare queũt: quę ab Homero eis collaudantur: fama animis populi illabit᷑/ inqt/ Et Naso laudataq; uirtus Crescit: & imẽ sum gloria calcar habet. Et Neuius/ gaudeo abs te laudari pater laudato uiro: quasi p̄clarã laudẽ eã tñ esse putet: quę a laudato uiro ꝓficiscit᷑. Hic Cicero: & nõ modo oẽs uerũ etiã multi Catones essent in ciuitate nr̃a: in qua unũ extitisse mirabile est: quẽ ego currũ: aut quã laureã: tuę laudatiõi cõferã: nã eã uerã esse censeo gloriã: quę ex laudę recte factoꝝ: magnorũq; in hoĩes meritoꝝ ꝓficiscat᷑: nõ modo optimoꝝ uiroꝝ iudicio sed multitu dinis etiã cõprobata. Siqdẽ & si pleriq; esse censeãt eos qui domi ociosi re sident: q̄ qui lõgas peregrinationes sequũt᷑. Hinc Claudianus: Erret/ & extremos alter scrutet᷑ Iberos: Plus habet hic uitę: plus habet ille uię. Et Gyges regũ omniũ terraꝝ orbis opulentissimus: cũ Apollinis oraculũ cõ suleret: quis nã eo fœlicior esset: Angraniũ uirũ optimũ: qui in augũstissi mo Arcadię angulo paruũ agellũ colebat: ex quo nusq̄ egressus: ut tertiã ageret ętatẽ tonsus tñ. Nam & Alexander suos milites edocuit: ut tonsi essent: cũ minus ab hostib9 offendi queãt: nec manicatos: a uestimẽtis: ac indumẽtis nimiũ obrutos: quos etiã Cato ita exoptabat/ expostulabatq;. Sed unde defluximus sermo redeat: Siqdẽ opifices etiã minimaꝝ artiũ: laudis studio accendũt᷑. Hinc Sauros Ebothracas/ Lacones/ architecti sta tuariiq;: Hi tẽplũ Octauii cõfecere: & cõplura ꝓpria impẽsa cõstruxere: laudẽ solius inscriptionis sperãtes: sed cũ artificũ ęmulatoꝝ denegaretur: nec pręcib9 cõsequi mallẽt: alio argumẽto usurpauere. Hinc colũnaꝝ siq dem epistillis suoꝝ nominũ sculpserũt: lacertũ scilicet & ranã: Nempe al ter lacertus: rana alter nũcupabat᷑: sicq; ab obliuione suscępti operis uen dicarũt. Et Phidias effigiẽ suã in clypeo Mineruę sculpsit: cũ nomẽ nõ li ceret scribere. Et Fabius pictor uir illustris & pluribus dignitatibus in re publica functus: ne laudis gloria fraudetet᷑: nomẽ suũ inscripsit. Vnde Aristoteles laudẽ esse disseruit: uolũtatũ ac reꝝ gestaꝝ: ac uerboꝝ illustriũ amplificationũ: & eoꝝ quę desunt accõmodationẽ. Et si Cicero: cauendã esse censeat glorię cupiditatẽ: Quippe quę libertatem animi eripiat: pro

qua magnanimis uiris omnis debet esse contentio. Hinc Aristoteles principem qui nõ satis est præmii honore gloriæ tyrannũ fieri: quandoquidẽ uoluptatibus & diuitiis inhiet: & ad rapinam/iniuriamq; cõuertitur. Siquidẽ & præclaros illustresq; duces laudis gloria / honoreq; defraudent: in sæuitiam ac tyrannidem illos impellunt: ac magnis præclarisq; actionibus eos distrahere. Sic & Themistocles Atheniẽsis: & Coriolanus: quorũ uterq; populi ingrati iniuriam passi: ad hostes se contulere: planeq; docuerunt: fortibus uiris famã nequaquã esse negandã. Et denegatus Cæsari triũphus: remp. inuasit. Sed præclarius Sylla: cũ Pompeius ob Ciliciam recuperatã: nõ tñ aucto imperio: triũphum expostularet: Syllaq; haud annueret ob ætatẽ imaturã: At Pompeius plures esse respondit: qui orientem q̃ occidentẽ solem adorant: At Sylla exclamans/inquit/ triumphato igitur. Sic Sertorius uir pugnacissim9 cũ in Marsico bello optime se gessisset Romã rediit: & cũ in theatrũ ut moris est spectandi gratia cõcessisset: totius populi plausu exceptus: exarsit inuidia Sylla: & a tribunatu reppulit: uir tãti nominis & animi ex urbe discessit: pulsis prætoribus Hyspanias obtinuit: indignatiõe duct9: Romanorũ duces profligauit: nõ sine totius Romani imperii maximo detrimẽto: ac mortaliũ cæde. Clæsides pictor præclarus ad reginã Stratonicem se cõtulit: ab ea cõtentus: reginæ imaginẽ quasi spirantẽ depinxit: cũ quodã piscatore ludentẽ: cuius amore flagrabat: tabulamq; depictã noctu in Emphesino portu clam proposuit: & confestim uelis raptus abiit. Sed regina rem dissimulans tabula sisci iussit: nec uoluit euelli: quãuis utriusq; imago dinosceretur. Ingratitudo indignatioq; multotiens magnis imperiis rerũ publicarũ exitiũ eduxere. Quis/inquam/omni sublata spe præmii: quod ab ingratis sperare nõ possumus: beneficentiæ & liberalitati locũ esse putabit? nihil equidẽ in omnibus diuinis atq; humanis rebus fieri posse censeo: nisi quædã poscentibus præmia: quæ uel accepta prius fuerint: uel saltem exposita accipiantur. Hinc Romanos: Thebanos/Athenienses/ Carthaginẽsesq; exquiremus. Nam pœne omnes qui late rerũ: persancte atq; optime de rep. meritos ciues habuere: ex his plerosq; aut exilio ignominiose: aut sæui nece sustulere Quæ res si impia uisa esset & pernitiosa: nusq̃ in eam uniuersi adduci sententiam potuissent ut aut superiori Africano Romani exiliũ: aut posteriori mortẽ intulissent. Quid inq; Marcũ Furiũ Camillũ: uirũ illũ illustrem quidẽ: & cæteris omnibus pietate/fortitudine/ gloriaq; præstantẽ: Sed ex ea urbe: quã anteq̃ exul fieret: pulcherrimis p̃clarisq; exornauit trophæis: & in exilio ab hostibus atq; incẽdio exemit: & ne desereret effecit. Quid Nasicam: quid Lentulũ / & alios plerosq; uiros: sane illustres: & reip.

summe necessarios: insigni tñ ingratitudine oẽs agitatos. Hannibalẽ Carthaginẽses pepulere: Amilcarẽ Alexandri cõsilia suis ciuib9 patefacientẽ interfecere. Athenienses ex ea urbe Theseũ pepulere: quã ipse extruxerat: qui regis filius: qui eã condidit aut cõstituit: in Schyro priuatus extinguitur. Aristidẽ: & re & cognomento iustũ: cũ uictoriã omniũ pulcherrimã: apud Marathonem Atheniensibus peperisset: in exiliũ exegere. Quid uestrum illũ Eschinẽ: qui exiliũ suũ cõmune sibi cũ Aristide gloriat': Quid inquã edicam: Demetriũ cuius tot pulcherrimas imagines cum in foro collocassent: paupost illũ necare nequiẽtes: trecẽtas sexaginta sex ei9 statuas cõfregerũt. Quid in Socrate sequi9 agi ualuerit. Vnde urbẽ illã & doctã o ciues: o urbes eo℞ uirtute incolumes: & a maximis periculis ereptas: ab his incredibili amore cõplexi expectabit: inq̃ quid tã gloriosa mors pagat cũ sanctissimũ munus sit gratitudo: & necessitudinis uinculũ: ab ipa natura mortalib9 insita uel a beneficio℞ collocatiõe ꝓficisci' . Quippe qui de rep. uiri illustres benemeriti eluxere: ut a qua illustrati fuere: ne ei ingrati uiderẽt': ꝓprias soboles prostrauere: ut dignos ad imperii moderationẽ derelinquerent. Sic & Alexander: cũ Herculem filiũ optime indolis: & Arideũ fratrem: ingenii comitate eximiũ: & ex Rossane uxore posthumũ haberet dignissimũ tamẽ heredem nuncupauit: unde exemptũ exdigito annulũ Perdicæ dono dedit: ut ostenderet regno dignissimũ. Sic & Phrahates Partho℞ rex: cũ plures haberet filios: relinqueret oẽs: ut qui illos ꝑ ęta tem minus utiles regno futuros duceret. Et Mitridatẽ fratrẽ: uirũ fortem: ętate integrã: & rerũ successione dignissimũ/instituit: ut ostenderet regẽ longe pluris imperi dignitatẽ q̃ paternã indulgentiã facere decere. Hinc Aegyptii: Diodoro astipulante: quo tutior inter plures filios esset heredis electio nullus spuriũ esse existimabãt: etiã si ex serua quispiã genit9 fuisset: Patrẽ eñi solũ generis autorem esse percensebãt: matrem aũt & nutrimentũ & locũ filio prębere asserebãt. Sic & Romani: Spuriũ pronomen honoris ac meriti ostenderẽt. Quippe cũ eũ iudicarẽt: qui nõ paternis opibus: nec materna cõmendatione: Sed ꝓpria industria rẽ familiarẽ statuerit: & propria uirtute laudem ac dignitatẽ fuerit assecutus. Sic & Commodus ille: oĩb9 incõmodus: ex Antonino patre omniũ Romano℞ principũ optimo: ipse i se oĩm dedeco℞ ac scele℞ colluuionẽ cõtraxit. Sed ꝑclarius Nerua Cęsar: Traianũ: impii heredẽ reliq̃t: qui cũctos principes: trophęis & iustitia supauit. Et Antonin9 Pi9: Antoninũ oĩ pietate ac iustitia: disciplinaq; militari insignẽ impio ꝑfecit. Et pleriq; alii id pricipes pegisse historici memorãt. Et Diocletianus Cæsar secũ sæpenumero cõtẽplans fortunę mobilitatẽ: decreuit impio se abdicare: & in priuatã secedere uitã:

gestoꝝ Pompei admonitus : ueteranus princeps cũ quisq; de reb9 futuris ambiguus sit : nec moratus est incerte uicissitudinis aleam· Raro ení per manẽt usq; ad exitũ successus:& si in Augusto primo fuisse uideant̃:tñ & acceptæ in Germania clades:& domesticę libidines:hoís fęlicitatẽ turbauere : & quod minus fieri debuerat : Liuia uxor:uenenatas porrexit ficus ut cunctantẽ in sene necẽ citius educeret · Siquidem philosophi asserunt dominatũ appetere sapientis nõ esse : idq; cogitasse Octauiũ scribunt : se uetitũ ab amicissimis · Et Marcus Aurelius : imperiũ molestias uocabat: tamen ambo se excusant:& rem laudabilem ab amicis impeditã asserunt· Verũ ille sibi uixisse testari potest:qui priuatus sine rerũp·cura: & studio so ocio rei rusticæ fœlicissime indulsit·Siquidẽ:ut Diocletianus asserebat nihil esse difficilius q̃ bene imperare: nã quisq; pro uoto de principe obloquitur ; ad hæc principẽ cubiculo clausum : uera minime noscere : aures suis pręberet:& hoꝝ uerbis accẽdi ac sedari:magistratus creare · Deniq; sit qui imperat bonus:sit caut9:sit optimus:omnino uendit̃ ab aulicis ac decipit̃: & interrogatus:quę esset potissima in principe dos: respondit: liberalitas & clementia: Hęc cũ in Aureliano defuissent:asserebat ducem esse debuisse:nõ principem·Quippe magistratuũ officiũ est regũq;:in sola cõscientia uirtutis munus expectare·Hinc Brutus : quid ení/inquit/melius est q̃ memoria recte factoꝝ gloriari:& negligere humana: deum ip̃m opt· max·excolere:ab ip̃o perennia munera cõsequi·Siquidẽ & si sapiens maximũ uirtutis munus in conscientia recte gestoꝝ statuat : eaq; satis cõtent9 uiuat : tñ diuina illa uirtus:quæ in retribuendo uberrima semper est: longe pulchriora/illustrioraq;:in cœlesti penniq; patria tribuit: quæ nec mortaliũ mentes excogitare queũt·Hinc Satyrus ille:Proinde deus non satis præmii esse putans quicquid a mortalibus tradi potest ; his qui pietatem ac iustitiam coluerint : utq; rẽp· q̃optime rexerint : cœlestis imperii consortes illos reddit: & cũ illis diuinis spiritibus sempiterno fruentur æuo· Hæc inquam illa beatitudo est ; quã Plato uirtutũ munus edixit : & Cicero uerã nuncupat fœlicitatem·Hæc est inq̃:illa Christiana relligio:quę Christũ ip̃m ; dei filiũ unicũ e cœlo emisit ; qui mortales ip̃os disciplinis ueris instruxit ; ad quem omnes accedere decet ; si fœlices esse uolunt ; & cũ diuinis illis spiritibus uita frui perenni·Nam relligio illa cœlestis ; nõ ex corruptis rebus:sed ex uirtutib9 esse cõstat:& eo cultu qui oritur in cœlo ; in quo mens colentis se ipsam uictimam sciscit · Siquidem hac conditione gignimur ; ut generati mortales ipsi deo optimo maximo iusta & debita obsequia præbeant ; ipsum solum nouerint ; illumq; sequantur· Siquidem diuina ipsa relligio ; uirtusq; illustris ; nulla laudatione egeat·

Nam cultus summi parentis optimus quidem est: idemq; castissimus: atq; pientissimus ac sanctissimus: ut eum semper pura/integra/ incorrupta: & mente: & uoce ueneremur/ colamus / obseruemur / adoremusq; • Quippe ex omnibus rebus quas dii immortales hominũ generi tribuerũt Siquidem innumerabiles sunt nihilq; expostulat ipse deus summus præter animũ expeditum atq; sincerum & omni terrena cogitatione uacantẽ sic auspicia/uota/cerimonias/& uestibus illis prope simillimis quę nõ nisi candidissimę solent adhiberi • Sic inq̃ quæ ad diuinam illam Christianã religionem conspectant omniũ quæ sunt queue fuere optimũ atq; sanctissimũ animũ exoptat longe purissimũ nullo fuco:nullisq; obscenis:atq; illecebris deprauatũ • Nempe deus ipse immortalis non munera intuetur: quorum minime ille quidem indiget: sed animũ respicit cuius affinitate & tanq̃ amicitia oblectatur quem si pollutum/contaminatumq; cognouerit: nihil secum putat habere cõmune: sed a sua potius natura decrrantem:exutum excellentia perenni illa & diuina censet cœlestisq; diuinitatis propinquitate nudatum spoliatum ac exutum: Itaq; cum animus ipse gratiaꝝ sit domicilium quo quicunq; uacant:nec sentiunt gratias: ut admittunt: nec beneficio aliquo/maleficioq; tanguntur: Animus ipse mortalium deum ipm summũ amplectetur: ipsumq; solũ contempletur adoret/ueneretur/ colatq; •:•

¶Finis Quindecim libroꝝ de Priscis & sacris institutis•

ORATIO eiusdem R. P. D. Mercurii de Vipera Sacri Palatii Rotę Auditoris.

S

Epe mihi cogitanti Patres amplissimi/uiriq; insignes natu ræ munera / animoq; repetenti: illud Stoicorum uideri solet quęcunq; a natura ipsa genita essent: omnia ad usum mortaliũ pręordinata. Nempe homines ipsos etiã hominũ causa esse procreatos: ut sibi inuicem quæcũq; possent ratione auxilio forent. Proinde quantũ quisq; ingenio: quantũ opere & labore assequi posset tantũ in cõmunẽ hominũ utilitatẽ ac cõmoditatẽ in ipsorum societatem conferendũ esse. Et cum ipsa sola uirtus ueram societatẽ/ amicitiamq; gignit & continet & sine uirtute esse nõ potest cũ fructus ingenii & uirtutis onusq; pręstantiæ: tum permaxime accipitur cũ in proximũ quemq; transfertur: Hac de re de uirtute differendũ censui. Deum optimũ maximũ prisci Romani in eorum sacris inuocabant ut ostenderent alterum uirtutis: alterũ potentię cognomentũ esse. Sed prius optimum posuere ut uirtutem potentie anteferrent. Pluris enim existimabant uirtute & iustitia ac beneficentia mortalibus prodesse: q̃ plurimas opes plurimãq; potentiam habere: Benignitas quidẽ effecit ut homines deũ amẽt colant/uenerentur/obseruentq;: Potentia uero ut eũ timeant/metuant:ac formident: Sane philosophi percensere tris præcipue res esse quib9 deus ille summus prætantissimus esse dicit; Immortalitate potentia & uirtute qua nihil pulchrius:nihil honestius:nihil diuinius esse cernit. Quãdo quidẽ inane & elemẽta natura nõ intereũt & fulmina/terremot9/uentorum turbines: fluminũ impetus:nil tñ diuinũ se habere ostendũt: quando iustitia/temperantia/prudentiaq; carent: & nullã ęquitatem/modestiã/sapientiãue: & uirtutem ipsam de se pręstant. Nam munera ex auro uel quæ e gemmis: argentoue celato ope nitent: nõnunq̃ materia cætera cariora hoc genus blandimenta fortunæ inhiant: qui diuites nũcupantur. Illos uero qui uirtutis nõ minus q̃ auri diuites ista nõ capiũt: nõ qd earum possessionem uel etiã usus aliquãdo omnino uirtute pręditi nõ abiiciũt: Sed quod sapientiũ disciplinis imbuti pręclare cõpręhendũt atq; percipiunt huiuscemodi scita in lubrico bona: malaue per se nõ esse: sed bonorum malorũq; media censeri. Vnde Comicus: Perinde sunt ut illius animus qui ea possidet qui uti sit ei bona illi qui nõ utitur bene: mala igitur quoniã quisq; nõ quanto plura possidet: sed quanto pauciora exoptat tãto est locuplectior. Siqdẽ uirtute p̃ditis maxime in animo opes & hæ quæ nõ modo bona generis hũani p̃cedũt: sed quę ad deorum imortaliũ ęternitatẽ penitus accedũt. Vñ illud Xenophõtis nihil egęre est deorum quã minimũ aũt

proximũ a diis • Siquidem probis pręclara munera per animi uirtutẽ nõ desunt: Sic mortaliũ uirtus ipsa mentes in dei cœlũ uehit Illosq; uti terra nascentes excipit: natosq; alit: Sic uirtus probis moribus eos nutrit: & sicut tellus semel editos sustinet semper nouissime complexa gremio: Iam a reliqua natura abdicatos: tum maxime ut mater operiens: Virtus uero mortales nullo magis sacramẽto quã quo ipsos quoq; sacros facit etiã monimenta ac titulos gerens nomenq; prorogans nostrũ & memoriam extẽdens contra enĩ breuitatem: cuius uirtutis numen iam sectemur • Siquidem irasci graue tanq̃ ignoremus hanc esse solam quæ nunq̃ irascat̃ aque subeunt in imbres: rigescunt in grandines/tumescunt in fluctus:pręcipitant̃ in torrentes: aer densatur nubibus furit/ procellis • Sed uirtus ipsa mitis: benigna indulgẽs usq; mortaliũ semper accõmoda: uti terra quæ etiã coacta generat: quæ sponte foditur:quos odores/saporesq;:quos succos: quos tactus: quos colores: quã bona fide creditũ reddidit fęnus quã nostri causa alit • Virtus siquidem scelera mortaliũ abluit/aboletq;: & ex mortalib9 ĩmortales gignit • Quippe nullũ aliud est uirtutis prçmiũ quã immortalitas ipã • Est enim illa quæ nos ĩmortalitate donare potest & pares diis facere • Hinc Zeno Stoicus negat sine uirtute effici posse quemq̃ beatũ unde edixere uirtutem beatã peragere uitam•Ham ex uirtute nullum habetur cõmodũ si mortalis esset: sed expetenda ipã uirtus est propter illam beatam quæ uirtutem necessario sequitur • Nam uirtus ipã/ regna/urbes/prouincias temperat: fert leges: colit amicitias: Inter propinquos/liberosq; dispensat officia modo arcto fine circundat paupertatis exilii orbitatis nõ minor est ut inquit Stoicus:Si ex altiori fastigio in priuatum: ex regio in humilem subducit̃:ex publico & ex amplo rure in angustas domos uel in angulos coit•Siquidẽ/ut inquit Tragicus/pulchrũ eminere est inter illustres uiros/cõsulere patrię: fera cede abstinere tempusq; ire dare orbi quietem: seculo pacem suo • Hæc est summa uirtus petitur ad cœlum uia: Sed locum habet uirtus inter astra: Nunq̃ stygias fertur ad undas inclita uirtus • Quippe/ut inquit Comicus/uirtute discit uictores uiuere Iuppiter nõ ambitione neq; perfidia qui minus eadem histriones scit lex quę summo uiro uirtute ambire oportet nõ fauoribus: Nã sat habet fautorũ semp qui recte facit:scilicet illis fides est qb9 ẽ ea res in manu: Virt9 siqdẽ pmiũ est optimũ:uirt9 oib9 reb9 anteit pfecto libertas: salus/uita/res/& parẽtes:patria:prognati ditant̃ & seruãt̃: uirt9 in se oia habet:oia adsunt bona quẽ pęnes est uirt9•Hinc Maro: Hii ppriũ decus & patrũ indignãt̃ honorẽ: Hi teneant uitã qui uolũt pro laude pacisci Hos successus alit possunt qa posse uidẽt̃ Pauci quos equus amauit Iuppiter aut ardẽs euexit ad ęthera uirtus dii geniti potuere•Hinc Aristippus phi-

losophus Socraticus: naufragio cũ eiectus ad Rhodiensiũ littus animaduertisse Geometrica schemata descripta exclamasse ad comites ita dicitur bene speremus hominũ enĩ uestigia uideo: statimq; in Rhodum tendit & recta gymnasiũ deuenit: ibiq; de Philosophia disputãs muneribꝰ est donatus: sed etiã eis qui una fuerãt uestitũ & reliqua quę opus essent ad uictũ prestaret. Cũ aũt eiꝰ comites in patriã reuerti maluissẽt/interrogarẽtq; eũ quid nã uellet domũ renũciari: tũc ita disseruit edicere eiusmodi possessiones & uiatica liberis oportere parari quę etiã e naufragio una possent enatare. Nãq; ea pręsidia sũt uitę qbꝰ neq; fortunę tẽpestas iniqua: neq; publicaꝝ reꝝ mutatio: neq; belli uastatio põt nocere: Nõ minus etiã sentẽtiã ad augendo Theophrastus hortando doctos potius esse q̃ pecunia cõfidẽtes: Doctũ/inqt/ex oibꝰ solũ neq; in alienis locis peregrinũ: neq; amissis familiaribꝰ & necessariis: inopem amicoꝝ: sed in omni ciuitate esse ciuẽ: Difficilesq; fortunę sine timore ullo despicere posse casus At q nõ doctrinaꝝ sed fœlicitatis p̃sidiis se putaret esse uallatũ labidis itineribꝰ uadantẽ nõ stabili: sed infirma cõflictari uita. Epicurus uero disseruit: Pauca sapiẽtibus fortunã tribuere quę aũt maxima & necessaria sũt animi mentisq; cogitationibꝰ gubernare. Siqdẽ oĩa munera fortunę cũ danť ab ea facillime adimunť. Discipline uero cõiunctę cũ animis ullo deficiũt tpe: sed usq; ad sũmũ uitę exitũ fixe p̃manent. Nã uirtutes tãti sũt ut uel solę uitã beatã efficere possint: Nulla qdẽ alia ratiõe fęlicitatis nomẽ nãcissimur: nisi p uirtutes ip̃as quę & nos deo optime cõciliant: eiq; simillimos reddunt: & ex mortalibꝰ imortales efficiũt: demũq; p̃stant: cũ diuis ęuo fruamur sempiterno: Vnde Plato asserit: Sapientẽ uirũ unius dei ueri optimiq; imitatorẽ cognitorẽ/amatorẽq; esse oportere: cuiꝰ sola participatiõe beatꝰ fiet cuius emulus Cicero ueraꝝ uirtutũ exẽplar in solo deo esse autumat: & illuc tẽdit sentẽtia illa cũ ait. Sed nos ueri iuris germaneq; eiꝰ iustitię solidã & expressam. effigiẽ nullã tenemꝰ: umbra & imaginibꝰ utimur: easq; ip̃as utinã sequeremur: ferunť enĩ ab optimis naturę ac uirtutis exẽplis. Hęc inq̃ illa lex est uera/rectaq; ratio naturę cõgruẽs diffusa in oẽs cõstans: sempiterna quę iubendo nos ad officiũ uocet: uetãdo a fraude deterreat: cui nec p̃rogari fas est: neq; derogari ex hac aliqd licet neq; tota arrogari põt quę apud oẽs gẽtes & oĩ tpe sẽpiterna: & imutabilis erit: cuiꝰ impator & magr̃ cõis dñs oim parẽs: unꝰ deꝰ ẽ inuẽtor/disceptator/latorq;: cui q nõ parebit ip̃e se fugiet: ac naturã hoĩs asp̃natus hoc ip̃o luet maximas pęnas etiã si cętera supplicia quę putãť effugierint. His maximis astipulatoribꝰ ac doctoribꝰ instituti cognoscere debemꝰ uerã uirtutis effigiẽ a deo sumẽdã esse a quo q magis discedit minꝰ recte de finibꝰ bonoꝝ & maloꝝ p̃cẽsere quiuit Hęc inq̃ ẽ illa cõtẽplatio quã cõprobare etiã uideť Aristoteles cũ ait: Sapiẽ

tem p seipm cōtēplari posse: & quāto sapiētior sit: tāto magis tūc eū agere disseruit: scdm illud qd in eo diuinū ē: Nec eo tpe hūana cōspicere: sed ab illis discedere: & quātū p illū fieri licet diuina: aīo & cogitatiōe cōtingere eā quę uerā hoīs uitā esse putat: quę scdm mentē agit̃ qñ illa maxime hō sit eā quoq3 beatissimā uitā esse ducit: quę scilicet ex diuinitate agit̃. Proximā huic accedere arbitrat̃ ciuilē illā uitā: quę hūanas actiōes scdm uirtutem uersat cui9 etiā corpus particeps esse cernit̃. Perfectior igit̃ erit cōtēplatiua fœlicitas quā hūana: Illa enī deū: hæc aūt hoīes imitari uidet̃. Quippe uirtutis mun9 est nusq̄ aīo terreri & a corporea labe: sapiētię studio recedere: nec aīo succūbere qd nimis arduū esse uideat̃ ad cœlestia animi intentiōe ptingere. Qñquidē a mortalib9 nihil dici possit: nisi agnito deo rebusq3 diuinis: ut Socrates edocuit: Extollūturq3 Romani eo⁊ uirtute q̄uis nō cœlestia: sed terrenā cōspicerēt/cōtēplarētq3. Nā eo⁊ magnitudo ac fœlicitas maturitate cōcilii/diuturnitateq3 tpis adaucte/uirtute/potentia: ac tollerantia sup cunctos extulere. Nō enī in pspcris se euexere rebus: quo ad stabilem uictoriā sunt adepti: nec aduersus cōfracti aīo cū aliquādo militū uiginti milia una die: altera quadraginta: qnquaginta alia bello amiserint periclitante pœne urbe cum aliquando fames continua instaret: aliquando pestis urgeret/seditioq3: eodem tempore uexaret urbem: neq3 tamen a magnitudine animi/constantiaq3 desciuere: donec per septingentos afflicti annos: periculis ac dissidiis euecti ad imperium totius orbis/principatumq3 euenere: fœlicitatem nominisq3 gloriam: & si caducā uirtute & p salubria adepti concilia. Siquidem populus Romanus a Romulo in Cæsares tantum operum pace belloq3 gessit: ut si quis magnitudinem imperii cum annis conferat ætatem ultra putet: ita late per orbem terra⁊ arma circumtulit: qui res eius legunt: non unius populi: sed generis humani discant gesta. Nam tot laboribus/periculisq3 iactatus est: ut ad constituendum eius imperium contendisse uirtus: & fortuna uiderentur: & dignus omnibus Trophæis/triumphisq3 iudicatus. Quippe & si nobilibus Athletis: qui Olympia/Pythia/Isthimia/Nemea: uicissent Græco⁊ maiores ita magnos honores instituerunt uti non modo in conuentu stantes cum palma & corona ferebāt laudes. Sed etiam cum regrederentur in eorum urbes triumphantes quadrigis in mę nia & in patrias inuehebantur e re publicaq3 perpetua uita constitutis uectigalibus fruebantur. Sed cur magistratibus qui recte rei publicæ habenas moderantur: & scriptoribus rerum aut idem honores: aut maiores nō tribuātur: qui infinitas cōmoditates mortalibus perpetuo æuo prestant id eni magis erat institui dignū qd Athletę sua corpora exercita

tionib9 efficiũt:Magiſtrat9 uero ꝑpetua intentiõe cõuerſa oĩa moderant̃•
Fortitudo qdẽ in his ſemp eadẽ ẽ nec uariat̃ aliqñ:nec mutat̃:Iuſtitia aũt
qd penni ſempiternaq; lege a ꝑpetua opis ſui cõtinuatiõe nõ flectit̃:Quip
pe iuſtitię mun9 eſt:deũ cognoſcere ſẽpiternũ iuſtitię eſſe autorẽ:& iccir/
co ſolã hãc cęleſtẽ ac diuinã ſapiẽtiã ſequi oportere: quã omni uirtutis ſtu
dio ãplexari expedit•Sic & ſcriptores nõ ſolũ ſuos ſenſus ſed etiã eoꝝ oĩm
libris ad diſcẽdũ & aĩos exacuendos ꝑparant ꝑcepta• Quid eni Mylo Cro
toniates qui fuit inuict9 prodeſt motalib9:aut cęteri qui eo genere fuerũt
uictores niſi cũ dũ uixerũt inter ſuos ciues nobilitati fuere•Diui Ambro/
ſii Hieronymiq; ꝑcepta:Democriti:Platonis:Ariſtotelis:cęterorũq; ſapien
tũ quottidiana ꝑpetuis induſtriis culta nõ ſolũ ſuis ciuib9:ſed oĩb9morta
lib9 recẽtes & floridos edũt fruct9 e qb9 qui ab ineunte ętate diſciplinaꝝ
liquore fruũt̃ optimos ſapiẽtię callẽt ſenſus : inſtituũt urbib9 hũanitatis
mores/ęqua iura/legeſq;:qb9 abſentibus nulla poſſit eſſe ciuitas• Cũ ergo
tã ingentia munera eoꝝ prudẽtia priuatim publicaq; fuerint mortalibus
pręparata nõ ſolũ arbitror palmas & coronas his tribui oportere : ſed etiã
decerni triũphos ac tropheą: & inter deoꝝ ſedes eos dedicandos iudicari•
Quis inq̃ qui uirtuti opa nauarũt:lriſq; incubuere laudes digno pręconio
extollere ſufficit? Siquidẽ ipi ſunt qui publicis officiis recte fungũt̃:ſacer
dotiis honorant̃: in principib9 urbiũ cõſpicui ordinis:etiã equeſtris dig/
nitate gradũ prouintialiũ ſupgreſſi nõ modo ſine omni reꝑhenſione & in
uidia magiſtrat9 officio fungũt̃: Veꝝ etiã uirtute ipa oĩm amorẽ cũ maxi
ma gloria cõſequũt̃•Quis inq̃ ignorat ꝓbitatẽ primã:fidẽ ſũmã: benigni/
tatẽ incredibilẽ:modeſtiã/uerecũdiãq; ſingularẽ : cęteraq; hũanitatis offi/
cia pœnes illos qui uirtute illuſtrãt̃: inde eſſe & quidem maiora qua poſ/
ſint digne a quoquo referri : Illã inq̃ amplectãdã quę nihil eſt ipa uirtute
amabili9 quã qui adeptus erit ubicũq; erit gentiũ a nobis diliget̃• Nulla
inq̃ res eſt incolumitate ſalubrior/ uirtutibus uti nemo põt qui ſuas ratio
nes in tuto nõ collocauit:Et ut inqt Cicero:cõtentũ uero ſuis reb9 eſſe ma
xime ſunt certiſſime diuitię:etenim iſti callidi reꝝ exiſtimatores prata:&
areas quaſdã magno exiſtimant : qd ei genera poſſeſſionũ minime quaſi
nocere põt : Scienti eſt exiſtimãda uirtus:quę neq; ſurripi põt: neq; incen
dio:nec tẽpeſtatũ:nec tẽpoꝝ ꝑmutatione mutat̃•Hinc gręcus ille Paulus
Silentiari9:neq; diuitis fortunę eleueris impetu:neq; tuã flectat cura ani/
mi libertatẽ:Omnis enim ſub in ſtabilibus uita ſubducitur auris Huc &
illuc frequenter exagitata : Virtus autem firmum quid & immutabile
quæ ſupra ſola undas audacter tranſeat uitæ • Hinc Naſo : Iam timor
ille phrygum decus & tutela pelaſgi : Nominis ęacidis caput inſupera/
bile bello Arſerat : armerat deus idem Idemq; cremerat Iam cuius eſt

& tam magno restat Achille • Nescio quid paruã quid nõ bene compleat urnam: At uiuit totũ quę gloria compleat orbem: Hæc illi mensura uiro respondet & hæc est: Par tibi Pelide nec inania tartara sentit • Et Horatius: Rursus quid uirtus quid sapientia possit utile proposuit nobis exemplar Vlyssem: Qui domitor Troiæ multorꝫ prouidit urbes: Et mores hominũ dispersit latumq; per ęquor: Quippe omnes beneuiuendi rationes in uirtute sunt collocandę: Propterea quod sola uirtus in sua potestate est: omnia præter eam subiecta sunt fortunæ dominationi: Vana inq̃ mortalitas & ad circũscribendam seipsam ingeniosa cõputat more Thraciæ gentis: ut inquit Caius quæ calculos colore distinctos pro experimẽto cuiuscũq; diei in urnã condidit ac supremo die seperatos dinumerat Atq; ita de uno quoq; pronunciat quid quod iste calculi cãdore illos laudatus dies originem mali habuit quam multos accepta afflixere imperia quam multos bona perdidere & ultimis męrsere suppliciis ista nimirũ bona: si cui inter illa hora in gaudio fuit: ita est profecto alius de alio iudicat dies Et tamen supremus de oibus: ideoq; nullis credendũ est quid quod bona malis paria nõ sunt: etiã pari numero: nec letitia ullo minimo merore pensanda • Heu inq̃ uana & imprudẽs diligentia numerus dierũ computatur ubi quærit᷑ pondus: sed uirtus extollit hominem & super astra collocat: nec ea quæ bona aut bona mala uocant᷑ aut cupit nimis aut expauescit eo fit ut uirtute prediti deo imortali facilius credant quia sunt expediti nec cupiditati obnoxii: cœlũq; solum aspiciunt: nec corꝫ mens in terram prona humiq; defixa est uirtutis inq̃ iter ingenua onera nõ capit gestantes angustus est trames: per quẽ mortales ad cœlestes diuinasq; illas sedes iustitia illa euehit: hunc tenere nõ queũt nisi qui nõ fuerint ab omni expediti labe • Nam diuites ipsi necis itinere incedunt multis sarcinis ingentibusq; onerati: Sed uirtus ad iustitiam præcipit quæ mortales ipsos de uirtute ac ueritate differentes quibus si repugnare audebũt hostes se necesse est uirtutis iustitiæq; fateantur • Hinc Flaccus: Non ebur neq; aureũ mea renidet in domo lacunar: Non trabes hymetie pręmunt colũnas ultima recisas Africa neq; Attali ignotus heres regiam occupaui nec laconicas mihi trahunt honestas purpuras clientes at fides & ingenii benigna uena est pauperemq; diues metitur nihil supra deos lacesso nec potentem amicum largiora flagito satis beatus unicis satis sabinis: Et si Romana urbs terrarꝫ regina gentiumq; domina: & in toto orbe præstantissima una omni uirtute haud dubie Romana extitit fœlicitas: cui ut inquit Plinius: Præcipua fuerit homini nõ est humani iudicii cum prosperitatem ipam alius alio modo & suapte ingenio quisq; terminet: Enimuero si peragere iudiciũ malimus ac repudiata omni fotunæ ambitione de-

cernere mortalium nemo est fœlix: Ab unde igitur atq; indulgenter fortuna deciditur cū eo qui iure dici nō infœlix potest; quippe ut alia nō sit certe nec lacescat fortuna metus est quo semel recepto solida fœlicitas nō est quid quod nemo mortaliū omnibus oris sapit utinamq; falsum hoc & a uate dictum plurimi inducent: Sed uirtus ipsa amplissima mortales ipsos semper tuetur. Vnde Horatius: Virtus repulsę nescia sordide intaminatis fulget honoribus: nec sumit aut ponit secures Arbitrio popularis aure uirtus recludens īmeritis mori cœlum negata tentat ire uia. Et Naso Hectora quis noscet fœlix si Troia fuisset: Publica uirtutis per mala facta uia est Ars tua tiphy iacet si nō sit in equore fluctus Si ualeant homines ars tua phebe uacet: Quæ latet inq; bonis cessat nō cognita rebus Apparet uictis arguiturq; malis dat tibi nostra locum tituli Fortuna caputq; conspicuū pietas quo tua tollit habet. Siquidem mortales sunt ut ita uirtutem docent sine qua etiam hominū amicitia esse nō potest: ut ea accepta nihil ipsa amicitia præstabilius putent. Nempe nec illustriū uirorū post mortem honores/laudes permanerent; si nihil ipsorum animi efficerent quo diutius memoriam sui teneremus: ut meminit Cicero: Sed mihi/inquiens/nec diuturnū quicquā uidetur in quo est aliquid extremū cū enim aduenit id tū illud quod præteriit effluxit tanto remanet id quod uirtute & recte factis consecutus sis. Nā illa uera uirtus est quę ad eū finem tendit ubi mortaliū summū bonū est quod est deus ipse summus optimusq; quo nihil melius excogitare diciq; quiuit. Quippe/ut inquit Celius/ uirtutis omne officium esse non peccare: quo profecto fungi nō potest: qui deum nescit: quoniam ignoratio eius a quo bona oriuntur imprudentem inpingat in uitia necesse est propriūq; uirtutis sit iram cohibere: cupiditatem compescere; libidinem refrenare. Proinde uera uirtutum scientia est deum ipm noscere/uenerare: ac pie colere uirtutes ipas summo ardore summaq; dilectione amplecti: amoreq; prosequi in illo sapientia: In hoc iustitia continetur. Siquidem nō generis nobilitas Socratem nobilitauit: sed uirtus ipsa: sic Cliantes summus philosophus irrigando hortos aquā trahebat: Et Plato philosophia nobilitatus est: Nam & Sardanapalus progenitorum nobilitatem suis flagitiis obumbrauit. Sic Neronis: Callicu leq; ingentia uitia obfuerunt Cæsarū nobilitati. Sic & aliorum tyrannorū execranda facinora. Et Dari Persarum regis nobilitas & magnitudo a prognatis suis obumbrata: Nam Alexandro ipm uictum tradidere. Sic & Xerses a suis necatus. Et Cæsar uir tanti nominis etiam confossus a suis. Nam Clientes prognati amiciq; prosperam fortunam sequuntur: cū aduersa terga dant. Hinc Ouidius: Ibit ad amissas nullus amicus opes: Quid enim Crœso diuitiæ profuere; quid Cyro a mulietcule obtruncato:

quid deniq; oib9 qui fortunę bona uirtuti pposuere. Quare sola uirtus est quę eripi neqt: at penni sépiternoq; ęuo fixa pmanet. Siqdē pietatē/ęquitatē/modestiā/& iustitiā coluerūt: & quā optime ipās resp. rexere/ moderarūtq;: & cęlestis impii ac diuini cōsortes & dignos eo⁊ uirt9 ipos effecerit reddiditq;. Hęc inq̄ est illa diuina & sūma beatitudo q̄ Plato uirtutū munus edixit: Et Cicero uerā fęlicitatē nūcupat. Hęc est inq̄ illa cęlestis diuinaq; xpiana relligio: quę Christi dei filiū unicū e cœlo emisit: ut suo fulgēti splēdore diuino sydere ac numine illustri uera ac rutilāti uirtute cūctos mortales instrueret/edoceret illustraretq;. Nam cęlestē illā patriā pennéq; illā diuinā gloriā nō ex corruptis morib9: sed illustri fulgētiq; uirtute cōstare liquet: cui9 diuin9 uerusq; cult9 in cœlo orit: in quo diuina illa mēs colētis se ipām in uictimā & i uerā hostiā sistit. Siquidē queādmodū prauitatē nō recte infortunio dederis: ita fortitudinē: & uirtutē ac prudētiā: nō sine iniuria accepta fęlicitati tuleris. Nā nō fortunę cēset mun9: qd in illustri mēte inuicta celsa animi innocētia pdita clemētia fuerit: Nāq; ut fruges aeris tēperie liqdioreq; cœlo exuberāt aut seti9 bone artes eximiaq; ingenia/benignitate/honorificétia/hūanitate: illustriq; uirtute regia euocant: ut Plutarcho placuit: Cōtraq; inuidiā sordib9 morositate eo⁊ q re⁊ potiūt/restringūt/languescūtq;: Pręclare Anthistenes: hostibus a diis optanda esse bona dicebat pter fortitudinē. Eteni illa tandē armis pstantiū fore: nō illa possidentiū. Quapropter naturā inquiūt Cerno aiali ignauissimo cornua magnitudine uisenda aspitate ingenerasse: tñ nullū hiis armorū apparatū/belliq; instrumentū usui esse. Etiā si natura imperiū eis pmisisset. Sic sæpe fortuna secordib9/stolidisq; opes: & impia asciscens qb9 ipsi demū degenéres arguūt/astruit/honestatq; uirtutē: utpote: in qua una sita sint amplitudo decorq; uiri. Eniuero: ut inqt Epycarmus: mens cernit: mēs audit: reliqua aūt surda: cęcaq; sunt: & rationis indiga: at qui sensus/ facultates quasdā peculiares hre uidēt. Mens uero qd prosit: qd ornat: qd deniq; uincat: qd pstet: qd imperet: reliqua uero surda/cęca/inania redundent: & morent/deformētq; se absq; uirtute possidētes. Hinc Alexāder solitus est dicere: ut Plutarchus meminit: Statue amplitudo sine arte a fortuna absolui nō pōt: aurū/æs/ebur multā & pciosam materiā suppeditātē affatim/largeq; suggerente. Vir uero amplus imo uero homo amplissim9 sine uirtute a fortuna effici poterit arma: stipendia urbes equosq; cooperāte seu uiro imperito: Hęc duci uires aut ornatū offerāt: & nō inertie poti9 secordieq;: documentū magnū quoq; suo periculo pbeant. Siqdē optimi uiri est certamē de se cōtendētis cū gloria & uirtute in sese ingentē spem habere: ut Homeri est sentētia: qui Agamēnonis speciē trib9 ex imaginibus actā/coalitamq; silitudine. Illa finxit assimilis caput atq; oculos patri

altitonãti Baltheus est Martis Neptũnũ pectus ad equat: Pietatẽ in deos getere fidẽ erga amicos frugalitatẽ/cõtinentiã/beneficẽtiã aduersus mortem intrepidã expectationẽ robur animi: Hũanitatẽ appellãdi dexteritatẽ: ingenii cãdorẽ: in explicãdis cõsiliis cõstantiã: in gerẽdis reb9 celeritatẽ Et in primis adipiscẽde glorię ꝓpositũ colluculẽta exẽpla: per decus absol uere solet. Vnde ueri philosophi pſtant: qđ ualida solidaq; iuditia habeãt ad adeũda discrimina. Quippe cuiusmodi quędã anticipata in aĩs habeãt quale illud Homeri auguriũ: Fœlix patriã tutarier unũ: At illud Demosthenis: Finis eteni uitę mors est oib9: uel si se quis in cõclaue pęnitus extruxerit: at qui uiros bonos egregiis semp cęptis Incũbere bonã sibi spem ꝓponentes decet: Quicqd uero deus dederit ingenerosõ ferre. Sed hii tũ frãgũt animoꝝ habit9 cũ horrẽda instare cernũt: Iudiciaq; eludũt adẽntãtia picula: Pauor eni nõ modo memoriã: ut Thucidides inqt: excutit: sed qđ uis etiã constitutũ: quẽuis conatũ: quẽuis mẽtis impetũ. Sed ueri philosophi est: eiusq; animi sapiẽtie amore capi sapiẽtesq; uiros in primis suscipere: uirtutesq; amplexari. Nã uirtutis fortitudine imbutus impetus oẽs fortunę spernit/timoresq; excutit repellitq;.

FINIS

Omnia ortodoxe fidei/subiicio.

Errores aliqui.

In primo libro: candidus: lege conditus. In codẽ lib. ens lege eos.
In secundo lib. dato occasio: lege/dato caseo.
In quarto lib. mortales inq̃: lege/mortalis. In codẽ alienę eni: lege/aliena.
In eodem: iura iudicauit: lege/uendicauit.
In duodecimo lib. scientiaꝝ rerũ: lege/scientia. In eodem: asserent se: lege/asserens. In eodem: sed Naso: lege/Nero. In eodem: eo generi: lege/genere. In eodem: bello cernebat: lege/cernebatur.
In decimotertio lib. Tarentinus: lege/Tarentinos.
In quintodecimo lib. fossos: lege/fossus.

Reg.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVX omnes sunt Terni: præter Y qui est Quaternus.

Impressum Romæ per Marcellũ Silber. M. D. XVII.



